















nouttry
400 fl f.
22 Jan. 78



SCHOLIA COPIOSA IN THERAPEVTICAM METHODVM, ID EST, ABSOLVTISSIMAM

Claudij Galeni Pergameni curandi artem. Qui liber hoc nomine magni habetur, quod consummationem totius medicinæ complectatur, siue indicationes curatiuas, siue Theorematum enarrationes respicias.

AVTHORE IOAN. AGRICOLA
Medicinæ & Græcæ Linguæ professore.

Cum præliminari epistola DES. ERASMI ROTERO.

Schopfi dr.

Cum gratia & Priuilegio Imperiali.



DES. ERASMVS ROTERO- damus Ioanni Agricolæ Hammonio, rei Medicæ & Græcæ linguæ professori Ingelstadij, Suo. S. D.



AFFECTVS ANIMI TVI MIHI gratissimus est, & utilissimis tuis laboribus humanissime Agricola ex animo, ut par est, faueo: huiusmodi enim ingenijs semper unice sum delectatus. Nec uideo quo speciosiore titulo memoriā industriæ tuæ posteritati ualeas commendare. Hoc nanq; nomine tua uirtus multo erit celebratior, quod primus strenuam operā nauaris in hac Therapeutica Galeni methodo elaboranda. Galenum uero in omni medicina summum esse, tot eruditorū hominum iudicia, qui ex hoc authore ueræ medicinæ seminaria hauserunt, honorificentissimis testimonijs cōprobāt. Hinc est quod sperem futurū, Ioannes ornatissime, ut per hos conatus accedat & census & dignitas tuæ doctrinæ tuisq; laboribus debita. Sed utinā quod tu cupis Theseum præstare queam. Hic nuncius properabat, & eodem tempore pluribus erat scribendū, ut mihi uix semihoræ spacium superesset, Sunt autē hæc propemodū quæ per immensa negocia licuit indicare.

Duo uersus Græci: quos Galenus lib. 1. ca. 2. citat: sunt in Oreste Euripidis, pagina ab initio fabulæ quin-

ta. An tertius sit Græce carmen nescio, certe latinum carmen non constat: si est carmen, Galenus de suo adiecit. Orestis igitur somniū nihil aliud est, quā somniū inane: qualia sunt furientiū. Sunt autem uerba Electræ ad fratrem Oresten, per insaniam putantem se uidere quæ non uidebat. Miror autē interpretem pro εἰδέναι uertisse scire, cū magis quadraret uidere aut cernere.

De Tabijs: quas describit Gal. li. 5. ca. 12. meminit Stephanus de urbibus. Indicans esse populum Italiæ, apud quem educatus fuit Remus. Nec dubito quin plura reperiātur apud Cosmographos, sed nihil erat ocii.

Cribris in se transfusis Gal. li. 3. ca. 2. nihil aliud declarat, quā plurimarū rerum mixturā & cōfusionem.

Libro item 6. cap. 3. κριομύξους, opinor appellat Galenus, uiros nullius iudicij, hoc est, naris minime emunctæ. Oues enim semper mucorē habent in naribus.

Porro de alijs quæstionibus iam non uacabat inquirere, nec erat ad manum quod quæris. Alias igitur diligenter id præstabimus. Nunc non est quod pluribus tecum agam: hæc enim scripsi plus q̄ obrutus negotiis. Sit igitur hæc epistola salutationis uice, tum pro singulari tua humanitate, tum pro non uulgari tuo erga me candore. In nonnullis tibi satisfaciet uir egregie eruditus Georgius Agricola: cuius opus de mensuris et ponderibus quinq; libris absolutū Basileæ iam excuditur. In quo multa acute cōtra sententiam Gulielmi Budæi, Portij, & Andreæ Alciati probat. Attingit & Medi-

corum pondera ac mensuras. Si epistolam meā unquā receperis (audio enim cōplurium querimonias de epistolis non solum resignatis aut effractis, uerum etiam omnino intercœptis) D. Mattheum Cretzerum, qui preciosum thesaurū in uase portat fictili, rogo ut meo nomine salutes diligenter. Amo uehementer præclara in homine dei dona. Bene uale apud Friburgum Brisgoiæ, Postridie calen. Maij, Anno a CHRISTO nato M.D.XXXIII. Extemporanea manu.

D. Ioannes Alexander Brassicanus
Iureconsultus & Poeta laureatus.

Agricolæ insignem dum uidit Apollo laborem,
Reddita nempe arti nomina quæq; suæ.
Nunc ait, o Medici, cum uestram intelligo linguam,
Nunc primum precibus cogor adesse pijs.
Sic petat infaustis ter fausta oracula morbis,
Audio qui pura uoce rogare solent.
Porro ubi barbariem Stygij Plutonis alumnam,
Miscet inexpertis crassa caterua modis.
Phœbo equidem tota hæc narratur fabula surdo,
Certum hic per Græcos quisq; tenebit iter.

Barptolomæus Amantius
Poeta laureatus.

Phyllirius quicquid Chiron, Epidaurius, atq;
Præsagus Pæan nouit, & Hippocrates.

Omnia aperta tibi hoc fuerint autore Galeno,
Quo maior medicus nullus in orbe fuit.
Hoc duce, si quicquã rerum natura latentum
Condidit, ex certo noueris ungue uigil.
Hoc duce, fas fuerit nigro deducere ab orco
Extinctos homines, reddere deinde animas,
Adde quod excelsum nomen, famãq; perennem,
Ingentesq; tibi concumulabis opes.
Ne dubij hic codex quicquã, abstrusiq; teneret,
Agricola ingenio prodidit ille suo.
Vt quæ Cimmerijs magis ante obscura tenebris,
Nunc medio eniteant lucidiora die.

Ad Nobilissimũ D. Leonardũ de Eck &c.

VVolphangus Anemœcius.

Nobilis & priscæ iactat primordia stirpis,
Quæ gemino clausa est, sutilis axe rosa.
Hæc tibi magne genus magnis maioribus ortum
Ecki, cum magno nomine læta tulit.
Ecce Dionæi plantas sic semina floris,
Ingenii uariis dotibus usque tui.
Vt rosa perpetuum iam nunc respiret odorem,
Quæ prius est uno uisa perire die.
Præterea celebri iam nactus es arte uerendum
Agricolam, æterna qui refouebit aqua.
Qualis erat doctus Claria Nicander ab urbe,
Qui uitæ & ruri semina uiua dedit.

Marcus Tacitus Alpinus.

Miramur quibus extinctos Epidaurius herbis,
Sit uitæ solitus restituisse Deus.
Androgeona quibus Stygio reuocarit ab orco,
Cui manus abstulerat Persephonæa comam.
Quaque Philocteten sanauerit arte Machaon,
Tardos præceleres reddideritq; pedes.
Aut uti Phyllirides phænicis lumina Chiron,
Cæca prius, lumen fecit habere suum.
Omnia Phebæo refert Hammonius ore,
Dum sensus aperit magne Galene tuos.
Vt quiuis sanus sano cum corpore uiuat,
Aegrotusq; cito conualuisse queat.

Simon Lemnius.

Quæ sit caussa mali, qui læso corpore languor,
Quæ lateat uenis tabida fixa lues.
Quæq; sit herba nocens, & quæ medicina salutem,
Adferat ægroto, fessaq; membra leuet.
Hic docet imbutus diuino numine, clarus
Ingenio Clarii maximus arte Dei.
Sed uelut Hippocrati quondam radiante Galenus,
Illustrasse suum lumine fertur opus.
Sic nunc Agricola insignis, florente Thalia,
Præstitit inducta luce Galene tibi.
Vt liquidum tranans leuibus secet aera pennis,
Quisquis ad hæc fœlix ardua tendit iter.

NOBILISSIMO VIRO DOMINO

Leonardo ab Eck in Vuolfs et Randeck, Ducali cōsiliario officiosißimo, D. et Mecœnati suo modis omnibus suspiciendo, Ioannes Agricola Hammonius. S.P.D.



AESCVLAPIVS, QVEM IOVIS filium existimauit antiquitas, Leonarde multis nominibus incōparabilis, apud bellicosißimos Spartanos ab eruditionis puritate Agnitas dicebatur. Quo significabāt Medicū nequaquā confusanea doctrina perplexū, sed medendi methodo, & incontaminatis rationibus tam purū conspicuūq; esse debere, ut in eo nihil reperias neui. Caeterum ut se quis hoc albo uenditet, fieri nō potest, ni postremum studijs suis Galeni medendi methodum uelut Colophonē adposuerit. Verum cū hic liber Medicorū filios multis salebris, lamis, atq; alluuiōibus a sui peruestigatione & crebra lectione hactenus plerūq; submouerit, existimaui tū me maximū preciū operae facturū, tū studiosos admodū bonae fortunae litasse, si libro huic omnino gemmeo explicando meā impartirē industriā, quem Galenus, quum iam in fertilißimis Medicinarum aruis, in earūq; pratis amoenißimis exercitatus fuisset, ex meris gemmis & unionibus cōflauit. Nolim autem

in hac re tã ostentabundus iactator esse, qui norim quã attenuata & accisa sit mea tenuitas; ut credi uelim neminem alium rectius, plenius aut copiosius hunc librũ enarrare potuisse. Quum possem priusq̃ ter suspirarẽ: nisi adulationis uitiũ uererer: extra omnẽ ingenii alcã positos, qui eadẽ præstare possent, hoc æuo nostro florentes atque egregie doctos uiros plus minus quadraginta numerare, tametsi negotiorum fluctus nõ facile quemlibet sinũt lucubrationibus inuigilare. Nos uero si non confecimus arduũ negotiũ, at certe studiosos innumera loca cõquirendi inuiso labore leuauimus. Auicennam interim iccirco flagellare nõ libuit: quod passim νεοτεϱικώτεϱοι factitare adsueuerũt: ne quo pacto ullos medicos absterreremus a Galeni tam iucunda tãq; utili lectione. Quandoquidem nõ inutilis erit hæc Galeni Methodus, etiã ijs qui Arabicis medicis sunt affecti, præsertim nodis iã plusquã Gordijs a nobis discussis. Cur enim non speremus breui uiam præclusum iri Galeni calumniatoribus? ne in hunc amplius genuinũ exercẽdi locũ sint habituri. Et nõ potius qui prius damnarint, incipiant eũ amplecti, cõmodis ratiõibus facile reuocati in meliorẽ sententiã? Quisquis. n. nõ laborat errore mentis, hic sua sponte Hippocrati & Galeno in omni medicina defert primas. Quum ille primus medendi præcepta clarissime condiderit, refertis herbarũ mentione uoluminibus ipsius. Hic uero latius explicauerit, atq; ampliauerit, et author sit pluriũ salubrium

theorematon, q̄ ante ipſum nullus unq̄ animaduertit. Veluti ſimilariū inſtrumentaliūq; partiū morbi curatiuam rationē. Quod liquidum fit ex Galeni uerbis dicentis. Cum ab Hippocrate diſceſſeris qui nobis omniū ſalutariū præceptorū ſemina præbuit, reliquorū certe nemo, uel conatus eſt genus hoc morbi Methodo curare. Poſtulant autem & quæ Hippocrates ipſe reliquit, non malos Agricolas, qui ea tum ſeminent cōmode, tū augeant, tum perficiant. Id aūt feciſſe ante nos neminē, ſed plerosq; etiā ſemina quæ reliquit corrupiſſe, ijs qui animū clare aduerterunt, clare monſtratum arbitror. Spectandaq; eſt in utroq; Medicinarū principe ſūma humanitas dicam ne an integritas? at quid uetat quin potius utrumq;? Quod alter ſublatam optauerit totam Medicinam, ſimul cū immortali ſua iam tum parta gloria, ſi morbi ſemel e terra tollerentur uniuerſi. Alter uero medicamina ſua (id quod etiam in lactis Tabiarū deſcriptione teſtatur) nō tam illi populo cui cōuerſaretur, quā ubiq; gentiū habitātibus mortalibus ſubuenire poſſe. Si quis igitur ad Medicinā omniū artiū nobiliſſimā adſequendā ſe componat, anxius Galenū omnino oportet legat. Cū enim huius uirtus omne ſuperet præconium, breui intelliget, quomodo Arabes corrugatis furtis & deſcriptis cōpilationibus aliquot, ſummā modo cutem ſeu bracteam magis Medicinæ nobis exhibuerint, quā penetralia intima tā præclaræ artis introſpexerint. Quouis encomio maior eſt Galenus, quod ſolus

Hippocratis dogma obscurum atq; ἀλιγματῶδες apertius & planius enarrauit. Siquidem Galeno ipso teste, Hippocrates omnẽ ad medicationẽ uiã aperuisse uidetur. Sed ita tamen, ut ea curam diligentiãq; ad absolutionem desideret. Veluti nũc quoq; uidemus, quasdam ueterũ in terris uiarũ, quibus pars quæpiã est uel lutosa, uel lapidibus sentibusue impedita, uel moleste ardua, uel periculose prona, uel feris obsessa, uel propter magnitudinẽ fluminũ inuia, uel longa, uel aspera. Proinde cum sic haberẽt omnes in Italia uiæ, eas Traianus refecit. Idem conandũ in his quæ nobis Hippocrates reliquit monumentis. Itaq; mirari nemo debet, si cũ uiam rationemq; medendi ab Hippoc. inuentã esse sim testis, ipse tamen hoc opus scribere sum aggressus. Neq; enim ad hæc ceu plane non inuenta, sed ueluti quæ proxime diximus desiderantia, prodenda uenimus, nemine priorum qui eam Methodum absoluerit, ante me inuento, Quando alij omnino eã non nouerint. Alij cũ nossent, non potuerũt tamen quod defuit adijcere. Non deerant qui incognitam esse, umbrãq; inductã, ac prorsus e medio sublatã uoluerunt. Theonem quoq; perperã Hippocratis inuenta tractasse insinuat, non quo hominẽ uituperet, quẽ alioqui inter primos Gymnastas censet, sed quo ista lecturos doceat, haud facile esse ueterũ libros, propter priscæ breuitatis dignitatẽ, intelligentia consequi, si desint qui ea curiose enarrent. Laudare igitur oportet, qui quæ bene dicta sunt exposuerunt, & illos

qui si quid prætermissum fuerat addiderũt. Neq́; enim fieri potest, ut idem incipiat, atq́; perficiat. Illos uero accusare oportet, tanq̃ omnino segnes, qui neq́; aliquid eorum, quæ recte tradita sunt, discere sustinent, & qui adeo ambitioni uacant, quod semper nouorũ dogmatũ cupiditate maligne agunt, & sophismata fabricãt, non nulla quidem sponte prætermittentes. Hoc modo indicationes quæ a naturæ proprietatibus, ex regione & tempore sumũtur: inquit Galenus scriptæ sunt a multis qui me præcesserunt, quod uero ab omnibus minoribus est omissum, id persequor. Nempe quemadmodum affectus corporũ curentur, eam Methodum ueteres probe inchoarunt, nemo tamen eorũ ipsam absoluit. Iure igitur suo doctißimus Galenus ἐπινίκια meruit, quod in Hippocrate quædã Delphicis oraculis atq; Aegyptiorum Hieroglyphicis literis obscuriora, enucleauit, ante quem nemo huic prouinciæ incubuit. Qui igitur non ueniat præ alijs omnibus apertis ulnis amplectendus Galenus, qui in tota adeo uita sua extra ueritatem studuerit nihil? Accedit ad hoc diligens & sedula exercitatio, qua in artis operibus claruit Gal. Quandoquidẽ in exemplis exercitari quiduis discentes maxime expedit. Neq́; enim satis faciunt ad exactam cognitionẽ uniuersales Methodi. Cæterum exemplorum ea sunt pro potioribus habenda, q̃ ipsi oculis usurpauimus. Quãdo si omnes qui docere scribere ue aliquid sunt aggreßi, ea prius operibus ostendissent, prorsus paucula quædã

falſo dicerentur. Nunc uero pleriq; alios docere tentãt quæ nec ipſi unq̃ fecerunt, nec alijs oſtenderũt. Cætera uulgus medicorum, nihil miri eſt, ſi contemptis bonis moribus, opinioni ſapiẽtiæ magis q̃ ueritati inhiat. Verum non ſic fuit ratio Galeni: Non enim heri, aut nudiuſtertius, ſed ſtatim ab adoleſcentia philoſophiæ ſtudio captus, primum ſe ad eam contulit. Mox patris euidenti inſomnio monitus, ad medicinæ ſtudium uenit, ac per totam uitã operibus magis quã uerbis, utriq; ſtudio incubuit. Quo minus mirum eſt, ſi in quo tempore, alii totam urbem ſalutando luſtrarent, & cum diuitibus cœnarẽt, ac eoſdem comitarẽtur, hoc omni ſedulo laborans, primus quidẽ omnia quæ ueteribus pulchre ſunt inuenta didicerit. Mox eadem opere tũ indicarit, tũ exercuerit. Neq; enim imperitus rerum euadere poteſt, qui in contubernium ſuum admiſerit frequentem Gal. lectionem, qui uere & ſuo iure in inualidum natura genus humanum propenſam beneuolentiam ſuam teſtatur uerbis ſequentibus. Ea quæ diutina inquiſitione: dicens: longe optima iudicaui: ita me Dij ament: ueritatis amatores docere non grauabor. Nihil. n. cauſſæ eſt, quam obrem mentiar, quod facere ſolẽt ij qui uni ſectæ addicti, omnem ex ipſa gloriam quærunt, quippe contentioſe eos defendere oportet, eam ſectam ueram eſſe, quam unicam nouerunt, nam ex nullo alio diſciplinarum genere gloriam ſperare poſſunt. Ego autem nõ ut nonnulli faciunt, ex libris ſectas didici, ſed præſtan-

tißimis in una quaq; praeceptoribus usus sum. Itaq; innotui Romae, tū primoribus eius urbis ciuibus, tum imperatoribus deinceps omnibus, & quidē ob artis opera, non ob sophisticas rationes. Per artis exercitationē comperi, eam inuentionē quae ex uera demonstratione procedit, in his quae raro accidūt, remediorū copia experientiam longe superare. Quo circa dispositiones raro euenientes primū inuestigaui quomodo cognoscēdae sunt, inueniq; quasdam earū artificiali deprehēdi posse noticia, nōnullas uero artificiosa uocata coniectura, atq; iccirco ipsas magna ex parte rectas. Itaq; Medicinam professus usq; ad senectutem, nullam in hodiernū usq; diem calumniam subij, neq; curando, neq; praesagiendo, id quod celeberrimis quibusdam medicis interdū accidere memini. Quod si quis gloriam ab artis operibus, non a sophisticis sermonibus assequi uoluerit, is citra erumnam facili compendio colligere poterit ea quae per omnem fere aetatem diligenti inquisitione inueni. Idq; sibi persuasum habeat hac uia & ratione medicamenta me inuenisse, quibus morbos raro euenientes curarem, quum antea neq; praeceptorē uidissem huiusmodi morbos curantē, neq; ipse aliquod apertum haberem remedium. Id quod, per Deos Immortales, affirmare nequaquā timeo. Haec nō potuit nō uerißime Galenus atq; ingenue fateri: utcūq; Iudaeus Apello calumnietur honestum elogium, cum hoc in maximā omniū tergat utilitatem. Ecquid enim attinebat supprimere

ueritatem? Nempe hac ratione ſtudioſi rerū Medicarū ſcripta, ut uerißima ita ſolidißimæ eruditionis plena nō incogitanter lectitabunt. Vel quid Auicennā: qui ſe omnia quorū indiget uſus medicus, complexum eſſe iactitat: exoſculantur, ſuſpiciunt & admirantur. Vni uero Galeno, & uere & utiliter ſua producenti, uitio id uertunt? Tantum aūt abeſt ut ſtudioſus quiſquā arroganter hæc extuliſſe credat Galenū, ut ſacræ literæ nō abominentur talem de re uera, & miris modis ſalutari uniuerſo humano generi laudabiliter geſtarū rerū cōmemorationē. Quin potius hoc conſiderent ſeueriores illi expenſores aliorū ſcriptorū, quātus fuerit Galenus famæ contemptor, ueritatis ſcientiæq; ſtudio flagrans, quod nulli librorū ſuorū nomen ſuū præſcripſerit, imo amicos intimos rogarit, ne ipſum apud homines immodice laudarent, nec nomen ſuū operibus quæ proderet inſcriberēt. Poſtremū ne hoc præterire libuit, quod uti ſummus, ita etiā longe eloquentißimus Galen. exiſtit. Eloquentia aūt ad rem intelligendā quum uiam ſternat & glaciem ſecet, non poteſt non eſſe in omnem euentum frugifera ei qui diſciplinarum quicquā ſit amplexurus. Adde etiā quod non raro medicis negotiū ſit, cū ijs qui animo laborant τῆσ δὲ ψυχῆσ νοσούσης ἐσὶν ἰατροσ λόγος. Iam uero tempeſtiuū eſt, Heros integerrime, ſummū ſeculi noſtri decus, ut receptui canā. Tua uero humanitas mihi potißimū digna eſt uiſa, cui quicquid id eſſet operis dedicarem, non quo putem te

lectione medicarum rerum opus habere, sed quo liber
in opistographo folio palam ostenderet, quem formida=
rent liuidi osores, patronum. Quum enim tu sis Ba=
uarici Gymnasij columna unica, quiq́; dum huic probe
consultum cupis, omnis eruditionis & professionis un=
deuis uel e media Itala terra (quæ dicitur esse uelut quæ
dam mater atq́; altrix optimorum studiorum) euocas
egregios uiros. Haud dubie quidē fulgore nominis tui
uenenatæ linguæ refrenabūtur: & qui sibi soli placent
ociosi hoīēs, subrostrarii illi (sic .n. M. Tullius uocat)
qui cum præstare nihil possint, immodicam sibi licentiā
debacchandi sine discrimine in quemuis sumunt, procul
a limine nostrorum commentariorū propulsabuntur.
Quoniam uero intacta prioribus sæclis fuit hec Metho
dus Curatiua, ob immensos qui deuorandi erant labo=
res: quiuis sani cerebri philiatros ueniam non inuitus
dabit hallucinanti alicubi, τῷ πρωτοπείρῳ. Quod si
aliud nihil præstiti, boni tamen consulturos noui inge=
nuos & liberaliter educatos philologos, expositionem
nostram super difficillimas uoculationes atq́; oratiōes
inæstimando labore ex immenso Græcorum & Lati=
norum codicum aceruo, allatam conflatamq́;. In qui=
bus uero genuinam authoris sentētiam desiderauimus,
ad quorū nomina consurgimus primæ notæ uiri, Eras=
mus Roterodamus, & Albanus Torinus Vitodurensis
officiose nobis manus porrexerunt. Quorum mihi ele=
gantissimæ epistolæ priusquā has literas obsignarem,
cōmodum

modum sunt allatæ. Quod si adeo liberi est ingenij, nūquā dißimulare per quem profeceris, norit tua dominatio nos horum ope & consilio usos esse lib. 1. cap. 2. in Orestis somnio, lib. 3. ca. 2. in transfusis in se cribris, li. 6. ca. 3. in Criomyxis. lib. 5. ca. 12. in Tabijs. li. 6. ca. 5 in Solene. li. 12. ca. 1. in cōfectione ex seminibus, et quibusdam aliis locis, ubi quid scrupuli magni erat illustrandum. Quod ad pueros attinet, integritati tuæ significo Osualdum filium, cum Francisco Burckhardo æquali suo, in Græcis litteris perdiscendis pulchre procedere: atq; adeo fœlicius, quā ætatem tam pusillā præstare posse credas. Ignauiores ad hanc rem multos dixeris, qui alterutrius duplum, aut triplum ætatis uixerunt grandes adolescentes: quibus nonnunq̄ tentantibus, nec adblandiuntur Musæ Græcanicæ, nec quicquā succedit. Rectißime Vale uir magnifice, studiorū nostrorum patrone & æstimator unice. Ingelstadij Kalend. Septembris. Anno. 1533.

DOMINO DOCTORI AMBROSIO IVNG medico eximio, præceptori atq; affini suo uenerabili, Gercon Schœnopœus fœlicitatem perpetuam.

HAud quaq̄ exigua spes affulsit animo meo, affinis ac præceptor colendißime, breui fore, ut ueterem illam purißimā medicinā, nō quidem

nouam, sed postliminio reflorescentē, integro simus habituri. Tot enim indies optimorū authorū monumenta emergunt et prodeunt, ut ea nūc natiuā suā facient medicinā lōge clarius q̄ ante hoc nostrū tempus unq̄, orbi ostendere cœperit. Ad quod plurimū faciūt strenui doctorū hominū labores, nēpe Geor: & Ioan. Agricolæ, Leonar. Fuchsij, Brunfelsij atq; aliorū, quos ita animatos deprehēdimus, ut profligata sophistica balbutie suā in re medica iuuanda curā rebus omnibus anteponant. Quibus itaq; ad Cleanthis lucernā sedulo elucubrantibus, quæ promouendæ tam præclaræ disciplinæ commodare credant: ingratißimi essemus, nisi illorū uigilias boni consulamus, gratoq; animo atq; pronis, quod dicitur, ulnis excipiamus. Subit enim superiorū sæculorum miserari casum & calamitatē, per quæ studiosis artis medicæ uix pauci olim, atq; ijdem deprauatißimi libri obtingere poterant, qui aliquando ipsißimam rei medendi πανωλεθρίαν fuerāt inuecturi, nisi nostrū sæculum longe fœlicius fuisset successurū. Hoc enim ipso nostro æuo scaturire & fluere cœperūt fontes eruditionis limpidißimi. E quibus deprauatißimis libris mendose uersis, quæ Arabes emendicarunt, confuderūt cū barbaris et friuolis suis symmystis. Quibus omnibus huiusmodi dispositionem accomodarunt (quantū ad tradendi artificiū attinebat) ut sursum ac deorsum omnia uersantes, infima suprema, magna & minima quasi in unū Chaos mihi coegisse semper sunt uisi. Qua confu-

ſanea doctrina bonam orbis partem in ſua caſtra per-
traxerũt. Vnde factum etiã ut plurimi his monitoribus
tantum freti, ficta eruditione turgentes perfectæ ſcien-
tiæ ſibi ſumpſerint ſupercilium. Niſi uero ſumma quis
laboret inuidentia, nemo unq̃ genuinã exercere pote-
rit, in eos, qui tantos labores deuorare pergunt, pro ue
ra ſinceraq; arte medica e tenebris reuocanda, liberali
q́; cauſſa aſſerenda. Siquidem hoc redundat in maximũ
ægrotantiũ, & recuperandæ ſanitatis cõmodum. Cæ-
terum ex multis alijs huius farinæ operibus, haud ſcio
ſit ne quidq̃ maiori laude dignũ, q̃ hæc copioſiſsima no
ſtri Agricolæ ſcholia, in Galeni Therapeuticã metho-
don cõſcripta. Nam hic liber uniuerſæ tractationis me
dicæ quaſi Επιγραφὴν quandã complectitur, quẽ niſi
quiſpiam triuerit, tantũ abeſt ut illũ medici nomine di-
gnum exiſtimẽ, ut putem illũ multis paraſangis remo-
tum eſſe ab hac quã profitetur diſciplina. Cæterum ut
ut alij ſentiant de illis Agricolæ laboribus, cum nobis
tũ multis alijs quibus hos cernere licuit, naribus for-
taſſe non tam obœſis, arrident & magnopere proban-
tur. Nam horum ope paulatim ad artis faſtigium aſcen
dere licebit quod quidem per Arabicos ſcriptores impe
diretur potius q̃ promoueretur. Quãdo uero hæc ſcho
lia nobis oblata eſſent, noſtrũq; ſuper ea re exigeretur
iudicium, æſtimata utilitate quã ſciebamus ſtudioſis in-
de prouenturã, omnẽ mouimus lapidem, ut comprimũ
liber characterũ euulgaretur artificio. Gratulor itaq;

Bauarico gymnasio, quod hactenus libenter fouit, omnium ordinū uiros doctos, quorū non paucos olim mihi conuictus & ipsa familiaritatis tessera conciliauit amicos, ingenuo enim fatemur nos eidē Academiæ, in qua dulcibus studijs annis XVII. educati sumus, non parū gratiæ debere. Nemini uero celebritatis, nominis & rerum gestarū gloria nō est cognitissimus Leonardus ab Eck in Vuolfs & Randeck uir, & claritudine generis & peritia Iurisprudentiæ nobilissimus. Hic ille qui omnem hominū statum per tot laboriosos stramites adiutum cupit, cuiusq; tutelari patricinio dedicatus est hic liber, qui cum huic nostræ subscriberet sententiæ, meq; ipsum serio inhortaretur, curarem ut q̃primū ambientibus cōmunicarentur per typographum numerosa exempla, cumq; ipse a prima adulescētia huius herois semper fuerim studiosissimns, impium ratus sum nisi qua possem opera, huic uiro magnifico atq; e magnatibus facile principi gratificarer. Accedebat huc uenerande senex, quod e talibus scriptis charissima pignora Ambrosium & Timotheū filios tuos, quos iam olim philosophiæ destinasti, uidebam multū eruditionis solide propedie cōsecuturos, cū enim ad nundinas Francofordianas autumnales eadem Agricolæ opera elaboratos cōmentarios in libros sex de morbis, causis, & symptromatis, qui iamiam incudi demandabuntur, accepturi sunt, nō dubium quin uterq; filius (quos nuper dissimulato affectu paterno, meo ductu Argentinā pro capes=

ſendis bonis ſtudijs extruſiſti, ubi & pulcherrimũ uter
q; eruditionis ſuæ ſpecimen iam primũ edidit) fœliciſsi=
me in uera philoſophia ſit uelitaturus, atq; egregium
in rerum philoſophicarũ ſatellitiũ habiturus. Porro in
dociles & pertinaces inſtituti ſui ſemel perperã cœpti
uiros, meo more lubens prætereo, bouẽ ad ceroma ad=
ducere non uolo, Quandoq; ſi uel ad rauim reclamẽ,
illi tamen nihilo ſecius medium (ut aiunt) digitum be=
ne monentibus oſtenderent, Quamq̃ lucifugas illas ſo=
phiſtarũ phalanges aliquando per ſe peſſum iri ſpera=
rim, Illis equidem cum Hippocrate & Galeno nõ plus
cõuenit, quã Coccyci cum Luſcinia, uerũ nos poſthac
Galeno noſtrã locabimus operam, is enim eſt uniuerſæ
medicinæ pelagus inexhauſtum. Agricola quoq; ſcho=
lijs ſuis inuitat uos ingenuos adoleſcentes, ueluti claſsi=
co quodam ad Galeni medicinã tractandam, functuſq;
quaſi cotis uice, admonet uos officij ueſtri. Galeni. n.
omnino admirãdus in ſcribendo genius, ſolus nãq; hic
medicinæ cardinẽ uidit & attigit. Huius itaq; uiri non
dicam monumẽta ſed miracula librorum, qui amplecti
deputeſcunt, nõ parum ignaui uidentur. Proinde præ=
euntem animoſq; uobis facientẽ ducem ſequimini, & ad
apicem medicinæ fœlicius aſcendetis. Enarratione qua
piam opus omnino erat in his Galeni libris, in quibus
nõ nulla theoremata ueluti abſtruſiſsima nos ante hac
torſerunt, quæ iam meridiana luce nobis clariora red=
dita uidentur. Tu uero Chariſsime affinis Vale & ua=

letudinem tuam cura diligenter. Augustæ ex ædibus nostris. IX. Calend. Februa. Anno. M. D. XXXIIII.

VITA GALENI PER IOANNEM MANARDVM.

NATVS EST GALENVS IN PERGAMO Asiæ ciuitate, patre Nichone Geometra, et architecto diuite, et in primis disciplinis erudito, naturaq; ipsa ad philosophandum disposito, sed in Geometria & Astrologia ad summum prouecto, sicuti ipse Galenus in 8. Therap. scripsit. Ab hoc in somnis monitus, cum philosophiæ iã esset initiatus, ad medicinæ studium inductus est, ut li. 9. eiusdẽ Therap. legitur. Vixit sub Cæsaribus Adriano, Antonino Pio, Marco, & Cõmodo, sub Antoninoq; Romani primo profectus est, quẽadmodũ ipse scripsit in proœmio lib. Anatomicarũ aggressionũ. Discipulus primo fuit Satyri, secundo Pelopis apud Smyrnam. Fuit Satyrus discipulus Quinti. cuius sæpe meminit Galenus: quẽ tanti fecit, ut Corinthum Numesiani gratia petierit, qui et ipse discipulus Quinti probatissimus fuerat. Alexandriã quoq;, aliaq; multa loca petijt, ubi esse aliquem Quinti discipulũ intellexit. Ex Alexandria annos 28. natus in patriã reuersus, omnia q̃ cognouerat pharmaca amicis medicis dedit, ut ea per experientiã cõfirmaret, q̃ ab alijs didicerat, sicut 2. li. de Pharmacis κατὰ γένος attestatur.

A pontifice iam 29. annorum, omnium eorum curam accepit, q in duello fuissent uulnerati. Quæ res sibi ita prospere cesit, ut nullus impeditus aliquo membro remanserit ex ijs quos curandos suscepit. Varia dehinc loca, uaria medicamenta inquisiturus perlustrauit, sicuti li. 9 de Simplic. Medic. ostendit. Sanus in infantia beneficio patris perseuerauit. Puer factus ob fructuum esum ægritudine acuta laborauit, ad pristinum uictum a patre restitutus, anno ætatis 19 sanus permansit, sequente uictu sociorum usus, iterum ægrotauit. Posterioribus similiter annis usq; ad 28, uel singulo quoq;, uel tertio anno, morbo aliquo laborauit. Post 28, sanum se metipsum conseruauit, postq̃ uidelicet salubrem Methodum adinuenit: nullũ morbum deinceps paßus preter Ephemerã febrem, quã aliquãdo ob immodicos labores incurrit. Scripsit plurima non solum in Medicina, sed & in philosophia, Grammatica & Geometria, ut Suidas testatur, uerũ et in Dialectica, sicut in lib. de differen: pulsuum ipsemet dicit. Laudis humanæ contemptor adeo extitit, ut nunq̃ suis commentationibus proprium nomen subscripserit, ut 7. Therap. Methodi scriptum reliquit. Famã tamen quo magis neglexit, eo maiorẽ consecutus est. Apud maximos uiros summo in precio habitus, præcipue Cæsares, quibus etiam Theriacen Romæ præparauit, ut in libro de Antidotis habetur. Senio tandẽ confectus, in patria requieuit, nunq̃ intermoriturã apud posteros laudẽ & gloriã cõsecutus.

AD LECTOREM PRAEFATIO.

PRINCIPIO VISVM EST HAVD PARVM accōmodum, ut te ad moneā Candide lector, quo minus quicq̄ tuā, in hoc uolumine, quod in studiosorum immensam uelitaturi compegimus utilitatem, remoretur industriam. In primo igitur libro atq; identidem in secundo, parciores fuimus in annotando. Partim quod materia pluscula in his ad historias tantū, ad bonas literas, atq; ad artem Dialecticam spectans non uidebatur enarratione prolixiori indigere. Partim quod in cōuellēdis ijs quæ impudēter asseruerat Thessalus (cuius tota Medicina hodie ad Cynosargas est relegata) nimis multum aquæ Galenus in sumpsit, consulto noueris itaq; nos multa præterijsse. Nec mihi hæc esse debet fraudi, quod transilui etiam difficilia loca ab Authore ipso explanata in hoc toto opere. Nam quorsum attineret perpetua tautologia rem eandem, tum in scholijs, tum in uerborum Galeni contextu nunq̄ non repetere? Proinde quod alicubi non inueneris explicatum, alibi aut certe in Indice toti operi subiungendo offendere dabitur. Hæc.n. sola nobis cautio erat ne in immensum exiret nostra commentatio. Tua item refert aduertere libros hos, iuxta antiqui translatoris institutum, in sua capita a nobis discerptos esse, atq; ab initio cuiusq; capitis priora uerba ad numerum capituli relata, quæ quo facilius singula ubiq; citata inuenias, &

in numerato habeas, ilico ſuppeditabūt. Optarimq; ut poſthac nulli nō tum tranſlatores, tum Calcographi in his et ſimilis mouetæ uoluminibus capitulorū numeros adponerēt, propter ingentē confuſionē diſcutiendam, et diſcendi gratam facilitatem promouendā. Laudatur hoc nomine Hugo, opinor, Theologus, qui Vetus & Nouū inſtrumentū ſalutis noſtræ παλαιὰν καὶ πρόσφατον, in capita diſſecuit: cū prius ſine capitulis legerentur. Quæ ſors etiā contigit libro Hiſtoriæ mūdi C. Plinij: ut teſtatur Beatus Rhenanus in ſcholijs ſuper eiuſdem Plinij cap. 39. li. 10. Quum uero hæc ageremus, non curauimus per cōtinuationes omnia uerba Galeni retexere. Quin potius argumētum & ſcopum capitis cuiuſuis tantū recitauimus: id enim uidebatur nobis potiſsimū exhibendum. Qui. n. ſic omnia per ecphraſin repetunt, ſicuti placuit gloſſatoribus, qui paulo ſupra noſtram ætatem uixerunt, ignauiorē plerūq; dimittūt lectorem a propoſiti authoris monumentis, q̄ acceperint: aut certe diſcerptionibus illis in infinita membra diductis, tantā nauſeā adminiſtrāt, ut a reliqua lectiōe in uniuerſum ſumoueāt. Iam uero tempus exigit, ut docere pergam, quos libros Galenus uelit legendos priuſq̄ aliquis huic nobili Therapeuticæ methodo adponat manum, ſed præſtat ipſius uerba ſubſcribere. Oportet igitur quiſquis horum cū certa ſcientia demonſtrationes cœpiſſe uelit, a libro de elemētis incipiat, poſt deinde reliquos ſingilatim relegat. Sunt uero proximi huic

cõmentarij de temperamẽtis. Ab ijs proximus est, qui de inæquali intemperie inscribitur. Mox qui de naturalibus facultatibus, alijq́; qui de Animæ affectibus sunt proditi. Hos excipiunt qui de particalarum usu inscripti. Quos sequũtur qui de morborum symptomatumq́; differentijs titulum habent. Et infra eodem capite. Ac mihi uideor ijs presertim qui cõmentarios nostros de morborum symptomatumq; differentijs perlegerũt cũ quibus scilicet mihi deinceps sermo erit, iam clare ostendisse, maxime in ipsis statim foribus lapsum Thessalum esse. Et ca. 2. eiusdem libri. Ei quem ueritatis studiũ tenet, quot in uniuersum sint morbi & symptomata, & proximæ siue internæ horum caussæ requirat. Nos igitur in alijs cõmentarijs fecimus, quorum unus de ægritudinũ numero est, inscriptus aũt est de morborum differẽtia. Alter de symptomatum est differentia. Adeo uero in eo opere caussas horum utriusq; seorsum explorare studuimus (cum morbi tum symptomatis) ut ad præsentem disputationem nihil amplius desideretur, sed præparata omnia iã sint. Itaq; ne legenda quidem quæ hic dicemus ulli suaserim, priusq̃ in illis sit exercitatus. Quippe siquis illis tã numerosis Theorematis neglectis, huc se contulerit, nec ipse fructum percipiet, & quæ recte sunt tradita temere incusabit. Multũ etiam adiumenti ad methodum perdiscendam conferet medicamentorum simplicium cognitio. Quẽadmodũ dilucide cõmemorat Gal. his uerbis. Iam uero, dicens,

Simplicium medicaminum uniuersorum facultates ex-amußim uobis cognoscēdæ sunt, quo ubiuis corporibus curationem desiderantibus idonea ex his quæ adsunt facile poßitis remedia componere, ita etiam omniū præter naturā affectuum species ad unguem tenere expedit, quas primum quidē libro de morborum, altero de symptomatum differentijs, tertio post illos de morborum causis cōprehensas habetis. Ad hæc tribus alijs de symptomatum causis, uno insuper de plenitudine nec non de febrium differentia cōmentario, postremū medendi methodo, in quibus affectiones actionem ledentes didicistis. Et rursum in hac methodo. In libris qui de medicamentis sunt inscripti exercitatum esse censui, quis quis ex his cōmentarijs fructum percipiet. Et iterum. Conueniet ut qui artem methodo tradi sibi studet, omnis materiæ uires prius perdidicerit, nec expectet, ut eas in singulis affectibus audiat: sed simul ac curationis tantum speciem norit, debitam uictus rationem inuenire poßit. Huc attinet fortaßis, ut adscribam quod hanc preciosam methodon nobili uiro & medicorum nominis mire studioso Hieroni nominatim inscripserit Galenus. Qui postq̄ subito longum iter ingressus esset coactus, & non multo post diem obijsset. Galenus morte illius summo tædio affectus aliquandiu coeptum opus abiecit iam tum sex prioribus libris ad colophonem deductis. Ad extremum tamen precibus Eugeniani inductus, imperfectum opus in manus reuocauit, atq; alios

octo libros adiunxit, Eugenianoq; dedicauit ut testatur ab initio lib.7. Porro in simplicium medicaminum uiriculis enarrandis usi sumus ope & auxilio C.Plinij in historia mundi, sed Dioscoridæ potissimũ, quia plurimũ huic cum Galeno conuenit, ita ut uix duobus aut tribus locis alter ab alterius dissidere uideatur sententia, quantũ ex tractationibus utriusq; in prunis, terra Sphragitide, Coriãdro & paucis quibusdã alijs datur conijci. Huic itaq; abscribendũ loco encomiũ Dioscor. quod eleganter Galenus extulit, cum dicit. Anazarbẽsis Dioscorides quinq; libris materiam omnẽ utilem absoluit, non herbarum tantũ, sed & arborũ & fructuũ, & succorum & liquorũ, memorans insuper & metallica omnia & partes anĩmaliũ. Et mihi quidem uidetur omniũ perfectissime tractatũ de materia medicamentorum confecisse. Nam licet a maioribus eo plurima de illis bene scripta extent, tamen a nemine omniũ æque de omnibus, nisi siquis Tanitrũ prædicet Asclepiadis.

PERIOCHE DECEM ET QVATVOR LIBRORVM THERAPEUTICÆ Methodi Galeni.

AD perplexũ quoduis negotiũ expediendũ plurimũ utilitatis adfert diligens argumenti expositio. Hac.n.ipsa fit, ut aliquot ignorãtiæ fumi discutiãtur. Cõuenit igitur ne hic qdẽ simus elingues.

Primo autem libro impudentissimi Thessali thrasonicam arrogantiam pulchre & docte confutat, qua gloriosus uitiligator cunctos medicos superasse sibi uidebatur, tam quidem sine fronte, ut calumniaretur etiam omnis medicinæ solem atq; parentem Hippocratem, noxia præcepta cũ tradidisse effutiens. Galenus uero Hyperboli illius circumforaneam doctrinam suis pingit coloribus, docens eum neq; Dialecticen neq; quicq̃ reliquarum liberaliũ disciplinarum tenuisse, atq; a medicinæ cognitione tantum abesse, ut hic ne in apijs quidem adhuc, quod dicitur, constiterit. Quippe qui differentias tantum morborum clausum & fluxũ pro morbis & morborum generibus adstruxerit. Cæterum Platonem, Aristotilem, Theophrastum, & pleresq; alios ueteres ita sibi humo afflixisse uisus est, ut nihil sibi superesse putaret, quã ut ad triumphũ albi equi adornarentur. Atqui ueras tum sanitatis tum morbi definitiones Gal. artificio logico inquirit, una cũ enarratione præcipuorum nominũ, quibus ars medica tanq̃ fundamento nititur, utpote actionis πάθους affectus, symptomatum, caussarũ, accidentiũ &c. Secundus liber sublimem & physicam dissertationẽ lationis & partium motus localis cõtinet: nec dißimulat quæ res præter naturã, pathos, affectus & morbus dici queat. Ibiq; & hoc omnino lectu dignũ est, ubi sub oculos ponit, a quibus et q̃ multiplicibus rebus morborũ nomina sint transsumpta. Deinde totã machinã uertit in Ascle=

piadis: cui etiã Thessalus dexterã dederat: tenuiũ mea tuum opinionẽ, quorũ symmetriæ caussam actionis adscribebant, cum hæc potius debeatur quattuor primis qualitatibus. Post quantũ inter se dißideant Methodici, Emperici & Dogmatici liquido demonstrat, adnectens qui libri methodum antecedere debeant. Sublimẽ in super considerationem suggerit de nominibus & rebus subiectis de unitate generis speciei & nũeri. Quæ omnia nõ intellecta Thessalijs, per exempla tam plane et dilucide Gal. proponit: ut hæc diligenter relecta, nõ nisi plumbo aut asino magis stupidus sit, lectorẽ fugere queant. In tertio lib. generales communesq; sermones de quaq; ulceris differentia tradit, ostendens, quales medicamentorum, quibus illa curabuntur, uires esse conueniat, tertium enim morborum præcipuum genus refertur a Galeno, quod similaribus & instrnmentalibus partibus est commune: atq; a Galc. primum continui solutio appellatur. Ostendit autem communem eius curationis indicationẽ esse unitionem. Cæterum q̃ ex hoc rursum in partes diducto Particulares consistunt, hæ quatuor libris horũ cõmentariorũ 3. 4. 5. & 6. scriptæ sunt. Id circo nimirũ ab hoc auspicatus, quod & cõspectius reliquis esset, & euidenter omnes propemodũ priores, qui certa methodo artem tradere polliciti, Amethodi in ipsis curationibus deprehendũtur, cõfutaret. Est aliud morbi genus quod similares & simplices animalis uexat partes, quam intemperiem uocant. Huius

aliquæ differentiæ sunt, quæ ex corporibus nuda qualitate alteratis, aliquæ uero cum materia proueniunt, de quibus pertractat libro septimo, si in partibus proueniant. In octauo & nono ad eas ueniet q̃ in totum se animal extendunt, nempe ad febres Ephemeras. Libro decimo de his febribus sermonem instituet, quæ factæ iã sunt, sed quæ eas accendit caussa iam abijt, quia simplicem primam curationis indicationem habẽt, undecimo etiam illas aggredietur, quarum in corpore caussa subsistit. Cuiusmodi sunt quæ ex putridis accensæ sunt humoribus. Duodecimo symptomaten quorundam curationem tradit, quæ nonnũq; febres cõitantur, cuius generis syncope & lipopsychia. i. animi deliquiũ, & febres, quas hodie nominant syncopales. Posterum ad instrumentalium partium morbos conuertitur, & generalissimas horum indicatiões ostendit. Post quas & eas qui ex harum sectiõe nascuntur. Deinde rursus quæ ex illis oriuntur: donec ad eas quæ ultra sectionem non ad mittant peruenerit.

SCHOLIA IOANNIS AGRICOLAE IN LIbrum primũ Therapeuticæ methodi Galeni.

CAPITE PRIMO GAL. CAVSSAS REcenset, cur aliquandiu cunctatus fuerit hãc tam præclarã scribere Methodon. Inter quas uerarum disciplinarũ contemptus, animũ ipsius mire suspensum tenuit. Quum tamen ab amicis nunq̃ nõ ad scriben

gum instigaretur, precibus excitaretur atq; officijs uellicaretur: ipseq; iam eruditionẽ suã uelut ex ædito posse lucere pluribus intelligeret, ad extremũ, improbitati amicorũ urgentium cedens librum hunc aureum ad plurimorũ mortalium utilitatẽ inæstimandã concinnauit. Quem oro, animũ interea a curis auocans candide lector, & in sublimes hos, recessus subducens, ab omni strepitu tranquillum & quietum, penitius introspicere & relegere uelis.

METHODVS Græcis uiã breuẽ et μεταφορικῶς disciplinam significat. Vnde Galeni sententia methodo aliqd inquirere aut inuenire ex aduerso opponitur ei, quod est fortuito temereq; reperire. Est aũt id cum uia quadã & ordine, ita ut in disquisitione aliquid primũ sit, aliquid secundũ & tertium, atq; ita de reliquis omnibus deinceps, quoad demum ad ipsum, quod ab initio est propositum sit peruentũ. Porro finẽ methodi illius scribit esse inuenire cuiusq; morbi remedia. Principiũ uero cognitionem morbi, qualis uidelicet is natura sit. Atqui alio nobis authore adhãc rem perdiscendã opus non erit q̃ Galeno. Quod si etiãnum hæres in methodo intelligenda, reputabis tecũ, quod lib. 4. ca. 4. prodidit in hunc modum. Quare hoc est methodo curare quod nos facimus, ueteres imitantes, si modo methodum esse oportet, unam quandam uniuersalem uiam, quæ omniũ particulariũ sit cõmunis. Et notitiã certe habeat oportet, tum similis tum dißimilis, qui methodo quiduis molitur.

litur. Et li.9.ca.6. pro comperto habeas, non licere ullius artis scientiam nancisci, nisi & methodum quandã habueris per uniuersalia uocata theoremata, et in particularibus te exemplis exercueris in ægris singulatim curandis. Nam in uniuersalibus methodus, in particularibus exercitatio cõsistit. Tanq̃ igitur qui iter aliquod ingredi student, utroq; inuicem utuntur crure, qui altero claudus est, uno dumtaxat utitur, & longo spacio, & sæpe errans uiam peragit, ita sane & qui finẽ cuiuslibet artis consequi parat, duobus his ueluti cruribus, uel instrumentis, uel quomodocũq; appellasse libet, uti debebit in uniuersalibus theorematis methodo, in particularibus, exercitatione.

THERAPEVTICA, Græcis θεραπεία idem est, quod latinis remedium uel medela. Et θεραπεύσιμος i. sanabilis. θεραπεύω curo, medeor, concilio, in precio habeo. θεραπευτικός curatiuus, sanatiuus.

SECTAE medicorum magis insignes fuerũt tres. Methodicorũ, Empiricorũ, & Dogmaticorũ. Methodici a Methodo dicti sunt, quoniam rationem medendi per compendia tradebãt. Hi nec locum affectum ad curationis indicationem prodesse, neq; caussam, neq; ætatem, neq; tempus, nec regionem, nec uirium ægrotãtis considerationem necessariam existimabant: Anatomices quoq; cognitionẽ inuniuersum respuebant, sine qua tamen uidemus neminem præclarũ medicum unq̃ prodiisse. Adhæc Hippocratis totam industriam (quæ erat hominum impudentia) damnabant. Hos sectæ suæ tam

tenaces fuisse, scribit Gal. infra li. 1. ca. 4. interim uero tam rudes, ut licet demonstrationum principia ignorarint, demonstrare tamen conati sint. Cæterũ quæ qualiaue, aut quot demonstrationis principia sint, nec noscere nec quærere uoluisse, nec alium docentem audire sustinuisse. Hos Gale. arguit merito temeritatis suæ & naso suspendit. Siquidem unum id sibi ad ulcus sanandũ satisfacere putabant, si scirent quod cauum ulcus carne esset replendum, plenum, cicatrice inducendum, cruentum glutinandum, uerrucam esse tollendam, uiciosum succum euocandum esse, & similia. Cum in his non consistat curandi ratio: imo in eo inueniendo, quod carne sit impleturum, & similiter alia. Hos passim insectatur Gale. Ponebant autem communitates quasdam laxata uidelicet esse adstringẽda, astricta uero laxanda, morbosq; in fluore & retentione spectandos esse. Quibus tanq̃ cõmunem & generalem hominem, & nõ particulares curarent. Cum non curetur homo communis & generalis, sed nostrũ quisq;. Ductores horum fuere præcipui omnium Themison Laodiceus, Thessalus Trallianus homo maledicus, Olympiacus Milesius, Soranus Ephesius, fuit etiam in horum albo Cœlius Aurelius. Galenus autẽ librum hũc nobilem admodũ non ab illis, sed a uera rationali Methodo Therapeuticã Methodum appellauit, recte sane, illi uero perperam hoc nomen affectarunt, cum fuerint ab omni methodo alieni. Quippe solus ille medicamentis recti uti potest, qui certa methodo curat. Empirici uero per experientiam

omnia inueniri contẽdebant, negabãtq; oportere actionis inquiri causam, nec actiones ipsas esse consideran das. Proinde quæ usu & experientia in multis obseruarant, & undecunq; deprehenderant eadem semper & similia, hæc usurpabant, omißis caußis & naturalibus actiõibus. Talis aũt aggregatio, sua cuiusq; perspectio uocata est, quæ recordatio quædã est eorũ q̃ sæpius & identidem prospecta sunt. Nominarunt igitur hoc experientiam ipsam, eiusq; expositionem historiam. Nec arte putabãt ulla ratione ue experientiã niti: imo unius fortunæ fauorem ad ea q̃ quærunt inuenienda requirere. Hanc instituit Philinus Cous quem sunt imitati Serapion Alexandrinus, Glaucias Menodotus, Heraclides Tarentinus. Dogmatici aũt, Gal. de sectis medic. teste, a ratione rationales appellantur, quicũq; se rationi accomodarunt, qui naturæ proprietatem & morborũ causas peruestigant, & signa contemplantur pro deprehensione illarum contraria contrarijs adhibentes: interim experimenta deosculantes, si quæ cum ratione consentiant. Quod innuit infra cum dicit, in operibus de medicamentis ambo miscuimus, omnia medico cognoscenda esse rati, tum quæ solo inuenta sunt usu, tum quæ sola ratione. Ad hæc tertio loco quæ cõferentibus ad inuentionem utriusq;. Omnibus autem his ille solus commode utetur, qui in hac methodo est exercitatus. Huic sectæ præfuere hactenus Hippocra. Gal. Paulus, Alexander Oribasius, Amisceni. Omnia copiosius legas apud Gal. in lib. anima. de sectis in scripto.

SCHOLIA IN CAPVT PRIMVM LIBRI PRIMI THERAPEVTICAE METHODI GALENI.

De AMBITIOSIS *Salutationibus* Romanensium hominum extant uersiculi Marcialis.

Prima salutantes, atq; altera suscipit hora,
Exercet raucos tertia caußidicos.

Virgilius quoq; fluctuantẽ undam appellat tantam multitudinis fecem salutatũ occurrentẽ quottidie Romanis hominibus ditioribus.

In gentem foribus domus alta superbis
Manc salutantum totis uomit ædibus undam.

Quod etiam Gal. li. 9. ca. 4. adnotauit in hunc modũ. Quo minus mirum est, si in quo tempore alij totam urbem salutando lustrant, & cum diuitibus cœnant, ac eosdem comitantur, hoc omni sedulo nos laborãtes, primum quidẽ omnia, quæ ueteribus pulchre sunt inuenta didicimus. Quin & iuuenalis Galeni, Plinij, & Martialis synchronus acriter perstringit pomposum illum Romanorũ morem. Primaq; satyra notat diuites auaros consalutatos atq; in forũ deductos, qui tamen longa mora delassatos clientes ieiunos & aridos dimittebãt, his uersibus.

Veſtibulis abeunt ueteres laßiq; clientes,
Votáq; deponunt, q̃q̃ longißima cœnæ
Spes homini, caules miſeris, atq́; ignis emendus
Optima ſyularum interea, pelagiq́; uorabit
Rex horum, uacuiſq; thoris, tantũ ipſe iacebit.
Et ibidem. Nunc ſportula primo
Limine parua ſedet turbæ rapienda togatæ.
Et rurſum de Hexaphoro & aurigis.
Quadriuio, cum iam ſexta ceruice feratur,
Hinc atq́; inde patens ac nuda pœne cathedra.

IAM VEL aleæ, uel amoribus. Iuuenalis ferme omnia q̃ Gal. hoc loci uitia Romanorũ notat, proinde cõmodũ uiſum eſt eius uerba e prima ſatyra hic retexere.

Nil erat ulterius, quod noſtris moribus addat
Poſteritas, eadem cupient facientq́; minores
Omne in præcepiti uitium ſtetit, utere uelis,
Totos pande ſinus.
Et quando uberior uitiorum copia? quando
Maior auariciæ patuit ſinus? alea quando
Hos animos, neq́; enim loculis comitantibus itur
Ad caſum tabulæ, poſita ſed luditur arca.
Prælia quanta illic diſpenſatore uidebis
Armigero? ſimplex ne furor ſeſtertia centum
Perdere, & horrenti tunicam nõ reddere ſeruo?

LYRA CITHARAVE aut aliud muſicũ inſtrumentũ. Non diſplicuiſſe Galeno Muſicen indicat hic locus. Barbarus uero et ineptus habitus eſt rex Scytharũ

Atheas, qui uelut e saxo natus nobili cantũ minus adficiebatur q̃ Marpesia cautes. Nam cũ captiuũ Ismeniã tibicinem illũ optimũ (qui plures Bœotios Ischiadicos modulis lenibus incinẽs persanauit: multũ enim efficax est suauis incentio tibiarum, tum ad hunc dirum cruciatum, tum ad uiperarũ morsus leuandos, ut extat apud A. Gel. li. 4. ca. 13.) ubi tibia uti iussisset, & uehemẽter cum cæteri admirarentur, iurauit equestrem hinnitum sibi longe iucundiorem uideri. Parum etiã æquus musices censor uidetur Ammianus Marcellinus cum li. 14. inquit. Paucæ domus studiorũ serijs cultibus antea celebratæ, nunc ludibrijs ignauiæ torrentes exundant, uocali sono perflabili cantu fidium resultantes, &c. organa fabricantur hydraulica, & lyræ ad speciẽ carpentorum ingentes tibiæ, quæ & histrionici gestus instrumenta non leuia. Nec multo commodiorem musices encomiasten agit Pampiros ille Razius li. 4. ca. 32 ad Almans. Videtur hos infatuasse adagiolum ἀγαθὸσ ψάλτησ, ἀγαθὸσ ζωμωποιόσ, bonus cantor bonus cupediarius. Equidem ut est male feriatorum ingeniũ in uniuersum id contemptum uolunt quod ipsi non didicerunt. Vide Cœlium Rhodo li. 5. ca. 21.

De magnitudine poculorum certant. Hoc est quod ca. 9. li. 1. ad finem dicit, medicis suæ tempestatis non licere ueritatis inquisitioni uacare, ut q mane in exosculatiõibus essent occupati, uesperi uino onusti, ac ebrij. Et in lib. quod optimus medicus idem sit & philoso-

phus. Atqui fieri non poteſt, ut aliquis ſit induſtrius & impiger, qui inebriatur, qui ſe ingurgitat cibo, qui ſtudet ueneri, et ut in ſumma dicã, qui pudendis ac uentri ſeruit, ſed qui ſobrietatis amator eſt, nec minus ueritatis amans, hic uerus medicus comperitur.

NEQVAQuam Getarum Tibiorũq;, Phrygũ, & Thracũ ritu parere. Conſtat ſane ex Plauti Terentijq́; fabulis iuuenes harũ gentium in mancipia ſeruilia degeneraſſe quondã. Prodit itẽ Apollonides Philarchus in ponto tibiorum genus papillas binas in oculis ſingulis habere, quemadmodũ Triballos & Illirycos, quorũ notas tradit in oculo altero geminam pupillam, in altero effigiem: eoſdem inſuper non poſſe mergi nec ueſte quidem degrauatos. Pli. li. 7. ca. 2. Verum ut Suidas annotauit τιβία ὅλη ἡ φρυγία οὕτω καλεῖται tibia uniuerſa phrygia uocatur. Mentionem huius facit Strabo li. 7. Stephanus uero montẽ phrygiæ adſerit, a quo ſerui appellati ſint tibij, quia genus hominum admodum ſeruile exiſtat. Nec melioris ſortis iactantur alij a Gal. recitati. Quod & Cicero incinit pro L. Flacco in teſtes Aſiaticos. Aſia ueſtra, dicens, cõſtat ex Phrygia, Myſia, Caria, Lydia. Vtrum igitur noſtrum an ueſtrũ eſt hoc uerbum, Phrygem plagis fieri meliorem.

GEOMETRIAM, Aſtronomiã, Dialecticen, Muſicen, & plæraſq́; alias diſciplinas medicum deguſtare oportere docet Gal. alibi in exhortatione ad bonas artes. Quæ tam eſt elegãter ab Eraſmo Roterodamo nu-

per latinitatē donata, ut nemo cōmittere debeat, quin illam auidiſsime, imo uno ſpiritu a carceribus ad calcē uſq; relegat, atq; exporrecta fronte reuoluat.

ASCLEPIADAE medici & Aſclepeum templū ſic uocantur hinc inde ab Aeſculapio, qui Græcis ἀσκληπιὸσ dicitur, ab ἀσκελῆ καὶ ἤπια. i. aſsidua & ſuauia ſeruando corpora. A quo medici genus ducentes atq; oriundi Aſclepiadæ dicuntur. Fuit itē Aſclepiades Myrleanus à Myrlea patria, urbe Bithyniæ ſic appellatus, natus, Suida referente ſub Attalo & Eumene regibus Pergami, Grammaticus uſus præceptore Apollonio primū. Exinde pueros erudiendi gratia Romā profectus ſub Pompeio magno. Is igitur teſte Apuleio li. 4. Florid. cuius hæc uerba ſunt, cum forte in ciuitatem ſeſe reciperet, aſpexit in pomerijs ciuitatis funus ingens locatum, plurimos homines ingenti multitudine qui ad exequias uenerāt circumſtare. Propius acceſsit, ut incognoſceret more ingenij, quis nā eſſet, quoniam percontanti nemo reſponderat. At nō ut ipſe aliquid in illo ex arte reprehenderet. Certe quidē iacenti homini, ac prope depoſito fatū attulit. Iam miſeri illius membra omnia aromatis perſperſa, iam os ipſius unguine odoro delibutū, iam eum pollinctum, iam cœnæ paratum, cōtemplatus enim diligentiſsime, quibuſdam ſignis animaduertit, etiā atq; etiā pertractauit corpus hominis, & inuenit in illo uitam latentē, confeſtim exclamauit, uiuere hominē. Procul igitur faces abigerēt,

proculignes amolirentur, cœnam feralem à tumulo ad mensam referrent. Murmur interea exortum, partim medico credēdū dicere, partim etiā irridere medicinā. Postremo propinquis etiā hominibus inuitis, quod ne iam ipsi hæreditatē habebāt. An quod adhuc illi fidem non habebant, ægre tamē ac difficulter Asclepiades impetrauit breuem mortuo dilationē. Atq; ita uespillonū manibus extortum, ueluti ab inferis postliminio domū retulit, confestimq; spiritū recreauit, confestim animā in corporis latibulis delitescentem quibusdam medicamentis prouocauit. Idem Pli. li. 26. ca. 3. authore, cumq; res maxime cōmunium auxiliorū professus, abstinentiam cibi, alias uini, fricationē corporis, ambulationē, gestationesq; fauentibus cunctis, uniuersum prope humanum genus circumægit in se, nō alio modo q̄ si cœlo emissus aduenisset. Alia quoq; blandimēta excogitabat iam suspendēdo lectulos, quorū iactatu aut morbos extenuaret, aut somnos alliceret, iā balneas auidißima hominum cupidine instituendo, et alia multa dictu grata atq; iucunda magna autoritate, nec minore fama, cum occurrisset ignoto funeri, relato homine à rogo atq; seruato, nequis leuibus momentis tantā conuersionem factam existimet. Id solum possumus indignari, unū hominem e leuißima gente, sine opibus ullis ortum, uectigalis sui caussa repente leges salutis humano generi dedisse, quas tamen postea abrogauere multi. Hic idem Pli. eodem li. 7. ca. 37. teste, condita noua secta, spretis

legatis & pollicitationibus Mithridatis regis, reperta ratione qua unum ægris medetur, relato e funere homine & conseruato: sed maxime sponsione facta cum fortuna ne medicus crederetur, si unq̃ inualidus ullo modo fuisset ipse, et uictor suprema in senecta lapsu scalarũ exanimatus est. Scripsit libros salutarium ad Geminiũ & librũ de Clysteri, atteſtãte Cœl. Aurelio lib. 2. ca. 3. & 7. Chronion.

COS uel Coos & Coa reperitur apud Ptolomeũ, insula sita in Myrthoo mari, famigerata et clara Aesculapioq; sacra, qui à patre Apolline inuentore acceptã medicinã fusius explicauit atq; excoluit. Vnde Asclepiadæ rationales medici, tãq̃ per manus alij ab alijs recipientes medicinæ cognitionem, dicti sunt qui potißimum in his tribus insulis claruerunt. Gnidus autem ad Cariam spectat Pomponio Mela lib. 1. referente: insulam unam ex Cycladibus alijs, peninsulam nonnullis, & rursum urbem quibusdam facientibus. Plinius enim li. 6. ca. 34. sub eadem parallelo Rhodon, Coum, Gnidum, Halicarnassum, Delon, Cyclades Sardiniæ medium et Gades ponit.

HONESTVM illud certamẽ, quod Hesiodus prædicabat. Est autem duplex certamen, primũ quod a nemine laudatur, atq; inuidia appellatur. Alterum uero etiam bonis cognitũ. Nam honesta illa æmulatio, teste Cicerone, tardos excitat, bonos uero conseruat. Extat

autem hic locus li. I. eius operis, cui titulum fecit ἔργα καὶ ἡμέραι. Qui uates cum sua lingua nostro æuo uel pueris loquatur, satisfecerit nobis abunde Nicolai Vallensis interpretatio, quæ sic habet.

Sunt geminæ in terris quibus altercantur in unũ
Mortales caussæ, uaria quæ mente trahuntur.
Vna quidem studium laudabile sedula curat,
Illam autem prius obscuri genuere tenebræ.
Sed fato meliore pater Saturnius ipsam,
Et generi humano & terræ radicibus imis
Imposuit, segnes artus & inertia corda
Excitat, alter enim segnis cui uita manebat
Alterius spectans cumulos, mora nulla, bouesq;
Iungit, & impresso terram diuertit aratro.

(Linacrus breuius quatuor uersus duob: cõmutauit.
Nempe aliũ ditem cernens, cui deest quod agatur
Ipse solum uertit taurus, & semina ponit.)

Siue domum curat, siue inserit, alter ad artes
Vicinum uicinus agit, laudabilis hæc est
Pugnandi ratio, fugienda sed altera, sub qua
Inuidet aut figulus figulo, aut egenus egeno,
Siue faber fabro, dulcisq; poeta poetæ.

PHILISTION. Plutarchus in li. Sympos. authorẽ Platonis sententiæ, qua potum dixit defluere ad pulmones, Hippocratem dicit fuisse. Idem esse opinatos &

Philistiona, Locrum & Dioxippum Hippocraticũ ueteres & nobiles medicos, qui ante Philotimũ & Praxagoram uixerunt. Aul. Gel. lib. 17. cap. 11. Meminit Philistionis etiam Plinius li. 20. ca. 5. & 9.

EMPEDOCLES. Primũ medendi scientia sapientiæ pars habebatur, ut & morborum curatio et rerum naturæ cõtemplatio sub ijsdem authoribus nata sit, scilicet ijs hanc maxime requirẽtibus, qui corporũ suorũ robora inquieta cogitatione nocturnaq; uigilia minuerant. Ideoq; multos ex sapientiæ professoribus, peritos eius fuisse accepimus. Clarißimos uero ex his Pythagoram, Empedoclem & Democritũ. Huius aut (ut quidam crediderũt) discipulus Hippocrates Cous, primus quidem ex omnibus memoria dignis à studio sapientiæ disciplinã hanc separauit, uir & arte et facundia insignis. Post quẽ Diocles Carystius, deinde Praxagoras & Chrysippus, tũ Herophilus & Erasistratus, sic artem hanc exercuerunt, ut etiã in diuersas curandi uias processerint. Cor. Celsus in proœmio. Fabulantur aũt Empedoclem in ardentis Aethnæ Craterem insiluisse (fuit enim Agrigentinus) & illius casus reliquisse uestigia, e calceis alterum, quos ferreos gestabat, quẽ quidem paulo à Crateris labro longius repertũ, ipsa ignis uiolentia eiecisset. Strabo Geographicorũ li. 6. Lucretius li. 1. præclare laudauit hominem.

Carmina quin etiam diuini pectoris eius
Vociferantur, et exponunt præclara reperta,

Vt uix humana uideatur stirpe creatus.

LITIS, *quæ* ἔρισ Græce *dicitur, descriptionē* Ho*merus, quē hic author testē adducit li.*4.*iliados* prodi*dit uersiculis sequētibus, quos* Linacrus latine reddidit.

ἔρισ ἄμμοτον μεμαυῖα,
Ἄρεοσ ἀνδροφόνοιο κασιγνήτη ἑτάρη τε,
ἥτ' ὀλίγη μὲν πρῶτα κορύσσεται, αὐτὰρ ἔπειτα
οὐρανῷ ἐστήριξε κάρη, καὶ ἐπὶ χθονὶ βαίνει.

CAPVT. II.

Huius litis stimulis Agitatus Thessalus.

THESSALVM ESSE IMPVDENTISSI*mum, calumniantē* Hippocratem, *dicentēq;, nō* oportere *de natura hominis curiosum esse.* Dein*de si quis hoc donet, falso de ea disputatum & præce*ptum *esse ab* Hippocrate.

THESSALVS *hic* Trallianus *fuit* (Trallis *autem urbs* Lydiæ *non procul à* Magnesia, *optime habitata et ab omnibus opulentis, si qua alia* Asiaticarū *urbium.* Aliæ *quoq;* Tralles *sunt* Meandrū *transeunti in medio fere itinere ubi sunt* Cariæ *fines* Strabo li.14.) *qui sub principatu* Neronis *educatus, post tot & tantos uiros sectam conditurus nouam, cuncta maiorum placita, ut inquit li.*19.*ca.*1.Plinius, *& rabie quadā in omnes æui medicos perorauit.* Quali *prudentia ingenioq;, æstimari uel uno argumento abunde potest, cum monumento*

ſuo, quod eſt in Appia uia ἰατρονίκης ſe inſcripſerit, nullius hiſtrionũ par ex quo trigario comitatu regreſſus in publico erat. Galenus oſtendit hunc nec rationẽ nec experimentũ aſſertionis ſuæ occaſionẽ adhibuiſſe, ſed inſtar tyranni ſolius in ueteres blaſphemie percupidum omnia imperaſſe, docuiſſe uero nihil. Fuit etiã alius Theſſalus Cous. Suida teſte, Hippocratis illius generoſi filius, cui rurſus filij Gorgias & Hippocrates fuere. Ille uero reliquit medicinaliũ rerũ libros ſex, ſecundum pari modo quartũ & ſextum Epidemiorũ libros conſcripſit, quorum argumẽta pater chartis tabuliſq; mandauerat, quæ ne perirent, in ordinem redegit, nec pauca adiecit. Hinc eſt quod Alexandrinus mixtos uocet. Quintus aũt & ſeptimus à Dragone Hipp. altero filio conflati ſunt. Subſcribit Gal. lib. 2. ca. 8. & lib. 3. ca. 1. de Diſpnœa. Extat etiãnum epiſtola Hipp. in qua Theſſalũ filiũ ad Geometriæ & Arithmeticæ ſtudiũ, excitans tatam Geometriã in demonſtratione conſumi dicit. Claret ex hoc quod Hipp. demonſtrandi genere dialectico in medicina uſus fuerit. Sicut à Gal. ipſo multis in locis, ſed præcipue in libris de elementis ſecundũ Hipp. & in libro de natura humana manifeſte oſtenditur, ut falſus deprehendatur Arabs expoſitor, Petrus Aponus, Haly & plæriq; latini, qui ignoraſſe Dialectica Hipp. putauere, nondũ uidelicet Hippo. tempore Dialectica inuenta. Paulo enim ante Platonẽ Hippo. fuit, imo Platone naſcente Hippo. celebris habebatur,

ut in Chronico ſcribit Beda. Dialectica uero eo tẽpore fere perfecta erat, ut quã Zenon Eleates Parmenidis diſcipulus multo antea inuenerat, & Cleãthes Chryſippusq; maxime excoluerãt. Ioã. Manardus in procœmiũ de tribus diſcipli. Cæterũ de hoc Theſſalo elegans apud Græcos extat incerti authoris Epigrãma epitymbiũ.

Θέσσαλος ἱπποκράτους κῶος γένος ἐνθάδε κεῖται
 Φοίβου ἀπό ῥίζης ἀθανάτου γεγαώς.
πλεῖστα τρόπαια νόσων στήσας ὅπλοις ὑγιείης
 δόξαν ἑλὼν πολλὴν οὐ τύχῃ, ἀλλὰ τέχνῃ.

Theſſalus Hippocratis, Cous genere, hac iacet urna,
 Qui numerat proauos ſtirpe ab Apollinea.
Armis hic medicis morborum multa trophæa
 Fixit, quam laudem haud ſorte, ſed arte tulit,

THESSALVS librum de cõmunitatibus ſcripſit. Poſt ea quæ ſuperius recenſuimus proderunt non parũ ad cõmunitates methodicorũ intelligendas, q̃ a Cornelio Celſo in procœmio ſunt prodita, cuius hæc ſunt uerba. Quidam medici ſæculi noſtri ſub authore, ut ipſi uideri uolunt. Themiſone contendunt nullius cauſſæ notitiam quicq̃ ad curationes pertinere, ſatiſq; eſſe quædã cõmunia morborũ intueri. Siquidem horum tria genera eſſe, unum aſtrictum, alterũ fluens, tertiũ mixtum. Nam modo parum excernere ægros, modo nimium, modo alia parte parum, alia nimium. Hæc autem genera morborum, modo acuta eſſe, modo longa & modo increſcere, modo cõſiſtere, modo minui cõſueuerũt.

Cognito igitur eo quod ex his est, si corpus astrictum est, digerendũ esse, si profluuio laborat, continendum, si mixtum uitium habet, occurrendũ subinde uehementiori malo, & aliter acutis morbis medendũ, aliter uetustis, aliter increscentibus, aliter iam ad sanitatem inclinantibus.

DIOCLES Carysthius secundus ætate famaq; extitit secundũ Hippocratem, sententia Plinij li. 26. ca. 2 Cuius rei euidens argumentũ est, quod doctißimus Galenus nõ raro dignatur hũc sequi doctrinæ suæ firmandæ gratia authorem, utq; ex innumeris unum locum indicemus li. 3. ca. 6. de loc. affec. nõ puduit eũ solida folia transcribere ex Diocle, pro enucleando Hypochondriaco morbo. Plinius item li. 21. ca. 11. Neq; hic prætereundũ censeo quod li. 2. de Anatomicis administrationibus scribitur. Quum ars Asclepiadũ familia excidisset, deinde multis sæculis in deterius uergeret, opus fuit cõmentarijs, quæ speculationẽ ipsius integram conseruarent. Antea enim non tantũ administrationibus anatomicis, sed ne libris quidem indigebant. Cuiusmodi Diocles sane primus, quorũ memoria ad nos peruenit, posteritati reliquit. Post hũc alij quidam ueterum medicorum, neq; pauci ex iunioribus.

SPEVSIPPVS Eurymedontis filius, Suida authore, nepotis Platonis ex Potone sorore, auditor Platonis et successor in academia, sub 108. olympiadem. Edidit pleraq; atq; eadẽ philosophica, mente austra, ad sum=

mum tamen perspicax & sublimis. A.Gel.li.3.ca.17. adnotauit Aristotelem traditũ libros pauculos Speusippi post mortem eius emisse talentis Atticis tribus, ea summa fit nummi nostri HS.LXXII. Milia. Porro illustrium uirorũ abaco Talentũ minas seu libras LX. continet. Mina uero C. drachmis ualet, & drachmæ octo respondẽt fere aureo Rhomano. Decẽ uero drachmæ ualẽt coronato. Aequatur itaq; talentũ DC. coronatis. Vnde æstimari cũ dicto potest, quãti licere potuerit chartacea Speusippi supellex. Tertu.in Apo.c.46 ubi de impudicitia gentiliũ philosophorũ agit, adnectit quendã Speusippũ de Plat.schola in adulterio perijsse. Quidã tamen ferunt hunc senio cõfectum sibijpsi mortem cõsciuisse mœrore impulsum. Plutarch.scribit hũc pediculis efferuescẽtibus interijsse. Meminit Speusippi Apuleius de dogmate Platonis, & Valerius Maximus li.4.de Animi Moderatione.

THEOPHRASTVS. Hic eleganti & uerecunda Aristotelis significatione, eo quod ingenio, doctrinis atq; diuina eloquentia omnibus præstabat, Peripateticæ diatribæ successor datus est. Apud Gelliũ.li.13.ca.5.

CHRYSIPPVS post Dioclem & Praxagoram, ante uero Erasistratum floruisse docetur à Plinio. Qui magna sua garrulitate dialectica, institutũ Hippocratis & discipulorũ illius mutauit. Hunc Gal.alibi grammaticos canonas ignorasse scribit. Tantũ uero in Dia-

lecticis excelluit, ut Musas huius libris usuras fuisse dixerint aliqui, si omnino his logica quapiã ratione opus fuisset. Hic enim octogesimo anno cœptũ ante quadragesimũ logicum exactißimæ subtilitatis uolumen reliquit, cuius studiũ in tractandis ingenij sui monumentis tantũ operis laborisq; sustinuit, ut ad ea q̃ scripsit, penitus cognoscenda, longa uita sit opus. Valeri. Maxi. de studio & industria.

AGONOTHETAE, ut Budæus ex Eustathio declarat, erãt agonũ præsides & iudices οἱ τοὺς ἀγῶνας εὖ διατιθέμενοι. Et sunt Agonothetæ Scænicorum certaminum præsides, sicut Athlothetæ gymnicorum. Vtitur etiam uerbo ἀγωνοθετῶ Demostr. in 3. κατὰ φιλίππ, τίθησι μὲν τὰ πύθια, τὸν κοινὸν τῶν ἑλλήνων ἀγῶνα, κἂν αὐτὸς μὴ παρῇ τοὺς δούλους ἀγωνοθετήσοντας πέμπει, hoc est, Arbitros futuros et præsides ut præsint certamibus & oĩa moderẽtur et regãt.

PATERNAE artis socios iudices medicorũ statues, & rursum, lanifici elocutione usus, censore se omniũ primus est, & infra. Qui in textrina sit altus uicerit Demosthenem &c. His scommatibus alludit Gale. ad paternum artificiũ. Nam Thessalus ille impudẽs Rabula textore patre satus erat. Maledicentia itaq; plane fullonica usus in optimos & generosißimos quosq; medicos furiose debacchatus est.

HYMNVM grammatici ita definiunt ut in laudem

deorum immortaliũ adhiberi debeat, ἔπαινος autẽ et ἐγκώμιον, hominum. Cæterũ Rethorum et Oratorũ nitas quos author cõminiſcitur conſulto, ut πάρεργον ſuperfluũ præterimus. De quibus ferme omnibus Fab. Quint.li.10.ca.1.diſſerit. De Demoſthene perlegãs caput habetur apud Cœlium Rhodig.li.13.ca.13. Lycurgum philoſophon et regẽ deſcribit ex Trogo Pompeio Iuſtinus li.3. Lyſiæ uero dicendi genus puro fonti q̃ magno flumini ſimilius dixit Fab. Quintil.

QVOS PYTHIVS uel ut uiros bonos, uel ut ſapientes, uel muſarũ miniſtros laudauit. Huius argumenti in exhortatione ad bonas artes ſic meminit Gal. Quod ſi mihi non uis credere, certe Pythij dei te moueat authoritas. Hic eſt ille qui & Socratem uirorum omniũ ſapientiſſimũ prouinciauit, & Lycurgum affatus hunc in modum ſalutat.

Huc aduenisti ad mea ditia templa Lycurge
Grate Ioui, & cũctis q̃bus altus habetur olympus.
Addubito, an ne deum dicã te hominẽ ne Lycurge.
Spero tamen magis eſſe deum, numenq́; uerendũ.

DE SOLONE uno ex illo nobili ſapientũ numero, conſule A.Gellium li.2.ca.12. & Valeriũ max. Huius enim leges antiquiſſimæ Athenis axibus ligneis inciſæ ſunt, quasq́; latas ab eo Athenienſes, ut ſempiternæ manerent, pœnis & religionibus ſanxerũt. Leges ſcripſit Tarquinio Priſco Romæ imperãte, regni anno.33. ſub

seruio Tullo in exilium uoluntarium profectus est.

HIPPARCHVS, Pli.li.2.ca. 12. monente menses gentiũ diesq; et horas & situs locorũ & uicos populorum cõplexus æuo, quasi consiliorũ naturæ particeps. Et cap. 26. Hipparchus nunq̃ satis laudatus, ut quo nemo magis approbauerit cognationem cum homine syderum, animasq; nostras partem esse cœli nouam stellã & aliam in æuo suo genitam deprehendit. Iunius item Columella rerũ rusticarũ li. 1. ca. 1. hoc eum elogio ornauit. Multos inquiens, memorabiles authores cõperi persuasum habere longo æui situ qualitatẽ cœli, statũq; mutari, eorũq; cõsultißimum astrologiæ professorem Hipparchum prodidisse, tẽpus fore, quo cardines mũdi loco mouerentur, idq; etiam nõ spernendus author rei rusticæ Saserna uidetur adcredidisse.

ARCHIMEDI grande Geometricæ & machinalis scientiæ testimonium M. Marcelli contigit interdicto, cum Syracusæ caperentur, ne uiolaretur unus, nisi fefellisset imperium militaris imprudentia. Plin. li. 7. ca. 37 Liuius li. 4. Belli. 2. Punici. Valer. Max. li. 8. ca. 6.

PYTHAGORAS Samius patre Mesareo nuper amisso petijt Aegyptias disciplinas, ubi a sacerdotibus ceremoniarum incredendas potentias, numerorũ admirandas uices. Geometriæ solertißimas formulas didicit nec his artibus animi expletus, Chaldæos atq; Brachmanas adijt. Apud illos syderalẽ scientiã, apud hos phi

losophiæ documenta hausit. Pherecydē ex Syro insula oriundum poetam magistrum coluit, & penes Anaximandrū Milesium naturalia cōmentatus Cretēsem Epimenidem inclytum fatiloquum, & Platonē disciplinæ gratia sectatus. Pluribus satisfecerit li. 2. florid. Apuleius. Ceterū de uniuersa Pythagoræ philosophia nemo eruditius scripsit præceptore nostro Ioāne Capnione, linguarū Græcæ, Latinæ, Hebraicæ et Caldaicæ antistite, atq; in Germania nostra primo exuscitatore. Apud quem 2. li. Cabale selectißima in Pythagoræ Symbola sunt concinnata.

ARISTOXENVS oriundus ex Tarento Italiæ, Musicæ arti apprime deditus. In Mantinea autem conuersatus, philosophiæ incubuit, quam musicæ superaddens, nō aberrauit a scopo. Auditor patris & Lampri Eritreensis. Deinde Xenophili Pythagorici & tandē Aristotelis. In quem mortuum etiam contumelijs lusit. Quod scholæ successorem Theophrastum reliquisset, cum ipsemet magnæ inter auditores Aristotelis reputationis esset. Composuit Musica, philosophica, Historica & omnis eruditionis monumēta numeroq; libros in uniuersum 453. Suidas.

ARISTARCHVS Homeri carmina in corpus redegit, atq; in libros digeßit, uersus nothos, hoc est adulterinos & subditítios, qui nō uiderentur sapere uenam illam Homericā minutis uerubus prænotatis damnans,

contra qui uiderentur insignes, ac genuini stellulis illu- strans. Quẽ morem secutus est & Origenes, & diuus Hierony. in literis diuinus. Quin & nomẽ ipsum Ari- starchi in prouerbiũ abijt, quòd is eũ dãnandi notulis, probãdi morem excogitarit. M. Tullius Atticũ uocat suarum orationũ Aristarhum, idest, censorẽ & emen- datorẽ, quod illi mos fuerit, si qua parum probasset in scriptis Ciceronis, ea ceris rubris notare li. 16, ad Atti cum. Cerulas tuas miniatulas illas extimescebam. Item M. Varro de lingua latina Aristarchos appellat Criti- cos grãmaticos, qui de libris iudicant. Erasmus in Chi- liadibus Adagiorum. Vixit eodẽ tempore quo Crates, & e Scepsi Demetrius grãmaticus is qui Troianã in- structionem hoc est, in expositionẽ paulo plurium LX uersuum, ex dinumeratione Troianorũ XXX. libros conscripsit. Strabo li. 13.

DITHYRAMBI *canebãtur in honorem Bacchi, qui & ipse Dithyrambos dictus est, quod bis natus ue- lut e duabus ianuis in uitam prodierit.*

ARCHILOCHVS *maximus poeta aut certe sum- mo proximus Vale. Max. teste, domũ sibi inuisam Ly- canibis soceri sui Iambis ita lacerauit, ut tam ipse q̃ filia uitã laqueo finierint. Vnde est illud Horatij de Art. po.*

Archilochum proprio rabies armauit Iambo.

Iambicum enim carmen primũ conuicijs repertum est, quod breuis syllaba addita lõgæ, uelut exprimat ictum

ferientis, ac subinde repetentis: quem admodũ Pyrrichius tumultũ accurrentium ad pugnam. Lacedemonij autem libros Archilochi e ciuitate sua exportare iusserunt, quod eorum parum uerecundã ac pudicam lectionem arbitrarentur. Nolebant enim ea liberos imbui, quæ plus moribus nocerent, q̃ ingenijs prodessent. Suidas generosum uocat, si quis turpia libris illius adurat, obscœna & uerborum uirulentiã. Inde apud Ciceronẽ ad Atticum, amarulenta, felleq; cõspersa multo, edicta uocantur Archilochia. Huic Pythius honorẽ haud mediocrem habuisse uidetur mortuo. Cum enim huius interemptor Archias, uelut alijs uidetur, Calondas Corax, illius templum uellet ingredi, uetuit dicens.

Occisor clari uatis ne templa subito.

Gal. in exhortat. ad bonas artes. Huius rei Plinius li. 7. c. 29. ita meminit. Archilochi poetæ interfectores Apollo arguit Delphis.

HIPPONAX Ephesius poeta fuit Iambographus, amarulentus ac notæ mordacitatis, qui Trimetrũ Archilochium de industria in scazontẽ infregit, cũ inimicos lacerare uellet, quo uidelicet feriret fortius. Cuius in uultu notabilis erat fœditas, quamobrem quidã imaginem eius proposuere in ridentium circulis. Quorum aliquot, nempe Antherinũ & Bupalum Chios pictores clarissimos, filios Antherini, suis carminibus creditur ad laqueum compulisse. Erasmus ex Dionys. Halicar-

Plinius lib. 36. cap. 5. negat id esse uerum. Complura enim in finitimis insulis simulachra postea fecisse, sicut in Delo, quibus carmen subiecerint. Non uitibus tantũ censeri Chium, sed & operibus Antherini filiorũ. Et in ipsa Chio Dianæ facies ab eis in sublimi posita, cuius uultum intrantes tristem, abeuntes ex hilaratũ putant. Vixit Hipponax Clazomenis, expulsus patria à Tyrannis Athenagora et Conia.

ORESTES Agamemnonis filius & Pelopis pronepos, post parricidium erga matrem Clytemnestram cõmissum furijs agitatus est, armatã facibus matrẽ, & serpentibus atris dum fugit, ut inquit 4. Aeneid. Virg. Diu itaq; uexatus in Tauricam Scythiam profectus, symulachrum Dianæ Tauricæ abduxit, & cum sorore Iphigenia uenit ad fines Rheginorum, ibiq; flumine clotus, furere desijt. Lucan. li. 7. pharsaliæ.

Haud alios nondum Scythica purgatus in ara,
Eumenidum uultus uidit Pelopeius Orestes.

Et Virgil. de insaniente Didonæ,

Eumenidũ ueluti demens uidet agmina Pentheus,
Et solem geminum, & duplices ostendere Thebas,
Aut Agamemnonius scænis agitatus Orestes,
Armatam facibus matrem & serpentibus atris,
Cum fugit, ultricesq; sedent in limine diræ.

PLATO & post hunc Peripatetici animæ naturã inuenere rimati primũ simplex ne sit an uarias species

habens. Et rursum, quid illarũ aliqua per naturã facere sit apta, uel quid ab alio pati. Hinc apud Aristotelẽ περὶ ψυχῆσ tot prodiere species animæ unius iuxta operationes suas uarias, sensilis, appetentis, motiuæ, uegetabilis, intellectilis, agentis & patientis, poßibilis & paßibilis. Ad quẽ modum Gal. hic de cuiusq; rei natura illa perpendi oportere docet.

PLATO Hippocratẽ omnium qui ante se fuerunt maxime admiratur. Hic enim primus omniũ, ut ostendit Gal. li. 1. de facultatibus naturalibus, medicorũ ac philosophorũ naturæ opera exquisite percepit, qui naturæ prouidentiã circa animalia admiratus, semper ipsam extollit, & solã sufficere ad omnia, animalibusq; ex se ipsa sine doctrina quæcũq; sint opportuna facientem. Quinetiã Hippo. primus ex omnibus medicis atq; philosophis qui ad nostram notitiã peruenerũt, qui conatus est demonstrare, quatuor esse omnes quæ in se uicißim agunt qualitates a quibus generãtur & corrũpuntur quæcunq; generationem corruptionẽq; suscipiunt. Et primus ex his quos nouimus, Hippocra. sciuit, quod huiusmodi qualitates totæ per se totas inuicẽ cõmiscentur, principia uero demõstrationũ, quas postea Aristoteles pertractauit apud priorem Hippocratem licet inuenire.

Συμπνοῦν conspirabile latinis dici potest. Quando quidem spiritus ex æquo ad omnes partes corporis pe-

netrat, ut refert Gal. li. de usu respirationis. Et li. 2. de morborum caussis ca. 3. Quo etiam alludit quod Hippocrat. li. 6. Epide. par. 6. aph. 1. Carnes, inquit, et ex uentre & extrorsus tractrices sunt, siquidem foras intróq; spirabile uniuersum corpus est. Συῤῥοῦν autem fluxile sonat, quia sanguis æqualiter omnia membra afficit, perfluit & nutrit.

PHYSIOLOGIA liber Hippocratis de corporis uniuersi natura, ex qua multa Platonem, plurima etiã Aristotelẽ accepisse pluribus in locis Gal. testificatur.

CAPVT. III.

At fortassis illud sibi gloriæ memoriæq; inter hoĩes occasionẽ fore est arbitratus.

OBELISCIS NOTAT RVDITATEM Thessali in arte diuidẽdi, differentias enim morbi fluxum & clausum morborũ species pudendo errore statuit. Siquidem uel pueris in Dialectica exercitis percognitum est. Non omnẽ differentiã generi additã, ad speciei constitutionẽ aliquid cõducere, sed eã tantum, quæ ex generis propria diuisione nascatur.

ZOILVS sophista mordax hoc facinore potissimũ nobilitari sperabat, quod Homerũ poetarũ omniũ principem libris in eum scriptis incesseret. Vnde Homeromastix uocari meruit. Verũ pro libris suis regi Ptolomeo oblatis nihil recepit, utcunq; sordide pauper esset,

Rege dicente mirari sese, cum Homerus tot annos defunctus, tot hoīm milia pasceret, zoilum egere Homero doctiorem. Hic etiā in Platonē aliosq; cōplures acerbe uirulenterq; stilū distrinxit, fuit Amphipolites, ac Polycratis auditor, qui aduersus Socratē accusatorio spiritu orationem concinnarat. Zoilum quoq; ferunt cognominatū κύνα ῥητορικόν. i. canem Rhetoricū. Habitu feré eo fuit, ut barbam quidem amplius promitteret, capite uel ad cutem deraso. Indumētum nec genua contingebat. Cœlius Rhodig. li. 11. ca. 74.

SALMONEVS, ut refertur apud Suidā de græco penu, Aeoli filius fuit, rex Thessalorum, impius homo, sed pœnam luit impietatis suæ, diuinitus fulmine ictus, ut canit etiā in 6. Aeneid. latinorū poetarū princeps.

Vidi & crudeles dantem Salmonea pœnas,
Dum flammas Iouis, & sonitus imitatur olympi.
Quatuor hic inuectus equis, & lampada quassans
Per graium populos, mediæq; per Elidis urbem
Ibat ouans, diuumq; sibi poscebat honores
Demens qui nymbos, & non imitabile fulmen,
Aere & cornipedum cursu simularat equorum.
At pater omnipotens densa inter nubila telum
Contorsit, non ille faces, nec fumea tædis
Lumina præcipitemq; immani turbine abegit.

ERASISTRATVS Chius ipse quoq; inter Rationales celeberrimus Chrysippi discipulus Antiocho &

Ptolomæo regibus gratissimus reprehensus nonnunquam à Galeno & Celso. Hic Suida authore Antiochum regem ab interitu adseruit. Cum enim nouercæ Stratonices infando amore correptus esset, impium affectum pia dissimulatione, & maxima uerecundia ad ultimam tabem corporis sui redigeretur, tantum non moriturus. Deplorante interim patre Seleuco interitum unici filij. Erasistratus industria sua morbum hunc deprehendit, colore quidem uegetiore suffundi adulescentem, & spiritu uitaliori accendi, accedente ad grabbatum Stratonice, digressa uero eadem, pallere & flaccescere. Adhibita quoque manu ad arteriam pulsantem, ingrediente & abeunte Stratonice, pulsus incremento et decremento, animaduertit quo morbo laboraret. Quod cum Seleucus comperisset lubens filio propriam dicauit uxorem. Libros medicos edidit numero nouem. Vide plura inferius li. 5. ca. 15, in scholijs.

HEROPHILVS patria Chalcedonius inter rationales medicos non infimus, discipulusque Praxagoræ. Quem Gal. tanti fecit, ut plærunque eius sententiam probet. Hodie præter libellum de pulsibus, quem Ioan. Manardus uir eruditione uera conspicuus in latinum conuertit, nullam suarum comentationum uidere licuit. Huic quoque subtilioris sectæ conditori, ante omnes celebratam rationem eam paulatim usu efficacissimo rerum omnium magistro peculiariter utique medicinæ ad uerba garrulitatem

q; descẽdẽte, sedere in ijs scholis auditioni occupatum gratius erat, q̃ ire per solitudines, & quærere herbas alias alijs diebus anni. Hic omne uitiũ quod aduersam ualetudinẽ creat in humidis esse putauit. Id quod scriptum reliquit Cor. Celsus in proœmio, quemadmodum in spiritu Hippocrati uisum erat, in excessu uel defectu quatuor principiorum, quibusdã philosophis, in transfusione sanguinis in eas uenas quæ spiritui accõmodatæ sunt, unde inflammatio quæ phlegmone dicitur excitatur, quæ facit talem motum, qualis in febre est (ut Erasistrato placuit) aut manantia corpuscula per inuisibilia foramina subsistendo iter claudunt (ut Asclepiades cõtendit) inter alia uero Herophilus scripsit libros Curationũ, ut testatur Cœlius Aureli. lib. 2. c. 33. Chronion. Scribonius uero largus nuncupatoriã suam epistolam in hunc modum exorditur. Inter maximos quondã habitus medicos Herophilus, fertur dixisse medicamenta diuinum munus esse, prorsus enim quod tactus diuinus efficere potest, id præstant medicamenta usu experientiáq; probata.

GALENVS hoc loci copiosius stolidam breuitatẽ Thessali coarguit, qua duos morbos tantum asserẽdos putabat, fluxum et clausum, omnibus interim alijs illustribus & priscis medicis omnino explosis atq; proculcatis. Perinde autẽ sanxiuisse eum in hac re euincenda dicit, ac si quis duo tantũ animalia cõstituat, rationale

uidelicet & irrationale. Nam ratio exigit, ut ad talem interrogationem differentiæ tantū respondeãtur, imo potius equus, bos, canis, homo, aquila, ouis formica et reliqua uniuersa. Quod si testeris enumerare te omnia non posse, sic quoq; cōmodissime responderis. Appellatur autē Dialecticis hæc argumētandi ratio Inductio, uel Epagoge. Et fit ex progreßione singulariū ad uniuersale, syllogismo plane contraria argumentandi forma. Quam Rodolphus Agricola lib. 2. de inuentione Dialectica ca. 14. Enumerationem dici, & diffiniri in hunc modū scribit. Enumeratio est argumentatio quæ ex pluribus uel partibus uel speciebus unum uel totum uel genus uniuersaliter colligitur. Vt plebs optime de Milone sentit, similiter & equester ordo, & Senatus. Ergo Po. Ro. optime sentit de Milone. Alia. Pompeius habet uirtutem, peritiā rei militaris, authoritatē, fœlicitatē. Habet igitur cuncta in summo duce spectanda.

NON OMNIS DIFFERENTIA generi addita ad spaciei constitutionem aliquid conducit. Quandoquidem nobis uel maxime omnibus e rebus uerarū differentiarum penuria est, adeoq; putāt nonnulli nō cognosci ullius a nobis rei ꝓpriam ueramq; differentiā, habere aūt nos, quod uere in reliquis rebus facere solemus, pro uera quæ proxima ueræ uidetur accedere. Ea est in homine rationale. Est enim rationale propria hominis nota. Nulli quippe animali nisi homini inest con-

nenitq; homini, quatenus talis est, hoc est, homo eo maxime uidetur homo esse, quod sit capax rationis. Reliqua enim, ut esse bipedem, & erectum ingredi, & manus habere aut non sunt propria soli homini, aut ut sint propria, non tamen hominis, sed partis, hoc est, corporis sunt notæ. Et de rationali paucisq; admodũ alijs sint nec ne ueræ differentiæ, sunt qui putent, sunt itẽ qui negent. In reliquis nemo fere est qui constanter ullius rei differentiam uerã cognosci posse affirmet. Cæterũ Galenum cum Porphyrio & quibusdã pestilentißimis aliis fidei Christianæ osoribus merito surda aure pro pudendis suis erroribus præterimus: Diuus enim Aurelius Augustinus tum hũc tũ alios Prophyrij fœdos errores in opere de ciuitate diuina cõfodit. Siquidẽ deus simplex est substantia, & nequaq̃ immortale animal.

QVAE DE GENERE methodi in principio Philebi à Platone sunt prodita, deinde cui Sophistam & politicum legisse placebit. In his enim omnibus Plato docet genera examußim in improprias differentias secare. Paribus modis & Aristoteles de animalibus. Ab initio autẽ Philebi Plato inquit. Quæ circa unũ & multa male accepta, oĩs difficultatis defectusq; sunt caussa, bene autem examinata facilitatis atq; facundiæ.

QUID MORBVS, Symptoma, paßio, inferius ca. 8 huius libri primi explanantur. MNESITHEI Plinius lib. 21. ca. 3. meminit his uerbis. Apud Græcos qui

dem de coronis priuatim ſcripſere Mneſitheus atq; Calimachus medici, quod nocerent capiti, quoniam & in hoc eſt aliqua ualetudinis portio. Galen. quoq; in enarratione aphoriſmi 16. li. 3. inquit Diocles plurimũ & Mneſitheus poſt ipſum, demũ & multi alij medici, ueras uias Hippocratis ingredientes, multa particulatim elaborare propoſuerunt.

PLISTHONICVM medicũ aduocat in teſtimonium Pli. li. 20. ca. 4. & ca. 12. Cornelius autẽ Celſus in procœmio ſcribit hunc Praxagoræ fuiſſe diſcipulum, et hinc uiſum eſſe cibos in uẽtriculo putreſcere, ſicut Hippocrati concoqui.

INVENIENDI eius quod quæritur Logicæ methodi facultatem præſtant. Duplex eſt totum negotiũ Dialecticum. Alterũ ſcilicet inuentionis, & eſt ſitũ in excogitando argumento uel medio, quoniam propoſita uelut extrema duo cõiungit. Et probabiliter propoſitis iungitur, inſtrumentũq; eſt faciendæ de illis fidei. Vt ſi perſpicere uelis nũ qua duo ĩter ſe cõueniãt, quod ex ipſis perſpici nequeat, neceſſe eſt tertium aliquod inuenias, quod alteri horũ conſentaneũ eſſe certum ſit, cui deinde comparatũ, ut illi fuerit conſentaneũ uel diſſentaneũ, ita eſſe inter ſe ambo, quæ propoſita fuerint ſciamus. Ita hac parte excolenda tribus libris Rodolphus Agricola uiſus eſt ſuperare tum ueteres tum recentiores. Chriſtus aurem uellat ei, qui Vlmæ reliquos

huius uiri de Dialectica libros solus instar uigilis Dra conis thesaurũ incubantis supprimit, ut aliquando hu= manitatis memor illos per typographos studiosis omni bus faciat cõmunes. Illud quoq; totũ, qđ Gal. hic habet de inuentiõe copiosius in excußit li. de Curat. p sang. mißionem. Altera Dialecticæ pars iudicatiua dicitur quæ adhibita est inuentioni, cui omnis de modis figuris q; syllogismorũ præceptio, & cautio omnis captiosa= rum argumentationum subseruit. Ex his dilucidum fit quod in Topicis Cicero inquit, omnis ratio diligẽs dis= serendi duas habet partes, unam inueniendi, alterã iudi candi. Quod apposita similitudine declarat Seuerinus Boetius, cum dicit. Omne cõpositum duo in se quædã retinet quæ speculanda esse uideantur. Vnum quæ illa sint, ex quibus id quod cõpositum est intelligatur esse cõnexum. Aliud uero qua nam sit suarũ partium con= iunctione cõpositum, ut in pariete siquidẽ lapides ip= sos, quibus paries structus est inspicias quasi materiam spectes. Si uero ordinem compositionẽq; iuncturæ cõ= sideres tanq̃ de formæ ratione perpendas. Similiter in argumẽtationibus quæ propositionibus cõpaginantur atq; coniunguntur, gemina erit speculationis & iudi= candi uia, Vna quæ propositionũ ipsarum naturã dis= cernit ac iudicat utrum ueræ ac necessariæ sint, an ue= risimiles, an sophisticis applicẽtur, & hæc quasi mate riæ speculatio est. Altera uero pars iudicij est, quæ in=

ter se ꝓpositionũ iuncturas cõpositionesq; perpendit. Hæc quasi formã iudicat argumentorum, Atq; ea quidem pars, quæ de inuentione docet, quædam inuentionibus instrumenta suppeditat & uocatur Topice, Illa uero pars, quæ in iudicando posita est quasdam discernendi regulas subministrat, & uocatur Analytice & si de propositionũ iunctura cõsideret, analytice prior, si uero de ipsis inuentionibus tractet, ea quidẽ pars ubi de discernendis necessarijs argumentis dicitur, analytice posterior nominatur. Ea uero quæ de falsis atq; cauillatorijs, idest de sophisticis elenchis considerat sophistice dicitur. De uerisimilium autẽ argumentationũ iudicio nihil uidetur esse tractatũ, iccirco quoniã plana est atq; expedita ratio iudicandi de medietate, cũ quis extrema cognouerit. Si enim quis dijudicare necessaria sciat idemq; falsorum argumentorum poßit habere iudicium, uerisimilia, quæ in medio collocata sunt, discernere non laborat.

CAPVT. IIII.

Nos uero una cum iis qui exercitati sunt & demonstrationem intelligunt.

HAVD EXIGVAM GRATIAM OLIM mathematicæ disciplinæ studijs seuerioribus pepererũt. Inde est quod tam libenter Plato, Ari

ſtoteles & in plæriſq; dilucidius demonſtrandis Gale-
nus utuntur Geometricis theorematis. Equidem Xe-
nocratem ad eum qui ludũ ſuum cupijſſet, nec Geome-
triæ nec Muſicæ ſtudijs inſtructus, abi dixiſſe conſtat,
nam anſas philoſophiæ nondum attigiſti. Nam & in
epiſtola ad Pherecyden ſcribit Thales, in Aegiptum ſe
cum Solone cõmeaſſe, ſtudio ſacerdotes inuiſendi, &
Aſtronomos. Quin & ab eiſdem ſe Geometricis imbu-
tum nõ inficiatur. Scire igitur oportet Matheſeos ſtu-
dia apud ueteres inter puerorũ rudimenta eſſe cõnu-
merata. Quoniã eiuſmodi fere deprehenduntur hæ di-
ſciplinæ, ut uel à limine uel paulo interius conſalutatæ
in philoſophia profecturis multũ adferant adiumenti.
Vna igitur atq; altera demonſtratione Mathematica
Gal. conuincit Theſſaliorũ dogma eſſe abſq; oĩ fundo.

VT VERO Mathematica facilius aſſequaris, con-
templaberis primũ quomodo ſeſe habeant Græca, quæ
& appoſui, ne quid forſan ſtudioſorũ deſideria remo-
remur. ὅμοιόν τι ποιοῦσιν ἀνθρώπῳ μετρεῖν ἐπιχει-
ροῦντι σφαῖραν, ἢ κύβον, ἢ κῶνον, ἢ κύλινδρον, ἤ τι
τοιοῦτο ἕτερον, οὔτε γεωμετρίας, οὔτε λογιστικῆς
ἐπιστήμονι θεωρίας, ἀλλὰ μηδὲ πῆχυν, ἢ παλαιστὴν
ἢ πόδα παρεσκευασμένῳ, κἄπειτα ἀγανακτοῦντι
πρὸς τοὺς ἀπόδειξιν ζητοῦντας: ἢ καὶ σιωπᾶν ἀξι-
οῦντας. hoc eſt. Simile quiddam his molientes, qui
ſphæram, aut cubum, aut conũ, aut cylindrum aliudue

id genus metiri aggrediuntur, cum tamen omnis Geometricæ, ac logisticæ rationis sint ignari, imo uero nec cubiti, palmiue, aut pedis mensurã præparatã habeãt, ac deinde ijs qui uel demonstrationem ab ipsis exigũt, uel tacere censent, irascuntur.

Quandoquidem Mathematica Theoremata alia se quantur alia non aliter q̃ sicut e filo filum trahitur, libet quædam principia hic cõmemorare, sine quorũ adminiculo Galenianæ propositiones fallere lectoris animum possent.


Quatuor sunt Geometriæ principia punctus, linea, superficies, corpus. Punctus est magnitudinis principium, quod in nullas diuidi partes potest.

Linea est longitudo sine latitudine, uel ut Græci dicunt γράμμη ἐσὶ μῆκος ἀπλατές, idest, linea est longitudo illatabilis. Et est duplex Recta & Curua. Linea recta est à puncto ad punctum protractio breuißima. Huius sunt duæ species. Axis & Diametros. Axis est linea circa quã orbis uertitur. Diametros est linea figuram qua latißime patet ex æquo secans.

Superficies est latitudo citra profunditatem. Quarum alia est cõcaua, alia plana, alia cõuexa, iuxta quarum similitudinẽ facta specula aut maiorem, aut æqualem, aut minorem reuerberant & reddunt imaginem re admota speculis.

Corpus est latitudo cum profunditate.

Angulus est duarum linearum mutuus contactus, & est triplex. Rectus quando linea recta in rectum demissa, & anguli utrinq; æquales sunt. Acutus est recto minor. Obtusus est recto maior, in hunc modum.



ISOSCELES *corpus dicitur, quod duo dumtaxat æqualia habet latera.*

Aequilaterum cum tria hab[illegible] æqualia latera, et angulos æquales.

Scalenum cum tria inæqu[illegible]a habet latera.

Orthogonium est quod unũ rectum angulũ habet.

Oxygonium est quod tres habet acutos rectos angulos.

Amblygonium quod unũ obtusum habet angulum.

Sphæra est corpus solidum cuius omnes in circuitu partes, æquis à media uel centro spatijs absistunt. Theodosius. Istiusmodi finitio cuiusq; globi uel pilæ est, nõ huius organi in quo stellæ orbes ac circuli pinguntur, quod aliter posset diffiniri, ut diceremus Sphæram esse globum mundi, effigiem circulosq; continentẽ. Differt autem orbis a globo, quod hic solidus, ille concauus sit, huic una superficies, illi duæ.

Centrum sphæræ nominatur mediū sphæræ, est quoq; id ipsum Hemysphærij centrum.

Diametros sphæræ axis uocitatur, estq; recta quædam linea, quæ per centrum acta, ac in sphæræ parte utraq; terminata immobilis est, circa quam ipsa mouetur sphæra uertiturq;.

Quemadmodum planarum isoperimetrarū figurarum maximus est circulus, ita sphæræ figura omnium figurarū isoperimetrarū amplißima, id est quæ æqualis sit superficiei maxima est, capereq; oēs alias potest.

Iam oportunum est priusq̄ aliquā magnitudinem metiaris, memoriter teneas mensurarum nomina, & partium mathematicarum figurarum, quæ nisi in numerato habebis, necquicq̄ in hoc stadio omnino currere conaberis.

Climata sunt quatuor, oriens, occidens, septentrio, mœridies.

Perimetros est quæ dato centro & interuallo circumacta recta linea habet à centro ad sese actas rectas lineas æquales.

Perpendicularis q̄ ad rectos angulos uocata, q̄ desuper in basim acta binos utrobiq; angulos facit æquales.

Parallelus est comitem aliam rectam habens æquo protensa interuallo semper quæ cadente alia in ipsam angulos facit æquales.

Basis recta est linea alterā æque rectam excipiens.

Vertex est quæ desuper in basim recta cadit linea.

Latera quæ ab extrema uertice ad extrema basis.

Protensa sunt rectæ lineæ, Subtensa quæ hypotenusa dicitur, quæ angulo recto subter extensa est.

Palæsta hoc est palmus et cõtinet quatuor digitos,

Digitus habet tantum spacij quantum grana quatuor perlata, quæ contigua seriatim componuntur.

Dichas habet palmos duos, hoc est digitos octo.

Spithame cõplectitur palestas tres, idest digitos 12.

Pes habet spithamen unam et partem tertiam, idest digitos sedecim.

Cubitum continet pedes duos, idest palmos octo uel digitos 32.

Passus simplex habet palmos decem, digitos 40.

Passus duplex habet palmos 20. digitos 80.

Vlna qua terram metimur spithamas regias habet nouem & quartam partem, hoc est pedes sex.

Euthymetricum dicitur magnitudo mensurabilis tantum secundum longitudinem.

Embadometricum quicquid metiri possumus respectu longitudinis & latitudinis.

Stereometricum solidũ appellatur secundum trinã dimensionẽ longum latum et spissum mensurabile.

SPHAERAM itaq; metiri uolens operare iuxta modos præscriptos à Georgio Valla qui li. 4. suæ Geometriæ in disputationẽ reuocat fermè hic a Gal. cita=

tas figuras omnes lib. uero 5. ca. 12. qua opera sit utendum in metiendo gnauiter ostendit. Sit utiq; sphæra cuius diametros contineat pedes 10. si uelis eius inuenire superficiem, duc diametrum in se & faciet 100. Hæc facito undecies, fient 11000. horum cape. $\frac{1}{14}$ fient 78 $\frac{1}{4}$. $\frac{1}{14}$. hæc in totũ facito digitos, hoc est quater bis inq̃ (quia palmus quatuor habet digitos, fient 314 $\frac{1}{4}$. 8. $\frac{1}{8}$. tantundem erit superficies sphæræ. Feci autem iam confecta quater, ideo quod Archimedes docet superficiem sphæræ quadruplam esse unius maximi circuli. Sane circulus plani docet aream quadruplam facere sphæræ superficiẽ, est plane maximus circulus qui idem quod sphæra centrum habet.

Aliter metiendo superficiem facito hoc modo. Diametros in sese ducta facit 100. Hæc facito in 44. fient 4400. horum cape $\frac{1}{14}$. fient 314. $\frac{1}{4}$. 28. totidem pedũ ambitus est sphæræ superficies.


Aliter fac diametrum bis fiet 20. Hæc in sese ducta fiunt 400. Hæc undecies faciunt 4400. horum 14. fit 314. $\frac{1}{7}$. $\frac{1}{28}$. tantundem erit superficies sphæræ.

Si uelis solidum sphæræ inuenire, cuius diametros idest, axis sit pedum 7. ut inuenias eius solidum 7. diametri cubum facito, hoc est, ipsa in sese fiunt 49 & hæc rursus septies, fiunt 343. hæc semper decies & semel faciunt 3773. quorum $\frac{1}{21}$. est 179 $\frac{1}{2}$. totidem est pedum soliditas sphæræ.

Cubus uero, ut Græci finiũt, figura est q̃ in ambitu basim habet. Quo noĩe etiã dicitur calculus oĩs tetragonus idest quadrangulus. κυβιστᾶν in caput salutare dicunt. Nã cyben siue cuben caput interpretantur. Ab inclinatione siquidẽ cubũ nuncupãt, quia facilime prouoluitur, ac uelut in caput salit. Est etiã in numeris cubus cum omne latus eiusdem numeri æqualiter in se soluitur, sicut fit cum ter terna ducuntur, atq; itidem ipse numerus triplicatur. Cubum porro in Geometria principem inuenisse Archytam testatur Plato in repub. Sed quod nostro instituto potißimum inseruiat, ita describendus est. Cubus figura solida est sex triangulis æquilateris, & æquiangulis comprehensa, quæ figura hoc nomine uocatur etiam hexahedron.

Cubum metire hoc est solidam figuram comprehẽsam tribus distantijs longitudine latitudine & altitudine. Sit igitur cubus longitudinis cubitorum 8. latitudinis cubitorum 8. altitudinis cubitorũ 8. Si uelis inuenire quanta sit soliditas, hoc est, quod cubitorũ cubus, facito 8. lõgitudinis in 8. latitudinis, fient 64. huius in 8 altitudinis, fient 512. erit cubus cubitorum. 517.

Cubus quadratus æquilaterus cuius basis pedũ 10. longitudo pedum 10. altitudo pedũ 10. ut inuenias eius solidũ ita facito ipsa 10. basis sexagesies faciunt 600. & hæc in 10. longitudinis faciunt



6000. & hæc in 10. altitudinis faciũt 60000 quorum 60. est 1000. tantundem erit solidum cubi.

CVBVS parallelogrammus improprie cubus appellatus, sit cuius parallelus pedum 20. at innectens pedum 10. fastigiũ uero pedum 30. si uelis eius solidũ inuenire fac hoc modo ipsa 20. parolleli ĩ 10 faciũt 200 quæ est area hæc in 30. altitudinis fiunt 6000. tanta est cubi soliditas.

CONVS est figura solida basim quidem habẽs circuli circũacta uero à puncto uno, nam si à sublimi puncto in circuli circum ferentia recta producatur aliqua circũacta in idem rursus reuoluatur, quæ inde nascitur figura conus dicitur. Item si manente rectanguli trianguli uno latere circa rectum angulum circumactum triangulũ, si figura ad idem circumacta pũctum fuerit unde sumpserat exordium, ea circũacta figura quæ facta est subter explicati trianguli lateris cõprehensiõe superficies conica nuncupatur, ipsa uero comprehensa solida figura conus.

Basis coni circulus nominatur.

Vertex coni punctum est.

Axis coni est à uertice ad centrum circuli iuncta recta linea manens.

Isosceles conus dicitur trianguli æqualia habens latera.

Scalenus conus est cuius manens latus circumferẽ-

tiæ fuerit æquale, uel non secta per axem in circumferentia figura triangulum fiat rectangulum.

Oxygonus est cuius manens minor circumferentia est, uel non secti facta sectio triangulum fit oxygonū.

Amblygonius conus est conus cuius manens latus circumferentia maius est, uel quo secto factum in superficie triangulum amblygonium euadit.

Colurus conus uocatur uerticem adeptus mutilum truncumq;.


Coni superficies aliter quidem conuexa, aliter uero concaua nuncupatur.

Coni sectio.

Conus desectus per uerticem triangulum facit sectionem in paralleli ritum basi desectus. Conus autem nō in paralleli modum sectus, sed quod lineæ pars coni sectio nominatur, coni autē sectionū una quidem rectangulus appellatur, altera autem amblygonius, tertia oxygonius dicta, ea ipsa cōnexa figuram facit arealē, uocatur autē à quibusdam ellipsis quasi circulus compressus orthogonij uocatur parabole, ambligonij hyperbole.

Communis sectio.

Secatur solidū à superficie, superficies à lineis, linea à punctis, aliquādo et à linea secari dicitur per relationem quam ad punctum habet & superficies à superficie per relationem ad lineam.




Conus ergo offeratur oxygonius, hunc ita metiamur, sit diametros circuli qui circa basim pedum 6. axis aūt pedum 12. ut fastigiū uel longitudinē, ut solidum inuenias facito hoc modo. capito circuli diametrum aream faciendo in sese 6. & quæ fiunt undecies & $\frac{1}{14}$. fitq; 28. $\frac{1}{4}$. 28. $\frac{1}{2}$. Hæc multiplicaui in 12. 10. fiunt 339. $\frac{1}{3}$. $\frac{1}{7}$. tantundē erit solidū cylindri. Quoniam uero non propositum est cylindri dimensionem inuenire, cum cono cœperim $\frac{1}{3}$. ipsorum 339. $\frac{1}{3}$. $\frac{1}{7}$. fiunt 113. 9. 21. tantundem est coni soliditas. Demonstratū nanq; in elementis Euclidis est, quod omnis conus pars tertia est Cylindri basim eandem habentis & æquale fastigium.

Aliter. Conus acutus cuius diametros basis pedum 30. si eius solidum uelis inuenire ita facito, quemadmodum in circulo ab 7. diametri erit area pedum 38 $\frac{1}{2}$. sume ab 30. fastigij hoc est, perpendicularis 3. fit 10. hæc in 38 $\frac{1}{2}$.. erunt 385. totidem erit pedum coni soliditas.

Aliter. Conus colurus qui & imperfectus nominatur, sit, cuius maior diametros pedum 10. minor autē pedum 4. si uelis eius soliditatē inuenire ita facito. Cōpone binas diametros 10. & 4. fiunt 14. Quorum dimidium 7 est q̃ est diametros, ut sit area pariter ut in supra descriptis circulis pedū 38. $\frac{1}{2}$. hæc in 30. longitudinis, fiunt 1155. totidem est pedum soliditas coni.

CAPVT. IIII.



Cylindrus figura est solida quæ intelligitur perfectum parallelogrãmũ orthogonium circa manens latus unum uerso illo ac reuoluto, unde ferri incœperat. Bases autẽ circuli qui facti sunt ex lateribus æqualibus parallelogrãmi sectiones cylindri sunt parallelogrãmi ipsæ, orthogonij autem conorum.


Quadrilaterorum autem quædam dicuntur parallelogramma quædam non parallelogramma. Parallelogrãma igitur quæ opposita latera parallelos habent. Non parallelogrãma uero quæ ita nõ habẽt.

Parallelogrãmorum rectangulorũ quæcũq; sunt à rectis lineis rectum angulum cõtinentibus comprehẽdi perhibentur. Maxima nanq; æquilaterarum figurarum est parallelogrãmorum angulum cõtinens rectũ. At parallelogrãma quæ differentia inter se latera habuerint aream differentem habentia minora sunt, sicut quæ rectum habeant angulum maxima. Cũ igitur minores semper sint acutæ, qui huiusmodi uolunt figuras metiri terminum, hypostasinq; subiecere ad hibita rectanguli ratione.

Gnomon in parallelogrãmis.

Omnes parallelogrãmi circa diametrum ipsorũ parallelogrãmorum unumquoduis cum duobus supplementis gnomon uocitatur. In uniuersum autẽ gnomon est omnis assumens sibi qualemcunq; numerum figura faciens totum simile & quod sumpsit.

Cylindrum metire hoc modo. Cylindrus sit cuius longitudo pedum 50. circumcurrens linea pedum 22 si solidum uelis inuenire ita facito, cape à circumcurrente ut in circulis areã, fiet 28 $\frac{1}{2}$. hæc in 50. fiũt 1925 Totidem erit pedum solidum Cylindri.



ALITER Si diametros circuli pedum 6. axis autẽ hoc est longitudo pedum 12. si uelis solidum inuenire. Metire circulũ cuius diametros pedum sit, ut iam propositum est, fiet area pedum 28 $\frac{1}{4}$. $\frac{1}{28}$. hæc multiplicata in axem erunt pedum 339 & 3. $\frac{1}{7}$. $\frac{1}{7}$. tantundẽ erit cylindri soliditas. Superficiẽ ipsius inuenies hoc modo, fac diametrum tertiam & $\frac{1}{7}$. quoniã diametri perimetros triplus est et sesquiseptimus, & producito facta in axem hoc est in 12. fastigij tantundem est superficies cylindri.


CAPVT. IIII.

PYRAMIS *est figura solida in planis contenta cō stituta à plano uno ad punctum unū. Aliter dicitur Pyramis à basi trilatera uel quadrilatera, uel poligona, hoc est omnino rectilinea iuxta triangulorum compositionem ad punctum unum coacta figura, propric autem æquilatera pyramis nominatur à quatuor triāgulis cōprehensa. Vocatur autē figura etiā Tetrahedra.*

PYRAMIS *in quadratū ueniens sit, cuius singula latera pedum 24. Clima autem pedū 18. si uelis inuenire solidum, fac hoc modo 24 in sese fiunt 576. quorum dimidium est 288. ipsa 18. in sese sunt 324. ex his aufer 288. reliqua 36. quorū latus quadratum 6. totidem est pedum perpendicularis. Cape igitur perpendicularis* $\frac{1}{3}$*. fit 2. hæc in 576. fiunt 1552. totidem pedū est piramidis soliditas.*




SIT PYRAMIS *in æquilatero triangulo cuius climata pedum 13. ipsius basis uero pedum 12. oportet autem ipsius perpendicularem & solidum inuenire, facio in hūc modum, 12. in sese erūt 414 horum* $\frac{1}{3}$*. est 48. à climate 13. in sese 168. ab his aufer 48. reliqua sunt 121. horum latus quadratū est 11. tantundem est perpendicularis. Solidum antem hoc modo inueniemus, emensus sum à basi 12. planum æquilateri trianguli. Est autem arca pedum 62.* $\frac{1}{10}$*. hæc in*




perpendicularem facient 686.$\frac{1}{30}$.horum $\frac{1}{3}$.est 228.$\frac{1}{2}$ $\frac{1}{6}$.$\frac{1}{90}$.cuius est solidum pyramidis.


Exemplum Galeni de trigono rectangulo.



Trigonus ille ita elaboratus, ut alterum latus circa rectum angulũ quinq; pedibus constet, alterũ uero duodecim: Aream habeat necesse est, quæ triginta pedũ amplitudinem sit nacta. Si quid addubitas, æqualem huic alterũ trigonum addere licebit, & quadrangulũ habebis altera parte longius. Cuius Area examussatim sexaginta in tota capacitate respondebit pedibus. Id quod uel craßius ostenditur sequenti monogrãmo,



Ex his perspicuæ fiunt duæ Galeni propositiones. Vna quæ spacium id quod lateribus pedum quinq; & pedum duodecim continetur sexaginta pedum effici dicit. Altera, quæ triangulum dimidium eius esse spacij proponit. Cæterũ cui Mathematica adblanditur, apodictica illa atq; omniũ certißima eruditio, is bonas horas aliquot optime locabit eruditionis incredibilis exactiq; iudicij uiris Georgio Tanstetero Colimitio, Petro Apiano, Ioanni Auicolæ, Ioan. Schonero, & optatum tenebit. Porro circuli peripheriam ideſt circumferentiam metiri datur, per diametron suam (latini dimetientem uocant) ter circumactam, atq; insuper unã illius septimam partem.



Quoad peruentũ ad primas esset, hæ uero nec ex alijs, nec per demonstrationem, sed ex se fidem faciunt. Sic arbitror & in his quæ in medicina demonstrãtur, ad primas & in demonstrabiles propositiones, et quæ

ex se fidem faciant omnia esse perducenda. Eleganter hic locus in li: de mißione sang. effertur his uerbis. Ratio partim ex cõmunibus tantum notionibus progrediens inuenit & demõstrat: partim uero etiam quæ ex istis inuenta sunt ad demonstrationem adhibet, utraq; ratiõe omnes artes uti demõstrauimus. Sane priori ratione omnes per totã uitã homines uti solent, altera uero non omnes, nam ꝓprie ad artifices attinet. Etenim Geometra primum artis suæ Theorema per solã priorem rationẽ demonstrat: deinde in secunda non sola ea utitur, sed ad eius demonstrationẽ quod ex prima probatum est, una adhibet. Quantũ uero deinceps a primo recedit Theoremate, tantũ etiã a prima ratione abscedit. Deniq; uero & paucißimis utitur, per ea quæ demõstrata sunt alia demõstrans, & per illa rursum alia, & iterum per illa alia, ut tandem demonstratio ad ea quæ plebi incredibilia sunt ꝓcedat, nempe ad Solis Lunæ & terræ non solum magnitudinum, sed etiam distãtiarum cognitionẽ. Ex quibus tandem inuentis horologia construunt & clepsydras, qui hac uidelicet uia incedunt. Solis & Lunæ deliquia prædicunt. Sic nostra oratio multa citat, quæ in alijs operibus sunt demõstrata, puta ꝙ complures sunt facultates quæ animalia gubernant, quarũ alias naturales, alias animales appellitant, quæ principia generatiõis in rebus omnibus quatuor habent elementa, quæ per sese mutuo tota misceri

inq; inuicem agere sunt nata.

Euripi more sursum ac deorsum aguntur. Euripus est maris pars inter Phocidem Bœotiæ partem, & Euboiam: ut hodie loquũtur insulam nigri ponti, quẽ Tageno Decanus Patauiensis mare uel brachium Sancti Georgij appellatũ scribit, in expeditione Friderici primi, quam secutus est & de scripsit. Tam exiguus autẽ est Euripus, ut ponte cõtinenti iungatur: septiesq; die ac nocte tã rapida cõuersione fluit & refluit, ut Pom: Mela testante, uentos ac etiam plena uentis nauigia secum portet. Neq; dum huius tã stupendæ rei caussa satis idonea peruestigata est a scriptoribus. Et quod Liuius li. 8. secundi bell. pu. a uentis quibusdam illic flantibus, ita rapi credit. Ioan. Tortellius præclarus Grãmaticus negat, qui reciprocationem hanc Euripi se uidisse scribit nulla aura omnino adspirante. Plura reperies apud Erasmũ in Chil. L. Vallam in li. de libero Arbitrio. Ioach: Vadianũ in Comment. 2. li. Pom. Melæ. Aristot. 3. Metheo: Plini: li. 2. ca. 100.

De principijs logicis quidã philosophorũ contendunt atq; ambigunt. Hi tamen hactenus saltem sunt modesti, quod omni demonstrationi fidem suã abrogant. Galenus his uerbis Pyrrhonios suggillat, qui cognomento sceptici appellantur quasi quæsitores & consideratores. Nihil enim decernunt, nihil constituunt, sed in quærendo semper considerandoq; sunt. Omniũ rerũ

fidem ueritatéq; mistis confusisq; signis ueri & falsi ita incõprehensibilem uideri, aiunt, ut quisq; homo est nõ præceps iudicijq; sui pdigus his uti uerbis debeat, qbus authorẽ philosophiæ suæ Pyrrhonẽ usum esse tradunt, οὐ μᾶλλον οὕτως ἔχει τόδε ἢ ἐκείνως ἢ οὐδετέρως idest, Non magis hoc modo se habet hoc q̃ illo modo q̃ etiam neutro. Indicia enim rei cuiusq; & synceras proprietates negant posse nosci & percipi: idq; ipsum docere atq; ostendere multis modis conantur. Differunt parum ab Academicis quoniã utriq; nihil affirmãt, nihilq; cõpræhendi posse existimãt: sed ex omnibus rebus perinde uisa fieri dicunt, quas φαντασίας appellant, non ut rerum ipsarũ natura est, sed affectio animi corporisuè eorum, ad quos ea uisa perueniũt. Hoc distant quod Academici ipsum illud nihil posse compræhendi, quasi cõpræhendunt, & nihil posse decerni, quasi decernunt. Pyrrhonij ne id quidẽ ullo pacto uideri uerũ dicunt. Quod nihil esse uerũ uidetur. A. Gel. li. 11. c. 5. Si per exemplũ opinationis huius professores intus & in cute nosse cupis. Propone tibi ridiculũ illum Lucianum, qui nihil affirmat: sed omnia in utramq; partem ambigua in mediũ relinquit. Quam rem testatus est in suo Epigrammate. Quod tibi iam Græcæ recenserem, nisi illud Ioã. Alexander Braßicanus ueteris amicitiæ tessera nobis coniunctißimus, ad hunc modum latinitate donasset.

Luciani ſunt hæc & ſtulta, antiquaq́; docti,
Nãq́; homines ſtulta hæc ſcita putare ſolent.
Finibus at nulla eſt certis ſententia clauſa,
Quod tu miraris, ridet id alter opus,

Cæterum horũ ineptias lepide exibilat in li: de optimo genere docendi. Nõnulla, dicens, uidemur nobis uidere, audire, aut alioqui ſenſu percipere, quod accidit in ſomnis aut per inſaniã. Nõnulla uero non tantũ putamus nos uidere, ſed re uera uidemus, aut alioqui ſenſu percipimus, et quæ omnes hoĩes, exceptis Academicis & Pyrrhonijs ad certam cognitionem pertingere credunt. Quæ uero per ſomniũ aut mentis errorẽ apparent, omnino ea falſa eſſe. Quod ſi porrò concedant hoc ita ſe habere, deleant e libris ſuis quod inibi ſcriptũ eſt: in rerum iudicio ſano magis eſſe fidem habendam q̃ inſano: recte ualent magis q̃ ægroto, uigilanti magis q̃ dormienti.

CAPVT. V.

Tecum uero omnem deinceps ſermonem conferam.

HIC CERTIORES REDDIT GALENVS lectores, qui poßint fructum ſperare ex hoc libro. Neq́; uero ſe hic ſtatuere, quemadmodum inuenire, nec quemadmodum demonſtrare conueniat. Eos uero qui hæc didicerũt laboris fructum aliquẽ op-

portunum reportaturos. Propositum autē esse sibi oīs morbi curationē inuenire. Ad quod rursum necessariū est morborū numerū prius scire. Quod quibus in uotis est ij primum diligenter quid morbus atq; ex eadem disciplina quid sanitas sit explorabunt.

Lemma latinis sumptio uel acceptio dici potest, eius uidelicet principij quod omnes uerißimū esse confitentur. In quam sententiam etiā li. 2. ca. 4. utitur Gal. hoc nomine dicens. Præterea demonstret efficiatq;, quod uolunt, ex ijs quæ uos ipsi non inficiamini lemmatis. Erasmus in Thurio Lemmate sic scribit. Lemma uoluntatē animi siue ꝓpositum aut dignitatē & authoritatē sonat, uox dicta a λῶ quod est, uolo. Lemma autē per geminum mm: uenit a λήϐω siue λαμϐάνω et est argumentum quod assumitur ad probationem.

Cæterum imperitum se linguæ Latinæ prodit, Linacrus recte seruiens Scænæ Græca Latinis cōmutauit. Est enim in Graio exēplari, ὀψιμαθῆ ἑλλήνων φωνῆς idest, imperitū uel tarde discentem Græcorū linguam.

Ostendas quatuor, exempli gratia, tum esse res quæ in uicino sunt positæ, Gale. hoc 5. 6. 7. & 8. capitibus definit quatuor genera, ex quibus uel noscendis uel nō noscendis, probe perperamuè incipiendā esse medendi artem monstrabit, quæ quoniā ad intelligenda hæc mire ꝓsint, quæ in sequentibus docebit Gal. est ut ea memoriæ cōmendes. Quorū unum genus est ipsorū cor-

porum, alterum actionũ: illud præcedit, hoc sequitur: actionesq́; illæ sunt naturales & inculpabiles, si corpa naturaliter se habeant. Sin præter naturã sint affecta, aut nullas prorsus aut impeditas inuenias. Tertium est genus caussarum quæ hos affectus creant. Quartum genus est eorum quæ nec cõmodant nec incommodant actioni. Symptomata appellata: quæ examussatim omnia ca. huius lib. ultimo ob oculos produxit.

CAPVT. VI.

Ergo illud repetamus denuo.

VIAM HIC PRAESTRVIT GALENVS ad prædicta quatuor inuestiganda, nimirũ qua itur ad rerum quæ sunt præter naturam cognitionem. Cui non parũ opitulantur probe cribratæ duæ motus species. Latio uidelicet quæ in loco fit mutatio prioris loci: & alteratio quæ fit in qualitate. Quibus cum expendit etiam partiũ seu particularum instrumentorũq́; illesas atq́; oblesas operationes.

Piræum Plin. li. 2. ca. 87. recessu maris interuallo P. V. Mill. continenti adnexum innuit. Est autem loci & portus nomen, qui capacitate 400. nauium celebratus est, non procul ab Athenis: cuius significationẽ poeta in Eunucho sua præbet: in qua Antipho adulescentes coire dicit ut de symbolis essent, conuiuia uidelicet acturos. Hinc ductum scomma in eos, qui gaudẽt semp cibo potuq́; distendi. Piræus nõ fert uasa inania.

Sunium promontorium finit litus Hellados, quod spectat ad Orientẽ. Pom. Mela. li. 2. Et Plin. li. 4. ca. 7 A piræo 42. Mil. P. Suniũ Doriscũ promontoriũ distare dicit. Didymus in 3. Odijss. exponit Sunium ἀκρωτήριον εἶναι τῆς ἀττικῆς esse promontoriũ Atticæ.

Rhagoides. Constat oculũ pluribus tunicis admirando naturæ spectaculo compositum esse. Quarũ extima reliquas omnes circum ambiens. Coniunctiua & choroides a medicis appellatur. Cornea hanc sequitur ceradoides altero nomine, cuius tamen posterior pars ad cerebrum & neruum opticum uersus sclerotica dicitur. Post quas est Rhagoides, uel quæ latine uuea dicitur. Rax enim acinum sonat: cuius posterior pars secundiua uocatur intima omniũ est, quæ Arachnoides, a similitudine telæ aranei dicitur: cuius pars posterior Amphiblestroides a uerriculi. i. rhetis similitudine appellatur. Eæ pro uaria uisilium specierum receptione repercussuq; & substantia uisilis operationis, tres nobilißimos humores puros & liquidos in se continent: in quorum media parte Lactantius in lib. de opific. dei ca. 8. scintillæ luminum conclusæ tenerentur: quas pupillas nuncupamus, in quibus puris ac subtilibus cernẽdi sensus continetur. Albugineus extimus in cuius medio est iris circularis. Alter est uitreus & tertius Crystallinus uel glacialis. Vide Cœlium Rhodig. li. 9. ca. 1

Sicut in libris de his ægimus. Selectißima huius fa-

rinæ scripta reliquit Gal. li. 4. de symp. causs. cã. 2. De utilitate particularum li. 2. ca. 1. In lib. de Tunicis & humoribus ocul.

CAPVT. VII.

Vnde inquies ad hoc moti.

EXTIRPATVR HIC THESSALI ERROR per quem cum in actionis uicio posuisset morbũ, in partium tamen constitutione sanitatem statuit. Quum tamen qui actionem uiciatam morbum dicit, idem sanitatem naturaliter se habentẽ actionem dicere cogatur. Sicut qui affectum q actioni officit morbũ dici uelit, idem affectum qui secundum naturã est sanitatis uocabulo appellat. Neq; in altero genere sanitatem, in altero morbum constitui cõuenit. Quia contraria inter se sunt sanitas & ægritudo, Contraria autem sunt quæ in eodem genere plurimum inter se dissident. Aristoteles in categor.

Pathos. Sanitati morbus contrarius est. Pathos ab utroq; differt, quod ita definit Plato. Pathos est quicquid aliquis perpessus fuerit, atq; in totũ omnis motus qui præcedit ab altero in alterũ. Quippe efficientis motus actio dicitur, motus uero rei quæ adficitur páthema & pathos uocatur. Quãq enim affici idem est qđ pati quodammodo, motione tamen pathos ab affectu discriminatur. Itaq; pathos est dũ quidpiã cõuertitur, mutatur, alteratur, mouetur. Affectus uero in subiecto

corpore, & pmanet & seruatur. Nihilominus Græci permanentẽ quoq; affectum uocant pathos, sicut id qđ ægit, desijt uero agere caussam nominant. Porro eius quod factum est aliud quidẽ naturalem actionem facere potest, aliud uero eam uiciare. Itaq; id quod adhuc fit, nec est nisi dũ fit, actionẽ aut pathos noĩamus. Id uero quod per tempus aliqđ pmanere potest, sanitatem aut morbũ. Actio et pathos differunt quemadmodũ id qđ facit, & id qđ fit. Morbus uero a sanitate distinguitur, qđ hæc secundũ naturã est, ille contra naturã. Vt uero summatim dicatur: sanitas est affectus secundũ naturã ad faciendam actionẽ idoneus. Sic morbus est corporis constitutio præter naturã, aut caussa ob quã uiciata est actio, aut est affectus præter naturã impediẽs actionẽ. Pathos est motus circa materiã ab efficiente pcedens. Ipse uero efficientis motus actio est. Caussa uero quæ suapte natura inducere potest, ei qđ fit aliquã suæ generationis partẽ. Oẽm itaq; alterationẽ quæ adhuc fit pathos: omnia autẽ quæ in corpore sunt præter naturã symptoma noĩamus. Accidit tamen ut eadem res simul & Pathos & symptoma sit, ut membro tremẽti quod contra pprĩu usum & alteratur et mouetur, est igitur in eo pathos. Et quia iste motus, istaq; alteratio est præter naturã, symptomatis nomen nõ auersatur. Si uero alteratio tantũ esset, ut cum uidemus, audimus, gustamus, tangimus, tum pathos dumtaxat nominaretur.

Hæc oĩa fusius tractat Gal.lib.3.de Morb.& Sympt. & infra li.2.ca.2.huius Methodi.

Proculus philosophus Platonicus, præfuit philosophicæ scholæ Atheniensiũ. Cui successit Marinus Neapolitanus. Scripsit pluria philosophica et Grãmatica. Cõmentarios in totũ Homerũ et Hesiodũ. De doctrina Christiana li: 3: De educatione, in Politiam Platonis, in Theologiã Orphei &c. Hic alter a Porphyrio qui in Christianos impurã et contumeliosam linguã exacuit. Contra quẽ inuectus est Ioan: Philoponus mirabiliter ei obuians: et cõuincens ipsum uel in Græcis in quibus plurimũ sapiebat imperitũ et ignauum esse: Suidas.

Antipater Tyrius philosophus, stoicus, præceptor Catonis Vticensis, ut refert Plutar. in Catone. Fuit & alius Tarsensis philosop: Antipater Volaterrano li.13 teste. Et rursum alius Hierapolitanus præceptor liberorũ Seueri principis. Cuius epistolarũ proprium uiri opus, in qua splendidũ quiddã insonuit. Quẽ dum laudibus meritis optimi iuuenes onerarent, subinde deorũ præceptorem nuncupabãt. Quæ res & in prouerbiũ trahitur, ut quisquis principũ aut optimatium liberos instituit, is Deorum dicatur institutor, apud Cœlium Rhod.li.11.ca.66. Verũ Antipater Medicus Galeno coetaneus Medicã artem publice apud Romanos professus est, & ferme sexagenarius primũ Ephemera febri correptus, post difficultate spirationis & cordis

palpitatione accedente tandem resolutus statim obijt. Aliorũ quorundã exemplo, qui cordis affectibus laborant. li. 4. ca. 2. de locis affe. Scripsit et hic epistolas de rebus Medicinalibus teste Cœlio Aurel. li. 2. ca. 13.

Eudemus adulterium cõmisit cũ Liuia Drusi Cæsaris, quemadmodũ Vectius Valens adulterio Messalinæ nobilitatus est, pariterq́; eloquentiæ assectator. Is eam potentiã nactus nouam instituit sectam, talia autẽ portenta dederãt ansam antea Catoni maiori & posterius Plinio ipsi liberius in medicos inuehendi & traducendi omnem Medicinæ & medicorũ usum. Longe enim aliter ab authoribus Medicinæ atq́; adeo a dijs ipsis præscriptum, q̃ illi præstiterint.

Mnaseas Berytius artem Rhetoricen scripsit, & librum de Atticis noĩbus Suid. Thessali successores fuere Themison Mnaseas Soranus, authore Cœlio Aur. li. 2. ca. 7. Chronion. Huius sæpe meminit Gal. in lib. de Composi, Medic. κατὰ γένη.

Dionysij Plinius lib. 20. ca. 11. in descriptione apij meminit, similiter et ca. 20. Fateturq́; se hunc imitatũ fuisse lib. 31. Et Cor. Celsus li. 6. ca. 6. Collyrium Dionysij magno usui ueteribus fuisse innuit.

Menemachi meminit Cornel. Celsus li. 6. ca. 9.

Olympicum nugacem cum discipulis suis. Gal. hoc loci docuisse & scripsisse tantum ea quæ nihil ad rem pertineant fatetur, neq́; eos unq̃ didicisse quid morbũ

pathosuè nominēt. Fuit autem hic Apollonidæ Cyprij præceptor. Eius discipulum.

Iulianum Alexandriæ cōuenit Gal. cuius Isagogas iterum atq; iterū ab eo recognitas se uidisse scribit nulla tamen eruditione magis resperſas, q̄ ab initio.

Sorani duo fuerunt. Alter ſcripſit quinq; libros de mulierum ægritudinibus. De ſectis medicorū, Cōpendia in ordinem digeſta, et alia diuerſa, Suid. Alter Menandri filius Epheſi natus: q medicatus eſt Romæ ſub Traiano & Hadriano Cæſaribus, reliquit libros pulcherrimos. Vnde Cœlius Aurelia. in præfatione Chronion dicit. Soranus pleniſsime Chronion diligentiā tradidit, atq; ſpeciale corpus ſcripturæ formauit, de paſsione capitis initia ſumens: quod nos quoq; faciendū aſſumimus. Eodem li. 2. ca. 7. Chro. teſte Theſſali ſucceſſores fuere Themiſon Mnaſæas Soranus. Epheſini fuere ambo Sorani, hic tamen prior, ille uero poſterior.

Themiſon fuit primus qui cōmunitates Theſſali inuenit fluidū & clauſum. Hic ſi Plinio credimus (li. 7. ca. 17.) ſummus author damnauit cū hydromellis tum oxymellis omnē uſum et rationem. Hic libros tres tardarum paſsionum ſcripſit teſte Cœlio Aureli. in præfatione. Scribentium dicēs Medicinā nullus ante Themiſonem tardarū paſsionum curationes principaliter ordinauit. Quas nonnulli tacuerunt tanq̄ impoſsibiles indicantes & incurabiles.

Omnia ex diffinitione samiatis & morbi scrutanda sunt. Siquidē in his artibus, q̄ methodo aliqua traduntur earundem cōstituendarum principiū est finis ipsius notio. Verißimā authoris sententiā doctißime post Leonicenū, Ioā. Manardus in præfationē artis medicinalis explicat: tres tantū esse uias modosq; ex sentētia Gal. quibus cū certo ordine doceri aliqua ars poßit. Quarū prima est resolutiua q̄ ex fine artis intellecto, per resolutionē gignitur: Ανάλυσισ enim Io: Philopono teste, ꝓprie significat eorū qui peregre ꝓfecti sunt in patriā reditū, ꝑ translationē quondā, ꝓcessum eorū q̄ ex principijs cōstant ad ipsa principia. Cui cōsonat Themist: li. 1. poster: Analyt: dicēs. Resoluere appello uera cōclusione posita, ꝓpositiones ex qbus cōfecta sit exquirere. Scd'a cōponendi rationē subit. Sicut. n. resoluere est a cōpositis ad simplicia ire, & nihil rimādo prætermittere donec ad elemēta & principia artis sit uentū. Ita componere est a simplicibus retrogrado gressu in cōposita ferri & inde exordiri ubi resolutiua desinit. Gal. hac nō est usus. Sed Aristo: in dialect: et naturalibus: Auicen: in Canone & Canticis: Auerroys in Colliget: uidentur hūc ordinē experßisse. Tertia est diffinitionis dissolutio, quæ etiā, explicatio, diuisio, explanatio, expositio, & nōnunq̄ etiam resolutio appellatur, nō quod diffinitionibus utatur uel qa diffiniat, sed quia artis quam doctura est generalem definitionem præ

ponit, quibusdã ueluti capitibus omnes artis partes cõtinentem, quæ capita rursus in partes dissoluit, hasq; iterũ in alias, nec ab eiuscemodi sectione et membrorũ declaratione desistit, donec oĩa ad artẽ spectantia, saltẽ in genere declarauerit. Paradigma huius habes ĩ Arte medicinali Gal. Habes sub cõpendio rẽ hãc uniuersam, quæ miris modis et quæstionarios sophistas, et quosdã solidos medicos torsit. Cuius explicationẽ uni acceptã referas Manardo, surda aure præteritis aspergininibus Scõmatographorũ barbarorũ, qui tantã uiri authoritatẽ, eiusq; medicinales epistolas, eleuare, sed necqcquã conati sunt. In rem tuã feceris, si horũ ambagibus friuolis post habitis, recta ad Galeni decreta concesseris.

Palpitatio est: authore Gal: li: 5: c: 2: de symp: caus: diastole, idest, distinctio præter naturã. Accidit omĩbus ptibus q̃ distingui possunt, hoc est q̃ suapte natura molles sunt, ut et distendi & residere poßint. Ossa autẽ et cartilagines nunq̃ palpitãt quia distingui nõ possunt, neq; attolluntur neq; difflantur. Quæ palpitãt, cõuellunt ad sese ob distinctionẽ id quod eas replet, quẽadmodum fabrorũ folles impleti, utris instar distinguuntur. Caussa quæ palpitationẽ efficit est aerea quædã essentia. Quæ si pauca fuerit et tenuis, illico a corpore defluit. Si fuerit uapor crassus & multus, distinguit & attollit, & inflat partem, donec uiolenter explosus in cognatum sibi aerem expiret. Consule citatum locũ.

Tremor Gal.authore in li.de rigore, est motus quo membra pōdere suo deorsum mouentur, et rursum uirtute rectrice subleuante sursum, uide Galenū de symp. Caus.li.5.ca.2.& 7.aph.21. De stupore li.4.ca.5.de Sympt.Causs.& ibidem li.5.ca.2. De dolore uero li. 3.ca.2. ibidem & copiosißime totum librum secūdum de loc.affec.

CAPVT.VIII.

Nunc illud nobis propositum erat.

REPETIT HOC CAPITE SVB COMPENdio quæ ante ac fusius tractauit: perstringens interim methodicos, & quosdam (sic enim sese appellandos uolebant) Dogmaticos, qui non sine confusione hæc quatuor inuoluebāt quæ rursum Galenus in ordinem redigit in hunc modum. Primum est affectus & status corporis. Secundum locum tenent actiones seu functiones quas gignit affectus. Hæ naturales sunt & inculpabiles, si affectus corporis est naturalis, at contra uiciosæ aut omnino nullæ, si corpus sit uicio affectum. Proinde quando affectus ille preter naturam se habeat & uiciet operationem aliquā, iā morbus dicitur. Tertium uersatur in caußis, quæ hos affectus creant. Quartum consistit in Symptomatis, quæ enim cōstitutionem necessario sequntur sanis accidentia, ægrotantibus Symptomata dicuntur. Sunt aūt horū quædā familiaria, & sunt plane accidentia quæ nec cōmodāt

nec

nec incõmodant actioni, ut color corporis ꝓpter morã sub sole ex candido niger factus: aut cõtra in umbra ex nigro cãdidus. Vitiũ autẽ functionis insigne Symptoma appellitatur a Galeno, qđ ipsius uerbis in hoc capite examinabis in phlegmones exemplo.

CAPVT. IX.

Nunc uero nec ipse apertũ quicquã.

NOTAT HIC OLYMPICVM, QVI TAM nihil habebat nasi, ut nec quid pathos, nec qđ symptoma sit, intellexerit, tot erroribus scatens, quot pene uerba in hac re profuderit.

Atrophe est species quædam tabis, qua corpus non alitur, & naturaliter semper aliquibus decedentibus, nullis uero in eorum locũ subeuntibus summa macies oritur, & nisi occurritur, tollit. Fit quãdo nimio timore aliquis minus, aut auiditate nimia plusq̃ debet assumit: ita uel quod deest infirmat, uel quod superat corrumpitur. Altera species Cachexia dicitur, ubi malus corporis habitus est, ideoq; omnia alimenta corrũpuntur. Quod ferè fit cum longo morbo uiciata corpora, etiam si illo uacant, refectionẽ tamẽ non accipiunt. Aut cum malis medicamẽtis corpus affectum est, aut cũ diu necessaria defuerunt, aut cum inusitatos & inutiles cibos aliquis adsumpsit. Tertia species est Phthisis. Quæ omnia copiosißime descripsit Cor: Celsus li. 3. ca 22.

Per ueterem tibicinẽ Thamyrin intellige, Philamonis & nymphæ Argiopes filium, musarum indignatione excæcatum. Pausanias tamen contendit morbo illi oculos corruptos fuisse, id quod postrius etiam Homero usu uenerit. Balyras fluentum inde nomen cõtraxit: quod in calamitate ad hunc lyram abiecit. Appellatur idem tum Thrax tum Odryses. Homer. β. Iliad. de Dorio sic ait.

Αὐτόμεναι Θάμυρον τὸν θρήικα παῦσαν ἀοιδῆς
Οἰχαλίηθεν ἰόντα παρ' εὐρύτου οἰχαλιῆος.
Στεῦτο γὰρ εὐχόμενος νικησέμεν, εἴπερ ἂν αὐταὶ
Μοῦσαι ἀείδοιεν κοῦραι διὸς αἰγιόχοιο
Αἱ δὲ χολωσάμεναι πηρὸν θέσαν, αὐτὰρ ἀοιδὴν
θεσπεσίην ἀφέλοντο, καὶ ἐκλέλαθον κιθαριστύν. i.

Obuia Musarum ueniebat turba migranti
Occhalia Thamyro, postq̃ Eurytus Occhaliensis
Dimisisset eum, iactare haud destitit unq̃
Vincere se Musas cantu, quas uoce lacessit.
Luminibus uictus mulctatur & arte canendi,
Artis eum summa qua certat obliuio cœpit.

Perq̃ antiquus Homeri cõmentator hũc cum musis ita pactum fuisse scribit, ut si uictor foret, admitterent se illis conferri & assimilari: si uero uictus esset priuarent quocunq; uellent. Superiores igitur Musæ factæ, oculos, citharædicam artem, atq; insuper mentem illi ademerunt.

CAPVT. I.

SCHOLIA IOANNIS AGRICOLAE MEDICI in librum Secundum Therapeuticæ Methodi Galeni.



RIMO CAPITE GALENVS graphice describit affectũ et morbum: & cõuincit pro industria sua affectum ipsum esse morbũ. Hinc enim cõmodis præsidijs occurrẽtes ægrũ sanitati restituimus. Relinquitur itaq; nec actionẽ læsam nec symptoma esse morbũ, utcũq; nõnulli male Apollini initiati sint opinati falso.

Phlegmonẽ perfundit et cataplasma sup imponit, & scarificat. Hanc curationem satis liberaliter monstrauit lib. 13. huius methodi.

CAPVT. II.

His ita distinctis, inspicienda diligenter est nominũ diuersitas.

PERSPICVITAS IN DOCENDO HIC VT cum maxime exigitur. Hanc uero nemo præstat nisi qui clarißime intelligatur. Quod fit tum demum, cum noĩbus quibus res notantur certæ suæ significationes cõmittuntur. Quo cum inclinasset animũ, ægritudinũ genera omnia cõplexus est in hunc modũ. Galenus. Primo sunt q̃ a parte læsa nomen hauserũt; ut pleuritis a cõpunctione laterũ: secundo a Symptomate, sicut Ileos a contorsione tenuium intestinorum:

dispnœa, idest, spirandi difficultas. Tertio ab utroq; ut Otalgia aurium dolor. Quarto a caussa putata ut hyderos leucophlegmatiæ .i. hydrops, cui nomen etiã hyposarce, in qua corpus inæquale est, tumoribus aliter, aliterq; per totum id orientibus. Quinta a similitudine ut anthrax .i. carbunculus, Sycosis .i. ficus. Sexto morbi quidã nec locum affectum nomine repræsentant, nec caussam quæ eos effecit ut Phlegmone, Scirrhos, apostema. Vlcus tamen licet citra insinuationẽ huiusmodi sit nominatum, at certe differentias habet multiplices particulares, quarũ aliquæ ab ijs qui primum ea sanarunt sunt noĩatæ, ut Chiromũ, aliæ ab ipsis qui ijsdem fuerunt affecti, ut Telephum.

Epinyctides sunt ulcuscula sponte sua surgentia & rubescentia figura pustularũ, quibus apertis cruenta sanies defluit: per diem hominẽ non magnopere crucians, noctu uero grauissimo torquens dolore.

Nyctalope malum est oculorũ cum interdiu satis, sole occidente minus, noctu tandẽ nihil uident. Quidã ad aliud significatũ perperã trahunt hanc uocem: & scribunt esse hunc affectum, ubi per diem minus, noctu autẽ acutius uideãt oculi. Et iurecõsulti de Edilit: edic: tales homines habent inter morbosos.

Nos quot in uniuersum sint morbi & symptomata horũq; caussæ in li. de Morb: & Sympt: differentijs et caussis numerauimus. Quos libros facili momento edi-

ſcere licet candide lector. Cum præſertim tuā induſtriā adiuuerit uir eruditus Stephanus Dutemplæus: qui tabulis ad hoc ſtudij genus compoſitis, oculis ita ſubiecit omnia, ut has tabellas merito omnibus omniū Apelliū, Durerorum & Lucarū picturis præponere poßis.

Ex prælonga mutationum & motuū diſputatione. Qualitatis et ſubſtantiæ, ideſt, alterationis et generationis. Hæc cōſideratio affatim elaborata eſt per enarratores Ariſtot: in 3. Phyſicon Acroamaton.

CAPVT. III.

Ac in illis quidē particulatim oīa, tū morbos, tū ſymptomata, tū cauſſas inquiro.

TRIBVS HIS GAL. ADDIT HOC CAPITE duo Medendi methodū exercentibus neceſſaria. Primū quid inter morbū et pathos interſit. Secundū morbos inueniri nō poſſe ſine cognitis, ex qbus conſiſtit corporis elementis. Cæterum quæ hic prodūtur uix adamußim intelligi queunt, abeo qui tertiū librum de Sympt: differen: non relegerit: qui tibi inſtar oraculi delphici pro huius capitis ſcopo adſequēdo cōſulendus eſt.

Symptomata reperiuntur in triplici differētia. Alia enim ſunt noxæ functionum animalium uel naturaliū, alia ſunt affectus corporis uiſiles, tactiles, olfactiles, guſtatiles ut colores in morbo regio, in lingua, in apoſtematis nigricantibus uel liuentibus. Dura pellis, laxa

pellis. Fœtores nariū, axillarum, ructus acidi, fumosi. Sapor sanguinis per os reiecti, sapor præternaturā dulcis, amarus, salsus. Alia excreta uel cōtenta immodice. Hæc uero a naturali habitu aberrāt, uel tota substātia, ut cum sanguis excernitur ex apertione, erosione, ruptura uel uulnere, retentricis infirmitate, expultricis nimio motu. Aut qualitate mutata ut cum excernitur muliebre ꝓfluuiū, stercus fœtidū. Aut quantitate præter naturā: sic excernuntur uel cōtinentur sudores immodici. Vrinæ in diabete stercus. Porro ut rē breuibus haurias. Morbus appellandus est dumtaxat affectus sanitati aduersus, a quo læditur actio siue diutinus hic siue breuis sit. Reliqui affectus qui præter naturā sunt, ij qui præcedūt caussæ dicuntur uel pathea. Qui sequūtur si actionū offensæ sunt, symptomata & pathea. Idē sentias de supfluis inanitiōibus & retentionibus. Vitiosus autē color & huius similes supra paßionis & symptomatis appellationē, etiam affectus dicūtur. Cōmune igitur est his oībus qđ præter naturā sint. Caussa, morbi et symptomata. Propriū hoc est, quod morbus actioni incōmodat, Symptoma hūc seqtur, caussa præcedit. Paßio aūt uel Pathos dicitur morbus tam inepte q̃ si etiā infirmitas uel imbecillitas diceretur.

Νοσέω significat idem quod latinis ægroto. Refertur etiam ad animū, & tum idem est quod non sane sapio uel insanio. Euripid: in Iphigenia Ἑλλὰς δ᾽ ἐνοσ

ἐοι κατὰ θεὸν νοσεῖ τινα. Quod Erasmus Roterod. trimetro iambico dixit.

At ista (Græcia) tecum quopiam insanit deo.

Ἀρρωστέω sine robore sum, non robuste habeo, non dicitur de eo qui in lecto ob ægritudinẽ decumbit (nam is νοσεῖν ꝓprie dicitur) sed περὶ τοῦ καχεκτοῦντος τῷ σώματι, qui corpore est male habito.

Ἀσθενέω ægroto, langueo, imbecillis fio.

Κάμνω laboro, ægroto, patior, irascor, defatigatus sum. Male afficio, dire tracto. Quo sensu 18. Iliad. interẽpto: Patroclo Achilles Troia: minatur mulierib.

Iliades flebunt olim noctesq; diesq;,
Viribus, & bello quas sollicitabimus ipsi
Mœnia clara uiris cum prorsus deijciemus.

Laborare aũt & Græcis et Latinis paßim ꝓ ægrotare usurpatur. Ab his uerbis prognati sunt nepotes illi accusandi casus plural: num: participiorum præsen: tempo: νοσοῦντας, ἀρρωστοῦντας, ἀσθενοῦντας et κάμνοντας.

Syndromen appellant Empirici Symptomatũ congeriem quæ sunt in loco affecto. Gal. noster hic et in 3. de San: Tuen: mirari scribit licere ob eos, qui de Synd: .i. conuersu affectuũ, qui in sympto: aliquo cõsistũt uel curationẽ uel euentorũ prædictionẽ se obseruasse prædicẽt. Et ibidẽ li: 5. Empericis talia (ætas uidelicet, cõsuetudo extrinsecus incidẽtes ꝓcatarticæ caussæ &c)

totius concursus, quã συνδρομὴν uocãt, pars esse censentur, quæ syndrome in ipsa curatione est obseruata, haud quaquã ex his quæ fieri affectus postulant inuenta. Et infra in paucißimis exacte traditæ sunt syndromæ, cum pleriq; morbi hominẽ desiderẽt, qui omnino corporis affectum calleat, quiq; omnia quæ eiusmodi affectui consonent, inuenire singulatim queat. Vsum quantumuis longum manifestum est talia sine ratione inuenire non posse.

CAPVT. IIII.

Ac mihi quidem res tota explicata iã est.

DVARVM HYPOTHESEON MENTIOnem in adsignanda uera descriptione morbi et sanitatis in similaribus partibus (nam instrumentaliũ membrorũ morbos utraq; secta cões habet) Gal. ubiq; inculcat. Quarum altera est Hippocratis, altera nõ satis sibi constans Asclepiadis. Prior statuit sanitatem similariũ partium calidi, frigidi, humidi & sicci temperiem. Contrariũ uero ipsius morbum. Hæc enim elementa ipsa pati, et in se mutuo efficere & tota cũ totis misceri attemperariq; dicit. Altera secta meatuum symmetriã ponit esse sanitatẽ, morborum autem prima duo genera. Vnũ patentibus late meatibus, alterum cum clauduntur. Vt si aliquod corpus simplex (ut caro uel os) adeo fuerit adstrictum uel rarũ, ut a mediocritate aberret, id male affectũ esse pronunciabimus.

Medium uero obtinẽs inter utrunq; excessum, tum ad functiones est accõmodatißimũ, & optima ualetudine frui dicetur. Hãc opinionem subuertit in plærisq; locis Gal: nempe lib: 1. de Morbo: Differen: li: 1. de Poten: Natur: Et in hoc quod nũc interpretamur capite: Corpuscula hæc adstringentia meatus ratione, contemplabilia tantum esse adserit. Laxitates quoq; ipsas æque tantum ratione speculabiles.

In finibus arteriarum impactio. Sphinosin quasi dicas incuncationẽ appellat hanc impactionem, alibi li: 13. Therap: huius, sanguinis scilicet circa fines pulsatilium plura ca: 6. huius li. 1.

CAPVT. V.

Nec sicut empiricis, sic ulli dogmatizantium.

PERSPICVVM FACIT HIC GAL. Quantum delirẽt, qui uni alicui sectæ iurati et addicti sunt, Empirici enim inueniri posse non putant quicq̃, corũ quæ abstrusa sunt, neq; id si inuentũ sit se desiderare. Qui uero se logicos esse profitẽtur, tam sunt nullius frontis, ut nec se scire blaterẽt, an octo affectus sint quibus imbecilla fiat particula. Qui cũ nuda uerba adferant, tyrannorũ ritu omnia sibi credi postulant.

Dionysius siculus tyrannus fuit, quem aliq̃n nec Sicilia, nec Italia capiebat, aßiduis bellis uictus & fractus, ad postremũ insidijs suorũ interfectus est. In cu-

ius locum milites Dionysium filium suffecerunt. Qui ut firmius facturus esset regnum, si penes unum remā-sisset, auunculos et fratres suos interficit, tyrannidem in suos priusq̃ in externos auspicatus, cædibus ciuitatē replet, uictus et profligatus à Syracusanis, exul à Locrensibus socijs exceptus est, ubi arce occupata principum uxores ad stuprū rapi iußit, uirginesq́; stupratas sponsis remisit, locupletißimos aut expulit aut occidit. Locrorū ciuitate pulsus Syracusas proditione reuertitur. Mox grauior et crudelior indies ciuitati iterata cōspiratiōe obsidetur. Tandem deposito imperio Corinthū in exiliū proficiscitur. Ibi in publico uagari, potare, et per totos dies sedere in popinis et lupanaribus, disceptare cū perditißimis de minimis rebus, squallidus & pannosus incedere, risum libentius præbere q̃ captare, in macello perstare, quæ emere non poterat oculis deuorare, nouißime se ludi magistrū professus, pueros in triuio docebat, ut semp a timentibus in publico uideretur. Laborabat inuidiam præteritorum contemptu præsentium demere. Inter quas dißimulationū artes ter insimulatus est affectatæ tyrannidis. Nec aliter q̃ dum contemnitur liberatus est. Iustinus ex Trogo Pompeio lib: 21.

Phalaris Agrigentinorū tyrannus fuit, quē sua crudelitas nobilitauit. Inter cuius multa crudelitatis exempla celebratur æneus quoq́; taurus Berilli. In quo sub-

iecto igni mortales uiui sic exurebantur, ut pro eiulatu humano mugitũ ederent morietes. Eum taurum exusto primũ artifice Delphos misit, ut Phœbo dicatus monumentũ esset simul et artis exquisitissimæ, et inuenti crudelissimi, et pœne merito in authorem retortæ. Verum Delphi munus ut a tyranno missum repudiarunt. Cicero ad Atticũ. Istum quidẽ cuius φαλαρισμὸν (Hoc est immanem crudelitatẽ) times, omnia teterrime facturũ puto. Erasmus in Phalaridis imperio.

Draco pœna capitis puniendos esse sanxit sontes, ex quacunq; uel leuicula noxa: adeo ut qui holera aut poma surripuissent, eos capite mulctauerit. Quumq; rogaretur quamobrem plurimas iniurias exiguas supplicio capitali plectendas statuisset, respõdisse dicitur. Se parua quidem delicta morte digna censere, magnis autem maiorem pœnam inuenire nõ posse. Vnde scite dixit Demades. Draconis leges non atramento, sed humano sanguine scriptas esse. Quæ tamen postpaulum tacito Atheniensiũ cõsensu obliteratæ sunt. Hic Suida authore ad Aeginam propter latas leges, acclamatione & plausu publico celebratus & honorifice tractatus in Theatro, conijcientibus in eius caput pileos & uestimenta sua spectatoribus, suffocatus & in eodem Theatro humatus est. Vixit sub sæculum Septem sapientum, uel potius ante, nempe sub 39. Olympiadem.

Solon easdem leges moderauit, & nouas plerasq; composuit, eò usq; adceptas et utiles populo, ut leges a dijs immortalibus primũ propagatas crediderint antiqui. Et hunc ipsum Solonem à Pallade, Cretensem Minoem à Ioue, Lacedemonium Lycurgum ab Apolline edoctos. A. Alciatus pro laude LL. Vixit Solon Luciano in longæuis teste annos centum. Lycurgus uero annum 85. agens ægit animam.

Præceptorum uestrorũ quidã irridens, si quis calidi uel frigidi mentionẽ faciat, tãq̃ balneatoribus magis q̃ medicis ea noĩa conueniãt. De hoc ignobili medico, cui nomen Quinto, scribit 3. de San: Tuen: Cuius hæc fuerunt satis inepta & puerilia axiomata. Nempe cũ percontaretur Gymnastes, quã unctio uim haberet, respondisse fertur, uestis submouẽdæ. Simile Quinti apophthegma est, quod de urinis circumfertur, nempe eas nosse, ad pictorẽ pertinere. Rursum & illud, quod de calido, frigido, humido et sicco, aiũt, utiq; balnearũ ea esse noĩa. Quæ ipse sane nemini uel Thessali assectatorũ impune dicere, nedũ Quinto pmiserim: qppe scurrarum eiusmodi facetiæ sunt, haud quaquã hominis tam grauem artẽ profitentis. Et infra li: 7. ca. 4. Nam quis nescit quemadmodũ calidum, humidũ, frigidũ & siccũ Quintus mordere sit solitus, balneatorũ esse nomina, sine quibus tamen Methodo curare partium imbecillitatem omnino non est.

Cætera, mores litigantiũ et disputatorũ pertinaciũ suis coloribus pingit Gal. q̃ ad friuola, absurda et odiosas minas spirãtia, qui cõtentiones amãt, abripiantur.

Allium & cæpe etiam pituita tentatos Gallinaceos sanare solent. Extat hoc idem apud Pliniũ li. 10. ca. 57 historiæ mũdi, cuius hæc sunt uerba, inimicißima Gallinis pituita, maxime inter meßis et uindemiæ tempus. Medicina in fame, et cubatus in fumo, si utiq; ex lauro et herba sauina fiat, penna p̃ transuersas inserta nares, et per oẽs dies mota. Cibus allium cum farre aut aquá perfusus cum semine uitis albæ coctus.

CAPVT. VI.

Ergo dimissis iis rursus ad propositum redeamus.

PRIMVM GAL. HIC ANACEPHALAEOsin facit ferè omnium quæ hactenus per disceptationem cõtra Thessalũ euicit. Hæc autẽ sunt quatuor, actio offensa, affectus unde actio prouenit, affectus ipsius caussa, & quæ hũc subsequntur symptomata. Sed affectus qui est functionis effectrix caussa, est temperamẽtũ calidi, humidi, frigidi, sicci, ostendit quoq; Erasistratũ lapsum esse in phlegmones substãtia tradenda. Indicat exinde libros aliquot legendos anteq̃ ad hanc Terap. Methodũ accedas. Postremum repræhenso Thessalo & Asclepiade sex in uniuersum morborum genera colligit, Vnum in similaribus in tempe-

rãtiæ, in totis organis quatuor, quorũ unũ in figura spectatur, secũdũ in particularũ numero, tertiũ in cuiusq; quantitate obseruatur, quartum in positura. Vtrarũq; uero partium cõmunis est unitatis diuisio.

Quarũ omnium usus narrauimus in decimo operis de partium utilitate libro: repetitur hoc idem li. 4. c. 2. de symptomatum caußis.

Hypochyma affectus est, quem latini suffusionem Auicẽna aquam, uulgus cataractam uocat. Est autẽ teste Paulo effusio humorum lentorũ inter corneam & christallonem congelatorũ. Glaucoma aũt, id est, imitatio christalloidis ad glaucũ, diuersum ab illo malũ, quãuis ei tã simile, ut aliqui idẽ putauerint. Manard. li. 7. Epist. 2.

In finibus uenarum quæ in cauo iocinoris habentur obstructio, ex lentis aut craßis succis subhæsit. Hoc idẽ diligẽter explicatũ inuenies li. 1. de Differẽ: morb. cap. 7.

CAPVT. VII.

His sic se habentibus iam de medendi indicationibus est dicendum.

VLTIMO HOC ATQVE ILIADE LONgiore capite Gal. absoluit sequentia: Methodũ sciunctam ab experientia procedere, & neutiq̃ empiricã logicamq; in unũ cogendas & confundendas esse. Indicatio autem qua differt Methodus ab experi-

entia Methodum igitur medendi inuestiganti est ab indicationibus auspicandum. Adiungit præterea Medicinæ finẽ esse inuenire cuiusq; morbi remædia. Principium autem uiæ quæ huc perducit esse morbi ipsius cognitionem. Nam quod curatur is est, eoq; indicationes ab hoc sunt incipiendæ. Posthac bene longa disceptatione docet & euincit omnes morbos unius eiusdemq; participatione morbos appellari. Sicut particulares homines omnes unum idemq; quiddã habent, cuius gratia omnes eandem appellationẽ hominis sortiũtur. Porro cũ in hac re Thessalij uel asinis stupidiores essent, effusißime docet q̃ recte antiqui philosophi distinxerint, aliud numero aliud specie, aliud genere, tum idem, tũ unum esse. Quod cum per se satis splendido et magnifico cultu Galen. expediat lectoribus, non est quod nos aquã ut dicitur, in mare portemus. Tam enim prolixa disputatione Gal. assequitur, morbũ esse, quamuis nusq̃ ipsum per se solum uideris. Cuius contrariũ sentientes fortiter oppugnat.

Coriscum Socraticum philosophum fuisse scriptũ reliquit Strabo li. 13. Neleus autem Corisci filius Aristotelem & Theophrastũ audiuit & successor fuit bibliothecæ Theophrasti, in qua Aristotelica inerat. Nã Aristot. et bibliothecã et scholã reliquit Theophrasto.

Lingula uel ligula per diminutionem dicta lingua, alias à similitudine exertæ linguæ, ut in calceis, alias

in sertæ id est intra dentes coercitæ, ut in tibijs, pro ea quæ calceorum est. Festus. Martialis.

Quãuis me ligulã dicant equitesq; patresq;.
Dicor ab indoctis lingula grãmaticis.

Cœlius autem Rhodig: li.7.ca. 25. hoc attigit A lingua, dicens, lingulam dici deflectiq; non ferè latet, hinc, quod scitu dignum est, lingulatos legimus tubulos ex parte altera, ut alius in alium inire, cõuenireq; poßint, ueluti linguæ præferentes schema.

Dionem curatorem. Gal. suggillat sub specie exempli Dionẽ hũc ruditatis. Qua infamem ipsum reddidit etiam epigramma Lucilij. Quod noster Georgius Leuelatticus medicus industrius, ita conuertit.

O charum ualeas, dic dic Demostrate lumen.
Nam tibi curatrix dextra Dionis adest.
Cuius ab indocta, iam cæcus Olympicus, arte
Dempta sibi multum lumina fida gemit.
Cum rapta queritur palpebras luce pilosas
Euulsas, medicis simplicis esse manu.

Theon Alexandrinus primum Gymnastes, postremum per ὀψιμαθίαν medicinam attigit minus satisfecit in omnibus, tametsi non omnino medicarum rerũ imperitus euaserit. Scripsit lib: de Exercitationibus. quorum testimonium semel atq; iterum suo instituto adhibet Gal: lib: 2, & 3. de Conseruanda ualetudine:

Serapion Empiricus fuit Alexandriuus, ut extat

apud

apud Authorē indroductorij. Qui uero nostris hominibus hodie familiaris est, Arabs fuit. De cuius inscitia elegās habetur Epistola apud Ang. Politianum & Nicol. Leonicenum in erroribus Plinij.

Translator uetustior (si qua dignaberis huius uersionem legere) semper pro Empiricis reposuit Methodicos, inepte quidem. Voluit enim, ut uidetur, duas tantum Medicorum sectas statuere Methodicorum et Rationalium, quorum hos, Dogmaticos & recte, illos uero Empiricos, falso esse opinatus est. Empiricen autem Philinus Cous primus à rationali separauit. Acronem uero Agrigentinum primum authorem huius faciunt: cuius etiam Pli. lib. 29. cap. 1. meminit. Serapion huic successit. Quem Apollonij duo pater & filius Antiocheni. Glaucras, Menodotus, Sextus, Heraclides Tarentinus, & quidam alij gnauiter sunt secuti.

Heraclides autē duo fuerunt, alter Erythreus, qui doctrinam definitiuam, teste Gal. in prologo Art. Medic. tractauit. Quæ artis, quā doctrina est, generalem definitionem præponit, quibusdam ueluti capitibus omnes artis partes continentem, quæ capita rursus in partes dissoluit, hasq; iterum in alias: nec ab eiusmodi sectione, & membrorum declaratione desistit, donec omnia ad artem spectantia, saltem in genere declarauerit. Alter Heraclides Tarentinus, fuit ex secta Empiricorum, ut Celsus Galenusq; testantur.

Lycus hic recenſetur inter Hippocratomaſtygas, de quo Gal. ſupra lib. 1. Aph. 14. his uerbis meminit. Ad eos qui per calumniã Hippocratẽ reprehenderũt, è quorũ numero unus fuit Lycus, nos unũ integrũ uolumen ſcripſimus, aduerſus ea, quæ contra aphoriſmum decimum quartũ primi libri perperã obijciuntur. Huic autem talẽ fecimus titulum. Ad Lycũ, quod nihil erratum ſit in aphoriſmo, cui principium. Quæ augentur plurimum habent innatũ calorem. Datus aũt eſt mihi Lyci liber, poſt ſcriptos à me cõmẽtarios in librũ aphoriſmorũ, quos prius ediderã. Scorſum quoq; in alio uolumine defendi Hippocratẽ, in his in qbus fuerat à Lyco reprehenſus. Hũc alibi uocat mendacẽ Lycũ, ubi ridicule nonnulli obeſæ naris ſanctũ Lucã: quoniã uetus translatio Lucã legit, Gal. reprehenſum putarunt. In proœmio uero cõment. in lib. 3. Quinti diſcipul: indicat fuiſſe Lycum, quem redarguit inæqualitatis & cõfuſaneæ eruditiõis.

Blityri eſt χορδῆς μίμημα, hoc eſt, chordæ imitatio. Suid. Scindapſos autem eſt inſtrumẽtum muſicũ quale eſt hoc de Zenone Citienſi:

ὁ δ᾽ ἔρρει γύργαθος αὐτοῦ
μικρὸς ἰών, νῦν δὲ εἶχεν ἐλάσονα σκινδαψοῖο.

Imminet exiguo thalamo prorſus furioſi,
Tantũ erat huic mẽtis quãtũ eſſet inane ſuſurrũ.

Suid. addit hac uoce ſignificari ἄφωνον, id eſt,

mutum & rem occultam siue latētem. Cui fortaßis nō multum absimile est, quod legitur de Aspendio Citharoedo in Chiliad. Erasmi.


Progastora, id est, uentricosum, qualem Persius ad similitudinem capacis sordium receptaculi appellat aqualicalum. Nugaris cum tibi calue.

Pinguis aqualiculus propenso sesquipede extet.

Diffinitionem nominis ueteres Philosophi appellāt. Fecerunt enim Dialectici duo genera diffinitionū, primum genus diffinitio nominis est, quæ simpliciter ἐτυμολογία uocabuli est, seu enarratio qualiscunq;, qua de uoce constituimus, qua significatione uti uelimus, ut cum paciscimur quid sacerdotem uocari uelimus, diaconum, seu œconomum ecclesiæ, an eum qui ius habeat placandi Dei, rogandi aliquid &c.

Micrologian Erasmus in lingua esse dicit quarumlibet rerum etiam minutularum nihiliq; necessariarū inutilem disquisitionem. Est enim diligentia & anxia cura circa minutula, & res admodum uiles: et μικρολογέω, id est, de re pusilla uerba facio, anxie & scrupulose circa uilia & spernenda occupor. μικρολογίζομαι uiles res æstimo magni. Inest & multum comici salis in illis uerbis ad iocum confictis: λεπτολογεῖν, στενολεσχεῖν. Quorum alterum significat de rebus tenuibus ac friuolis disceptare, alterum de meris nugamētis sollicitum & anxium torqueri.

SCHOLIA IOANNIS AGRICOLAE MEDICI in librum Tertium Therapeuticæ Methodi Galeni.



RGVMENTVM HVIVS libri retulimus in Perioche nostra superius ante initiũ libri primi. Primo uero capite huius libri Galen. Methodicos conuellit, qui primã indicationem, quæ a morbo sumitur tanquam rem magnam & præclaram suspiciebant & admirabantur. Quam Gal. dicit principium tantum esse, unde Medendi ratio proficiscatur, rem longe minimam, ipsis certe idiotis cognitam. Quippe cum primæ Indicationes sint, sinuosum ulcus implendum esse, simplex glutinandum, uerrucam tolli oportere, ulcus ad cicatricem duci, aluum fluentem sisti, quod carne supercrescente luxuriat minui, sordidũ expurgari, hoc nec opiliones latet. Quoniam si opilio ulceris labra hiantia uideat, prorsus ea conglutinandum esse non dubitabit. Est enim id scire res promptissima.

Verruca exigua est in cute excrescentia callosa, ex humore crasso & Melancholico nata, basi angustiori tanq̃ pensilis. Cæterũ tũ hãc tũ Myrmetrã et Acroch ordine describemus ex Manardo infra li. 14: ca. 13. in scholijs nostris.

Steatoma, est adipis contra naturam collectum ali=

quo loco incrementum, quaſi dicas Adipatio. Stear enim Græcis adipem ſignificat. Quod ſi hoc Apoſtema non adipeſcit ſed pulteſcit Atheroma dicitur. Eſt enim Athera genus pultis triticæ, aut ex alia fruge. Vide Celſum lib. 5. cap. 28.

Meliceris ex melle & cera nomen habet, & ſimiliter ad tumores pituitæ ſub apoſtematis nomine pertinet hoc malum. Quod ſua tunica clauſum in uniuerſo corpore fieri licet, humore prætenui manante.

Catagma, ulcus, uulnus, rhegma, ſpaſma conſulto hic obmiſſa, explanabimus lib. 4. cap. 1.

Ad finem capitis Gal. plebeios ſcribit ignorare primæ indicationis poßibilitatē uulnerati ſepti, præputij, buccarū &c. Quæ omnia Hippocr. lib. 6 aph. 18. & 19 complexus eſt dicens: Veſica diſciſſa, aut cerebro, aut corde, aut ſepto, aut tenui inteſtino, aut uentriculo, aut iecore lætale eſt. Cum uero diſciſſum fuerit os, aut cartilago, uel neruus, aut genæ particula tenuis, uel præputiū neq; augetur neq; coaleſcit. Vigonius tamen lib. 3. Tract. 1. cap. 10. inquit. Commitere non debes, ut recuſes mederi obleſis intrinſecis uiſceribus (cor tamen ſemper excipio) Quandoquidem natura ipſa optimis ſuis inſtrumētis freta, cum ratione operante medico, ſæpe leuat & medicatur, quæ medico uidentur impoßibilia.

Teredon lege et non texedon, ſicut quædam habēt

editiones. Et est caries, quã li.4. Sphacelon appellat. Et li. 6.scribit, quod nec oßis caries quam Sphacelon uocant, ex alia occasione prouenire soleat, q̃ ex phlegmone oborta, ex praua deligatura, eßeq; oßium totius substantiæ quandam corruptelam.

Præterea an Callo adglutinari poßit: Intellige Callum eum quẽ porum Græci uocant, per quem ceu glutino integuntur fracta ossa. Quoniam hæc nequaquã coalescunt, neq; per unitionem cohærent.

CAPVT. II.

Cõstat aũt quod a simplicissimis incipiet.

NIHIL AVTEM EST SIMPLICIVS VLcere, quod in summa carnosa parte sit. Hoc capite Gal. Sarcoticorũ rationẽ pro explendo sinuoso ulcere cõsiderat. In qua luce clarius Thessaliorũ declaratur ruditas, qppe q ultra eã, q̃ etiã uulgo cognitißima est, indicatione effutire plane nihil poterant.

Sarcoticum medicamentum Gal: appellat, quod cauum ulcus carne implet adpositum. De quo li.3.ca.4. de Cõpos: Medic. κατὰ γένη ita proditum est. Nemo ignorat ea quæ ꝑprie et primario Sarcotica noĩantur, aperta ulcera carne implere, hoc est, quæ caua quidẽ sunt, nõ tamẽ sordes aut inflãmationẽ coniunctã habẽt, insup nec prauorũ humorũ influxionẽ, neq; carnem in cauo ulcere intemperatã. Nam prædictorũ (loqtur.n. de emplastris uiridibus, ex ærugine scilicet confectis)

aliquo, cauitati imposito, prius illud curandũ est. Consilia curationis ipsorũ sunt, sordidis detergentia pharmaca adhibere, ꝑfluentib: exiccantia, atq; id qd' influit repellentia. Et rursum ca, 12. Dictũ est in Therap: lib: medicamentũ primario atq; ex se sordis detersoriũ, appellari altero significato Sarcoticon, idest, carnẽ ꝑducens et glutinans. Non. n. tanq̃ ipsum Sarcoticon aut uiuens, neq; tanq̃ hæc naturæ solius opa modo sint, sed quod talibus impositis medicamentis ulcera carne repleantur, ac coeunt: appellationẽ hãc sortita sunt. Opus ipsorum ꝓprium est, affectã partem recremẽtis uacuare, ne uidelicet sanies carnis generationẽ glutinationẽq; impediat. Glutinatoria aũt Sarcoticis sunt sicciora, & Sarcotica detergendi uim omnis rosionis seu morsus expertem referunt. Glutinantibus autẽ non abstersorijs prorsus, uerũ desiccantibus solum esse licet. At cum Cicatricem ducentia pharmaca, multo his (præterq̃ quod abunde adstringũt) sicciora sunt, statuamus demũ et quæ glutinant, et quæ cõiungunt, moderatius istis exiccare. Finis aũt glutinantiũ est nullã intercoitura subnascentẽ humiditatẽ ꝑmittere. Epuloticorũ. i. glutinantiũ uero, nõ hanc tantũ impedire, sed etiã nunc consistentẽ in his quæ mox cicatricẽ ducent cõsumere, ad hæc callo obducere, et abstringendo indurare. Sarcotica sanguinẽ ad refectionẽ idoneũ, tum pro quantitate, tũ pro qualitate tuentur, ac tantũ talemq; quanto

natura qualiq; ad carnis generationem indiget. Cæterum leuißimũ medicamen purum ulcus seruat: sordidũ uero necesse est illud tantum pro sua ipsius potestate detergere, quantũ craßitudinis sordes habuerit, quin etiã carnem recẽs iunctã mordere et excedere debebit. Vnde palam colligitur id, cũ tale existat, ulceri carnẽ non esse inducturũ, nec cauitatẽ repleturũ, sed qđ potius ipsa colliquabit, imminuetq;. Atq; huius rei caussa medicamentũ quod sordibus copiosis repurgandis est, non semp carnem potest gignere, nisi uel ex uberiori oleo, uel rosaceo liquatũ, detersionis uehemẽtiã remittat, uel ex cerati mistura rosionem deponat. lib. 2. de Compos: medico: κατὰ γένη cap. 12.

Sarcoticorum crebrã mentionẽ faciet Gal. insequẽtibus. Quũ uero id tuo instituto candide lector, quantũ ad quotidianũ medẽdi usum attinet, nõ indignũ sit, hæc breuiter et παχυμερέστερον tibi descripta designabo.

Thus cal. in primo ordine sicc. in secundo, carni ꝓducendæ efficax, in uulneribus corporũ tenerioris substantiæ. Hac itaq; qualitatum cõplicatione consolidandi uim habet. Huius meminit li: 13. tomo 2. ca. 2. huius Methodi. Manna hoc est puluis thuris, cõcoquit puriq́; mouendo est, et incarnandi quandam uim occupat. Quale uero temperamentũ requiratur, quod exiccet, indicabit infra Gal. ca. 4. circa mediũ. Et li. 1. de Cõp: Medic: κατὰ γένη ca. 9. Thus carnem supcrescentem

promouet, quoniam Sarcoticon eſt, ut in 3. lib. de Morbis curandis legiſtis.

Iris illirica alio nomine Gladiola uel teſte Dioſcor. li. 1. ca. 1. eſt συριγγων καὶ κόλπων σαρκωτική, fiſtulas & ſinus explet carne.

Ariſtolochiæ radix ex Dioſ. li. 3. ca. 5. amarulenta & ſubacuta eſt. Quare cõuenit in quibus craſſum ſuccum, ualde attenuare neceſſum eſt, putredinibuſq; medetur, & tabida purgat hulcera, caua implet cum Iride & melle. Quod Macer ille, quiſquis tandem huius poematij author fuerit, uno docuit hexametro. Ariſtolochia dicens.

Vulnera cum mellis purgatq; repletq; liquore.

Idem refert Plin. li. 26. ca. 14. Putrida ulcera exeſt, ſcribẽs, ſordido expurgat cũ melle, et uermes extrahit.

Erui ex ordine calfacientiũ in 1. & deſiccantium in 2. ulcera ſordida & putreſcentia abſtergit & repurgat, ſi cõmiſceatur farinæ lupinorum melli roſaceo & therebintinæ. Farina item erui emplaſtris addita, uulneribus neruorũ illorũq; abſceßibus ſalubriter adhibetur. Aiunt maſticatum Orobum cum amigdalis a ieiuno homine: & poſtea Impetiginẽ & Serpiginẽ quibus imponatur curare. καὶ μὲν οὐκ ἀπροσδιόνυσον. Equidem ſi frumenta cõmanducata furunculis crudis impoſueris, ſtatim uidebis ipſos tranſmutare atq; concoquere, qđ facere nequeunt, ſi cum aqua cõmiſceãtur.

Nam hæc ipsa pituita quæ in ore est Lychenas sanat et scorpiones, multaq; alia animalia uenenata, partim q̃dem statim, partim uero sequẽti tempe interimit: Gal. li. 3, de facultatib: naturalib: Simile refert Diascor. lib. 2. ca. 76. in Tritico: Paulus item feram erui cum aceto sanare Erysipelata prodit. Eius quoq; utilitates admirandas examinat. Pli. li. 22. ca. 25. uersu. 124.

Panacen Pli. li. 2. ca, 15. ad finem, quosdã Ligusticũ appellare scribit. Verum cum quatuor Panacis genera reperiantur (quod innuit Cõmentator Nicandri hũc uersum enarrans in Theriacis.

Ἐσ ποτὸν ἢ πανάκεσ, ἢ κάστορος οὔλοον ὄρχιν

Inq́; potum Panaces, uirosum Castoreumuè.)

τὸ ἀσκληπίειον. 1. ἢ τὸ ἡράκλειον. 2. herculeũ 3. κενταύρειον ὃ καὶ χειρώνιον καλεῖται. Plinius tamen li. 25. ca. 4. duas species facit ex chironio et centaurio. In cuius quidẽ li. ca. 6, de Centaurio selectissima quæq; tradidit. Opopanax aũt ex Heraclio colligitur, succus cal: in 3. sicc. in 2. ordine. Cortex eandẽ uim habet, sed minus succo abstergit. Ideo congruit nudis ulceribus et uiciosis cõsuetudine, abstergit et arefacit, et sine uellicatione morsuuè carnẽ obducit. Quæ Diosco. li. 3. c: 51 omnia tantũ nõ ex Nicandro descripsit. Oribasius scribit. Opopanax, dicens, differt, amarior est in gustu, interior alba, exterior crocizans, pinguis, lenis, et cito se frangens, & cito se soluens, graui odore existens.

CAPVT. II.

Quum igitur Gal. noster quoties obducenda adglutinantibus pharmacis uulnera doceat, toties etiā iam explicatorū simpliciū aliquot præ se ferat. Videamus num recentiores, filū tanti medicinarū illustratoris nō sequātur. Plæriq; enim uix ullam aliā ob caussam Gal. negligunt, q̄ quod, ut ipsi opinantur, receptas (sic uulgus loquitur) nō ob oculos ponat. Cum interim nihil à Neotericis uel ꝓ secretißimo pharmaco custodiatur, quin id aliq̄n à Galeno sit adnotatū. Chirurgorū itaq; facile princeps Ioan: Vigonius li: 3. c. 19. nequid erres, tres ordines medicinarū carnē ꝓducentium facit. Quorum primus debilius carnē producit in hunc modū descriptus Re: Thuris drach: 3. farinæ ordei, farinæ fabarū, an, drach: 2. Sarcocollæ Myrrhæ an, drac: 1. sang. draconis sesqui drachmā ex mistis fiat puluis. Secūdo repetūtur q̄ mediocriter carnē gignunt, cuiusmodi est hoc exēplū. Re. thuris Myr: sarcocol: an. dra: 1. formæ Volatilis drac: 2. Mastic: Coloph: Gūmi elami an. dra. 2. croci aloe epaticæ an. drach: 1. sang. draconis, terræ sigil: an. drac: dimidiā. E mistis fac pul: Tertio à Galeno hæc numerata carnis ꝓducendæ medicamina ad hunc modū miscebis. R. Peucedani unc: dimidiā Iridos dra. 5 Myrrhæ: dra: 3. Centau: utriusq;. an. dra: 2. Aristolo: rotundæ Tuthiæ, Opopana: farinæ Erui an̄. drach: 2. et dimidiā facito pul: q̄ suspiciēdæ admiratiōis in carne ad serenda futurus est. Quod si mauis unguenti formā,

Rec. Therebintinæ unc. 1. Mellis rosacei unc. semis sem. Decoque parum, inspersis pulueris huius drach. sex. Videtis itaque studiosissimi Medicinarum tyrones ad perpendiculum plerasq; neotericorum in compositis medicamẽtis formulas, è Galeno esse transscriptas. Vtendum autẽ est priori ordine in tenelli corporis cõstitutione. Secundus acomodabitur uulneribus tum robustioris, tum siccioris constitutionis. Tertius quadrat ad uulnera & ulcera, siccissimi non solum corporis, uerumetiã ad ossis nudati incarnationẽ promouendã.

Cephalica uocantur à Græcis non ea tantum medicamenta quæ uehementi capitis dolori Cephalea uocato (in quo errore Marcellus uersatur) sed quæcũq; etiam alijs capitis affectibus sunt utilia. Ad quem modũ Celsus Cephalicum emplastrum, quandam Philoten, (quia Philoti authoris) nuncupauit, capitibus fractis accomodatam. Et Gal. de Compos: κατὰ γένη multa talia nos docuit. Dioscor: item lib. 1. Panacem his cõpositionibus misceri uoluit, quæ Cephalica apellantur ab Hermolao probe interpretata, ut quæ ad desideria capitis componantur. Manard. lib. 8. Episto. 3. Vnde Gal. lib. 2. cap. 10. de Compos: κατὰ γένη (inquit) Emplastra capitis fracturarum quæ ad laminam usq; peruenere, Cephalica dicuntur. Hæc ossiũ squamas regenerant nutrimenta in caluaria & alijs corporis ossibus reducũt. Fortiora sunt Catagmaticis, quia hæc

purgandi ſiccandiq́; facultatem habent: illa uero ſortita ſunt acrimoniam quandam, ut ex alto in ſuperficiē extimam, non oſſa modo, ſed his multomagis humorem aliquē craſſum & uiſcoſum uel omnino deprauatum extrahant. Cognoſcere itaq; uos expedit Cephalica Catagmaticis eſſe nobiliora, eoq; cum cerato carnem producere. Qua propter & Sarcoticis alio quodammodo ſimilia ſunt. Nam ubi ex cerato uim remiſerint, ſarcoticæ fiunt, linamentis excipiuntur. Adiecto (uidelicet) interim oleo roſaceo uel alio huiuſmodi. Cæterum quod hic & lib. 6. cap. 6. huius Methodi Cephalicum cōpingere docet: Paulus lib. 7. cap. 13. Aridum emplaſtrum facit, recipiens: Erui unc. 5. Ireos Mannæ, id eſt, corticis thuris, Ariſtolochiæ, ſquamæ æris uniuscuiusq; unc. 1. & dimidiam. Squamam æris obmiſit Galenus, propter Empiricos (quorum gratia citauit Cephalicon) qui unum aliquod componere ſe poſſe iactabant, omnibus corporibus idoneum. Id quod in hoc recentiſsimo Pharmaco (cui nomen inditum eſt Cephalicon) accidiſſe ferebant, iuxta in eo loco omnibus etiam ijs, qui per ſe ulcera carne implere cognoſcuntur lib. 1. κατὰ γένη cap. 1. Alterius uero cōpoſitiōis quæ Panacem recipit, meminit lib. 5. Compoſ. κατὰ γένη. Et recipit Iridis denar: 4. thuris, Panacis, Ariſtolochiæ ſingulorum denar: 2. Tritis uti poteris etiam ad Nomas.

Qui omnia miſcent, unũ quod omnibus naturis quadret moliri medicamentum ſtudentes, tãtum à uera medicinali Methodo abſunt, quãto rationabilior eſt transfuſis in ſe mutuo cribris. Cribris aũt in ſe transfuſis nihil aliud declarat, quã plurimarum rerũ mixturam et confuſionem, quemadmodum interpretatus eſt hũc locũ Eraſmus. Quod Laconicos dixit Gal. lib. 11. cap. 8 huius Methodi. Sanè non eaſdem omnes partes uacuationes medicamentaúe requirunt. Cum & temperamentis & forma, & omni deniq; conſtitutione naturaq́; inter ſe diſsideant. Et lib. 1. cap. 14. de Compoſ: Medi. κατὰ γένη. Quod ideotæ dicere ſolent, & medici ipſis ſimiles obſeruare interdum, quum dicant: Medicamentum quodlibet generoſius fieri, ſi adiectũ fuerit quodcũq; noĩnauerint. Nõnulli ipſorũ ignorare ſe fatẽtur, rogãtq; nos, qualis nã cõpoſitio præparatioq; ſit optĩa, ignorantes aliã in alio affectu eſſe cõmodiorẽ & ſimpliciter & indefinite, ne unã quidã optimã. Huius rei gratia ſimpliciũ pharmacorũ uirtutes accurate pnoſcere opæpreciũ eſſe uobis puto. Nã cõpoſito probe uti nõ poſitis illorũ ignari. Optimũ igitur medicamẽ dictũ ẽ, nõ ſermone ſimplici, ſed inter ea quæ huiuſmodi quid facere prædicẽtur. Quẽadmodũ Phœnicinũ optimũ eſſe dico aduerſus membrorũ rheumatiſmos, ſi eo iuxta prædictas à me rationes utamur. Et cap. 15. Vos cũ iam ſimplicis cuiusq; poteſtatẽ cognitã habeatis quomodocũq́; præparato uti poteritis ad ea q̃ cõpo

sitiōis modus ꝓmittit, alijs ꝓmittētes inquirere, qualis nā cōfectio sit optīa. Oēs enim optimæ sunt, & nō opti mæ, quēadmodū à uobis prius ostēsum est. Et lib. 2 ca. pri. Valida corpora ualidiora sustinēt medicamēta, im becilliora huiusmodi nō ferūt. Et paulo inferius: Vnde ut frequēter dictū est, unū pharmacū oībus nequaq̄ cō uenire potest, sed oportet mediū esse, ceu ad mediā tē- paturā aptatū. Ducere uero ad utrāq; eiusmodi partē, dū quottidiano usu et exprientia ꝓbatur, si ut res postu lat confectum sit, in eo manere consilium est, si paulum deficiat augere ipsius uires.

Aerugo ē uiridis rubigo in ære uel argēto, q̄ hodie uiride æris uocatur, si Genuensi credimus. Arabice zi- niar. Et Bulcasin post alios cōmēdat etiā Cipriā potissi mū. Est. n. et facticia ut docet Math. Syl. ca. 4. uel poti us Dios. ca. 950. 951. 952. unde Matth. oīa sunt decer pta. Et q̄ Gal. sic de olei, ceræ et æruginis cōmistiōe re petit ad uerbū habetur in Dios. dicēte δύωαται ἀπο λοιῶν ἕλκη σαὼ ἐλκίῳ ϗ κηςῶ facultatē habet cōglu- tinādi uulnera cū oleo et cera. Pli. quoq; eadē fermè cō munia sunt, cuius hæc sunt uerba: cruda erugo uulnera rijs emplastris miscetur. Oris & gingiuarū exulcera tionem mirifice emendat, & labiorum ulcera cum oleo. Quod si cera addatur purgat, & ad cicatricem perducit. Aerugo etiam callum fistularum erodit, uitiorumq; quæ circa sedem sunt siue per se siue cum ammoniaco illita, uel collyrij modo infistulas adacta.

Eademq́; cum rhesinæ Therebinthinæ tertia parte Lepras tollit. Non autẽ intelligas quõ hodie uulgo Leprã uocant, quã deberent appellare Elephantiasin. Lepra enim solius cutis paßio est & asperitas ꝓfundius cam depascens, ex melancholico sanguine ortum habens.

Ad naturalia principia subire ratione nõ uoluerũt, lege ualuerunt. Quia græce habetur ὀυκ ἠδύνησαν.

Vidisti autem subinde in eiusmodi ulceribus alias se ad aliud medicamentum transferre, perperã ingressos esse Empiricos uel hic aphorismus docet, q apud Hip: li. 2. Aph. 52. scriptus est. Omnia secundum rationẽ facienti, si non succedat secundum rationẽ, non est transeundũ ad aliud, stante eo, quod à principio uisum est. Cæterum ut deprehendas illam transferendi cum ægri salute occasionem ꝑspicuum fiet, si quartum infra capitulum circa finem attentius relegeris.

Timor uero est & si cera sola, siue in oleo soluta utare putrescere ulcus faciat. Ad hæc examussatim intelligenda, adscribere libuit, quæ li. 2. ca. 1. de Compo: Medi. κατὰ γένη scripta reliquit Gal. Oportet dicẽs, caua ulcera curẽtur nascente alia carne loco perditæ, ex ea uidelicet quæ subiecta est, fieri nõ poterit hoc, si in ulcere sordes aut copiosa humiditas insit. Verum sordes detergentia medicamina auferunt, humorem exiccantia discutiũt. Sic cera sola imposita sordidum ulcus efficiet, quia neq́; detergere neq́; exiccare potest. Erugo rosionem

go rosionem inferet, prætcrea exedet, atq; Phlegmonẽ excitabit, quæ sane utraq; deuitabimus, si medium aliquod ex ambobus cõficiemus, imbecillius quidẽ erugine, ualentius autẽ cera. Sed quoniã hæc paulo inferior est eo, quod cõmode poßit adijci, erugo autem multo præcellit, multæ ceræ modicã eruginẽ admiscebimus. Quantam aũt quantæ? Hoc.n.deinceps uenit dicendũ, exacte quantitatem cuiusq; ante experientiã inuenire posse neminẽ. Conijcere tamen & cõponere et iudicare pharmacum primũ adeo nullum insigniter improsperum successum habiturũ. Validiora corpora ualidiora sustinent medicamenta, imbecilliora huiusmodi non ferunt. Dura igitur ex copiosiore erugine cerato admixta carnem recipiunt, mollia ex pauciori. Et cap. 2. Vbi humiditas multa, & copiosa sordes est, desiccans euidenter purgansq; medicamentũ applicare oportet. Vbi apertum (græci ἀπερίςατον uocant) ulcus est, carnis indigum, moderatißimũ inter exiccantia detergentiaq; cõpetit. Verum minoris maiorisq; in eo rationem ab ægri natura sumere cõducit. Siquidem durioribus uel ex temperamento naturali, uel ætate, uel loco, uel studijs, corporibus magis exiccãtia exhibẽda sunt, humidioribus minus.

Aut balneo aut uini potione, aut fomentis. Gal. diligentißimus Hippocratis interpres decerpsit hæc ex 31 Aphoris: 6, in quẽ locum ægregia scripsit. Quanq̃ nec

Auicenna discordat, qui hæc fermè omnia in caput. 9 tracta. 1. Fen. 3 lib. 3 transplantauit. Idē Fen quarta 1. cap. 3. ad finem, fomenti rationem docet & modum, quo dolor dißipatur uentosus, euaporatione facta cum pannis uel oleo calido, ani, erui, farina cocta in aceto, exiccata & post ad euaporationem accommodata. Aut furfure identidem tractato, milio uero in robustioribus membris, quam sit oculus. Cæterum quando adhibendum sit uel balneum, uel mißio sanguinis, uel alia deiectio, uel infernarum partium frictio, aut fomentatio, docebitur lib. 13. cap. 16. huius Methodi. Sic edoctus forsan ab erudito Medico Plinius Cæcilius his medicamentis usus est in lippitudine & oculorū doloribus: quod testatur lib. 7. Epistol. ad Cornutum suúm, scribens. Hic non stilo modo, uerum etiam lectionibus difficulter, sed abstineo, solisq; auribus studeo, cubicula obductis uelis opaca, nec tamen obscura facio. Paulatim lucem ferre condisco. Balneum adsumo, quia prodest. Vinum quia non nocet parcißime tamen. Ita adsueui, & nunc custos adest.

Sensum enecant. Consentit Auicen. 4. Principa. 30 Stupefaciens quidem remouet dolorem, quoniā destruit sensum. Hinc discere licet, parcius utendum esse Opiatis, nisi membrum tale sit, quod amissum non magnā iacturam adferat, cuius generis sunt dentes. In oculorum doloribus sedandis, si præteriri non possunt.

CAPVT. II.

Opium succus qui è papauere elicitur, qui dēsatūr & in pastillos tritus in umbra siccatūr, nō ui soporifera modo, uerū si copiosior hauriatur etiā mortifera ꝑ somnū. Diagoras & Erasistratus in totū damnauerūt ut mortiferū, infundi uetantes. Præterea quoniam uisui noceret (est enim frigidū teste Oribasio in tertio ordine) addidit Andreas ideo nō ꝓtinus excæcari, eo quoniā adulteratur Alexādriæ. Ego tamē dānauerim collyrijs addi. Pli. lib. 20. cap. 18. Cap. uero. 17. Origanū decoctā si bibatur cū uino & cinere cōtra uenenū hoc opitulari scribit. Plura Dios. lib. 4. cap. 63. Gale. lib. 9. Miam: cap. 5. & infra lib. 12. cap. 8. Collyria q̄ ex opio fiunt uehemētißimos oculorum dolores remittere omnes norunt. Vtendūq; his est cum maxima necesßitas urget, illud minime ignorantibus, particulas ipsas nonnihil lædendas, imbecillioresq; in reliquam uitam ex frigore futuras: Cæterū saluti hominis in præsens ipsam futurā noxam post habentibus. Siquidē non paucos eorum qui his sunt usi, eo infirmitatis uenisse, ut alij ferè nihil omnino uiderent, alij propemodū surdi forent, id omnibus iam notum est.

Mandragoræ succus colligitur è malis & è caule deciso cacumine et radice, cunctis aperta, aut decocta. Succus non ubiq; inuenitur, sed ubi potest, circa uindemias quæritur. Grauedinem adfert etiā olfactu, quanq̄ mala in alijs terris manduntur. Nimio tamen odore

obmudescunt ignari, potu quidem largiori etiam moriuntur. Vis somnifica pro uiribus bibentium, ob hoc satis est aliquibus somnum odore quæsisse. Plin.li.25. ca.13.Eadem fere Dioscor li. 4. ca. 74. scribit, sopitos uidelicet & ueternosos reddi ab eius potu. Corrigendum uero pluribus alijs odoribus. Gal.li. 7. Simpl. phar.frigidam ponit in 3.ordine, Caloris exigui, q̃uis poma immodico humore participent, atq; eã obrem nimij soporis sint prouocantia.

Hyoscyamũ Gal.li.8.Simpli.Medic.floris rubri et nigri seminis nõ ꝓdesse sed occidere potius scribit. Candidũ uero semen et florem ꝓferens frig: in 3 ordine siccũ in 2.cõgruere instituto. Scribonius largus numero 181. hyoscyamũ depastos dicit mente abalienari cum quadam uerborũ altercatione, unde hæc herba nomen trahat Alterci. Plin.li.25.ca.4. plura eius genera facit, omnia quoq; insaniã gignere, capitisq; uertigines. Quartũ tamen genus molle, lanuginosum pinguius cæteris, candidi seminis in maritimis nascens receperunt Medici. Nullum nisi cũ inaruerit legitur, natura uiui, ideoq; mentẽ caputq; infestans caulibus, folijs et radice utuntur, temeraria in totum (ut arbitror) medicina. Quippe etiã folijs constat mentẽ corrumpi, si plura q̃ quatuor bibantur. Contra febres & uenena quidã prodiderũt, qui id bibissent pro remedijs. Adeo nullo omnia experiendi fine, ut cogerentur etiam uenena pro-

desse. Non potes igitur nõ adsequi candide lector. Gal. enim probe confodisse eorũ sententiam, qui hæc tã friuola imò tã lœtifera uenena tã delicato teneroq; uisus organo audent adhibere: utpote quæ nulla re alia illius ad præsens leniminis spem præstant (apposite enim uerbis ipsius utimur) q̃ quod sensum ipsum enecant

Mydriasis non multũ differt a Paralysi oculorũ, fit cum pupilla effunditur & dilatatur, aciesq; eius hebescit, ac pene difficillime, genus id imbecillitatis eliditur. Cor: Celsus li.6.ca.6. Aliqñ pupilla constringitur quã Auicen: uocat constrictionem pupillæ. Paulus Phthisin, idest, tabem.

Rhytides sunt rugæ seu cutis, seu oculorũ, quã Paulus, opinor, Phthisin pupillæ appellat. Sic.n.li.3.c.22. Albano Torino interprete, disserit. Phthisis oculorum est tabes, fit qñ pupilla angustior et hebetior corrugatiorq; ex adfectione quapiã redditur, in qua uisa maiora esse apparent q̃ sint. Quæ quidẽ ex craßitie & spißitudine ab ariditate potißimum facta, prouenit. ῥυτίσ autem idem est quod ruga, & ῥυτιδώδησ rugosus.

CAPVT. III.

At nos medendi methodum, quæ ueteribus exculta est.

REVERTITVR HIC GAL. A PARECBASI ad quod sibi propositũ erat cauum ulcus sanandum. Cõmendo itaq; tibi candide adulescens q̃

studiosissime caput hoc præsens, omnino gemmeum & dignissimũ in quod ingenij neruos intendas: excerpturus quod in uniuersa chirurgia tibi q̃ plurimũ cõmodare queat. Principio itaq; ubi nec temperies corporis sit uiciata, neq; sanguis corruptus & uiciosus influat, statim sine ulla medica ope caui ulceris carnem natura duce regenerari declarat.

Excrementorũ ulcerum differentiã sensibus imis reponas. Quippe tum hic tũ alibi stupendæ utilitatis futuram. Quemadmodũ igitur in omni alimenti mutatione p uniuersum corpus recrementũ duplex reperitur, alterum crassius qđ in summo corpore colligitur sordes uidelicet. Alterũ tenuius, inuisibile est, et insensibiliter trãspirat, appellaturq; ἄδηλος αἰσθήσει διαπνοή. i. transpiratio, pspiratio uel pflatus sensum latens li. 1. de Val: Tuen: Sic in ulceribus tenuius excrementũ sanies græcis Ichor dicitur: qđ crassius est, sordes. Ichores.n. sunt aquosi sanguĩs humores, idẽ in sanguine, qđ serũ in lacte, quales intelligere poteris secta uena, cũ educto sanguini post aliqđ tempus eos supstare uideris. Hi in uulnere recenti statim post sanguinẽ effluunt. Sic li. 4. de loc: aff: c. 6. Gal. ait: Cruor epota sanguinisuga euomitur: sed est huiusmodi cruor tenuis, saniciq; speciem refert. Quæ sanies hodie minus latĩe uirulẽtia dicitur. Auicenna primũ uirus subinde appellitat, alterũ uero sordes, illud ex aquosis calidis ebuliẽtibus humoribus,

hoc uero tum ex abundãtia tum ex craßicie frigidorũ procreari humorum. Quám considerationẽ li.4.ca.3. Ioã: Vigonius examußim tam, ad Galeni, quã ad Auicennæ mentẽ fusius discußit. Hæc rursum omnia Cor: Celsus lib.5.cap.26.ita discriminat. Ad omnia ulcera uulneraq́; pertinent, sanguis, sanies, pus. Sanguis omnibus notus est. Sanies est tenuior hoc uarie crassa, & glutinosa & colorata. Pus albißimum, craßißimũq́;, glutinosius & sanguine et sanie. Exit autem sanguis ex uulnere recenti, aut iam sanescente. Sanies est inter utrunq́; tempus. Pus ex ulcere iam ad sanitatẽ spectante. Rursus & sanies et pus quasdam species Græcis nominibus distinctas habent. Est enim quædam sanies quæ uel ἴχωρ uel meliceria nominatur. Est pus quod ἐλαιῶδες appellatur. ἴχωρ tenuis subalbidus ex malo ulcere exit, maximeq; ubi neruo læso inflammatio sequuta est. Meliceria craßior & glutinosior subalbida melli q́; albo subsimilis fertur. Hæc quoq́; ex malis ulceribus, ubi nerui circa articulos læsi sunt, & inter hæc loca maxime ex genibus (opinor nostros appellare articularem aquam & lingua indigena (das glidwasser) Ἐλαιῶδες tenue, subalbidũ, quasi unctum colore atq́; pinguitudine, oleo albo non dissimile, apparet in magnis ulceribus sanescentibus.

Ad usum medicinalẽ primo, secũdo, tertio et quarto statuto ordine, graduuè. Gale. manifeste hic indicat,

contra quorundam illotos sermones statuendos esse quatuor certos qualitatum in simplicibus gradus, aut ordines. Quod identidē facit lib. 5 cap. ultimo de Sim. Medi. et infra in hoc 3. lib. cap. 9. Libro uero. 2. cap. 2 de Comp. Medi. κατὰ γένη hæc prodit. Cōuenit pharmacorū materias cognoscere, non tantum adponentes uel calefacere, uel refrigerare, uel aliquid huiusmodi aliud quoduis medicamētum facere. Verum etiam quod primo ordine uel secundo, uel tertio, uel quarto à mediotale existat.

Carni producendæ aptum medicamentum est quod modicè tum siccare tum detergere potest. Hunc locum citat Gal. lib. 1. cap. 19. de Compos. Medi. secundum genera, dicēs. Ostendimus in tertio Therapeuticæ lib. Omnia quæ carnem generant medicamenta detergendi facultatem habere.

Ordeum Gal. authoritate. 7. Simpli. Medi. primi gradus est in siccando & refrigerando, neq; tenuiter est expurgatiuum, paulo siccius quam farina fabarum. Quæ quomodocunq; elixetur inflationem exuscitat, craßiorum enim est partium quam ordeum, quod comestum inflationem deponit.

Faba in eodem libro Gale. teste temperate sicca & frigida, aliquantum abstergit, extrinsecus adhibitum indolenter desiccat.

Pompholyga, Cadmiam, Spodium et Antispodiō.

Dioſcor. & Plini. diligentißime depinxerũt. Equibus Hubertus Barlandus, uir noſtra tempeſtate iudicij exacti, atq; eruendo è latebris uera nulli ſecundus planiſſime digito oſtendit omnia. Cuius ſententiam pro Compendij noſtri ratione breuißime retexam. Auicenna ridicule docet Spodium eſſe radices cannarum aduſtas, quæ adurantur propter fricationem ſuarum extremitatum, cum uentus eas perflat. Nullibi enim tantus æſtus eſt, ut cannæ uentulo agitatæ accendantur. Cum radices hæreant in terra, eaq; humidiori, ut foßis, & paludibus, ubi plurimum enaſcuntur cannæ. Arabum nemo reperitur qui hoc quale ſit Auicennæ Spodium. quæ ue huius parandi ratio oſtendat. Auerrois ſcribit carbonem eſſe nodorum arundinum combuſtarum. Sed nihil nos hic plus ipſo Auicenna iuuerit. Ex Dioſ. potius diſcere licebat Pompholyga, hoc eſt, Bullã & Spodium hoc eſt Cinerulam genere eadem eſſe, differre ſolam ſpecie. Qua autem craſſa Minerua Auicenna non intellexerit mirandum eſt, ut cum eadem licet nõ omnia tum ipſe tum Serapion ſuæ tribuãt Tutiæ, quæ pompholygi & Spodio Dioſcorides: diuerſum tamen à Pompholige decreuerint eſſe Spodium. Sciendumq; illud eſt ex auro, argento, itemq; plumbo fieri Spodiũ ſiue Pompholyga. Cadmia autem Dioſcoridæ dubio procul eadem eſt quæ Arabibus Climia, ex qua ſola, liqueſcenti æri inſperſa, electa & candida Bulla, hoc

est pompholyx, follibus eũ in usum uentilata fieri solet, authoritate Diosco: cuius hæc sunt uerba. Incensa cadmia, quod tenuissimũ in ea leueq; est, in superiorẽ domicilij partẽ fertur, parietibus & conuexo tecto hærens. Quodq; illic ex his quæ sursum feruntur cõcrescit corpus, bullis à principio in aqua surgentibus, simile fit. Maiore dehinc accedente incremẽto, lanarũ peniculos imitatur. Quod cõtra ponderosius in cadmia fuit deorsum fertur (Serapion perperam, & contra rei naturã ita recensẽt. Quod ex fumo leue est, ascendit, quod aũt ex fumo graue, descendit) et per fornacis terga, et domicilij pauimentũ diffunditur. Idq; tenuiore illo deterius existimatur, propterea quod terrestre est, & cum colligitur sordes secum trahit. Et ab initio capitis. Nigrescit Spodium & ponderosius plærũq; est, festucis, terra, pilisq; plena, ex ærarijs fornacibus ueluti derasa, et earum pauimenti purgamentum. Bulla (quæ est pompholyx) pinguis & candida est, tantæq; leuitatis ut per aerem uolitare possit. Tutia uero uocabulũ nec Græcum nec Latinũ est, sed barbarum: & li. 9. ca. 11. Simpli: Medic: per sciolum quendam titulo inserta est Tutia. Quum Galenus eo capite non Tutiam, sed cadmiam consideret. Serapion quem ceu quoddam cœleste numen, in simplici medicina sequuntur nostrates medici, fortassis astu obmisit initium capitis apud Dioscoridẽ, ut diuersum tanquam de re diuersa, caput statueret

de Spodio. Cæterum hoc nostro: quo hodie utimur: spodium, Platearius prodidit, author inter neotericos non contemnendus, diuersum & hoc à canna Auicennistica. Scribit enim optimum spodium fieri ex oßibus elephanti adustis, quod tamen persæpe adulceretur, interim radice cuiusdam cannæ (qua impostura mercatorum uel seplasiariorum inuitatus ad hũc errorem uideri potest Auicenna, quod ex cannæ radice exusta uoluit confici spodium) interim marmore per adustionem, in cineream mutato substantiam. Dentes autem (cum sint solidi, &, ut Plinij uerbis lib: 7. capi. 16. utamur ignibus inuicti, nec cremẽtur cum reliquo corpore flammis indomiti) non comburuntur. Alia ossa quibus sua inest medulla, atq; hæc adusta, nostrum sunt spodium. Eligendum quod ualde leue est & continuũ. Quod habet partes quasdam subnigras non est tantæ energiæ, licet & hoc bonum sit. Adseruatur annis decem, frigefacit, sitim compescit, constringit, & fluxui erumpentis è naribus sanguinis ob id conducit. Neq; male utemur hoc spodio uulgari, in his quæ cogi cohiberiq; debent. Sed Auicennæ sectatores (quos etiã in hoc loco nequaq̃ negligendos censuimus, ne quis inuidiæ, uel etiam perfidiæ nos tandem merito accuset) utile pronunciant etiam Syncopæ tremoriq; cordis, ipsumq; confirmans & roborans, Melancholiæq; ex solitudine ac terrore de præteritis, timoriq; de futuris

(hæc enim ſunt Auicen: uerba) cum proprietate confortandi, et lætificandi cor: luminoſitatē cauſſando & ſoliditatem in ſpiritu. Cæterum puerilem ſatis dixeris quā adſignat rationem, cur principi membro ſit tam amicū. Quia ſit tum adſtringentis uirtutis, tum algidū in ordine ſecundo. Quæ ſi hic aliquid cōuinceret, coaceruari poſſent infinita alia, quæ ſimul frigida ſunt, ſimulq́; adſtringunt, nulla re ſpodio illo inferiora: quæ tamen nemo mentis ſanæ ad hoc prodeſſe quicq̄ protulerit. Hoc equidem ſpodium nō habere confortandi cordis uirtutem multa arguunt, atq́; imprimis Platearius ipſe, uulgaris noſtri ſpodij, ut uidetur author: qui ingenue teſtatur, q̄ uirtute eſſe ipſum precio laudabilius, manifeſte nimirū inſinuans nihil in hoc eſſe magni faciendum, licet ipſum magnopere iactent Arabicæ ſcholæ candidati. Nullam.n.nec Plinius nec Arabes ipſi totius elephanti particulā cordi propitiā ſignificant, ne dum oſſa cruda ſeu aduſta, quæ noſtrū ſunt ſpodiū. Adſtringere tamen aduſta oſſa, quæ cruda incoctaq́; id faciāt, non eſt ueri diſsimile. Sicuti nec à ratione alienū, hiſce de cauſsis conuenire ipſum ſpodiū Cœliacis inteſtinorū torminibus, cæteriſq́; quæ cohiberi ſiſtiq́; poſtulant. At cōmiſcere ob id ſine delectu, medicaminibus cordialibus, uti faciunt Arabicæ ſcholæ Myſtæ, ab omni ratione uidetur tam alienū q̄ quod alieniſsimū. Porro Plinio & græcis longe alia res eſt ſpodiū: & licet tum Græ-

eis tnm Arabibus ſpodiũ tum adſtringere ſiccareq; tũ refrigerare ſcribẽtibus, ſint hæc Plateario eadem, alia tamen permulta ſunt diuerſa. Græcorum.n.ſpodiũ nemo per os temere exhibuerit, ſed tantum ex Gal. ſententia emplaſtris unguentisq; lotum, præſertim quæ ſine moleſtia exiccãdo ſunt miſcuerit. Cuius generis ſunt quæ ulceribus ani, penis, cancroſis, dictisq; cacoethe applicantur. Eadem etiam ratione Collyrijs additur, fluxus ad oculos compeſcentibus. Dioſcor. autem teſtatur ſuum Spodium uim habere adſtringendi, refrigerandi, explendi, purgãdi, opplendi & aliquatenus ſiccandi. Eſſeq; ingenere leuiter cruſtas obducentium. Quod de non lota Pompholyge potiſſimum uerum exiſtimandum. Vide Ioan Manard. Lib. 12 epiſto. 5.

Cum uero uix omnibus comparatu facile ſit Spodium Dioſcoridæ, ſiquidem non omnibus fornaces æreæ nec ratio conficiendi. Antiſpodia quæ uires eius explent, non paruam habẽt utilitatem, quæ pares habẽt Spodio uires, quibus ineſt uirtus quædam odorata cordi gratiſſima. Quorum ſecundum Dioſcoridem conficiendi forma hæc eſt. Sumito Myrti cum floribus, & immaturis adhuc baccis folia, in crudum fictile hæc cõ ijcito, circumlitoq; undiq; operculo, quod cõtiguis foraminibus terebratũ ſit, in figulinam fornacem dato, cumq; coctum fictile fuerit, in crudum aliud fictile cinerem transferto, rurſusq; cocto ſecundo illo fictili

eductum illum cinerem lauato, & utere. Poteſt et multipliciter ex alijs ſimplicibus Medicamentis fieri Antiſpodium, recitatis per Dioſcor. quorum omniũ uſus pro ſpodio receptus eſt.

Cadmiæ autem uirtus tota eſt adſtringens, replens ulcera & ſordes purgans putreſcentium ulcerum, exedens etiam carnem ſupercreſcentem in eis ſuperfluam & conſolidans. Plin. 34. ca. 1. Lapidem eroſum eſſe dicit, in Aſia, Campania & Pergomatiũ agro extrema parte Italiæ. Quinetiam nuper in Germania reperiri cœptum. Et ca. 10. plura Cadmiæ genera refert. Nam et lapis ipſe ex quo fit æs, Cadmia uocatur fuſuris neceſſarius, medicinæ inutilis. Sic rurſus in fornacibus fit egeſta flammis, atq; flatu tenuiſsima parte materiæ, & cameris lateribusuè fornacium, pro quantitate leuitatis applicata. Tenuiſsima eſt in ipſo fornacium ore, qua flammæ eluctãtur appellata Capnitis, exuſta, nimia leuitate ſimilis fauillæ, interior optima, cameris dependens, et ab eo argumento Botrytis cognominata, ponderoſior hæc priore, leuior porro ſecuturis. Duo eius colores, deterior cinereus, puniceus melior, friabilis, oculorũq; medicamentis utiliſsima. Tertia eſt interius fornacium, quæ ꝓpter grauitatem ad cameras uenire non potuit, & dicitur Placitis, et ipſa ab argumento, cruſta uerius ꝗ pumex, intus uaria ad pſoras utilior, & ad cicatrices trahendas. Ex hac fluunt duo alia ge=

nera. Onychitis extra penè cærula, ītus Onychis ma culis similis. Ostracitis tota nigra & ceterarum fortißima, uulneribus maxime utilis. Omnis autem Cadmia in Cypri fornacibus optima, iterumq; à Medicis coquitur Carbone puro, atq; ubi in cinerem rediJt, extiguitur uino Amineo, quæ ad emplastra præparatur, quæ uero ad Psoras aceto. Quidam in ollis fictilibus tusam urunt ac lauant in mortarijs, postea siccant. Hæc omnia ad uerbum ferè Dios.lib.4.cap.42. Vnde facile adduci poteris, ut credas, quod Aldo. Manutio apud omnes studiosos meritißimo, olim uisum est. Plurima esse in Dioscoride quæ mutuatus sit Plinius. Pandulphi Collimutij inuidia natis reclamationibus satis respondebit libello haud quaq̃ edentulo Leonardus Fuchsius noster. Arabes autem de Cadmia disputãt sub nomine: ecquis dubitat corrupto? Climiæ uel Cadimiæ Simon Genuensis quicquid habet ex Plinio decerpsit. In hoc tamen errat cum dicit, Id quod deorsum cadit dum fit Pompholyx etiam Climiam, quæ nominatur Succudus, oblitus eorum quæ scripserat de Succudo planta, uidelicet, non re metallica calidaq;, non frigida, unde consequeretur, idem fieri ex seipso.

Pompholygis rationem iam ex Barlando abunde retulimus, quatenus etiam Tutiæ uox sit accipiẽda discussum est. Non tamẽ illis hominibus libet subscribere

qui cum unam ueteris cuiuspiam translationis uoculã utcunq; barbaram, à teneris ut Græci aiunt, unguiculis imbiberint, uadimonium potius quàm hanc, ut dicitur, deserere malunt. Cum interim quamcunq; aliam uel latinam uel Græcam uocem angue peius oderint. Quid autem facias illis aliud, quam ut haud grauatim sinas ipsos more suo morosos, uel ut ferius dicam, μώρους esses? Meliore genio natus generosius adulescens libenter admittet stilo suo uera & propria rerum uocabula, dum interim non ignoret barbaris ita omnino exigentibus, quid colobotæ illi sibi uelint per Schquinantiam, Schquinantum, sciaticam, lencum, flancum, cacesicum, affodillũ, liquiriciam, diaquilonis, diafinniconis, & id genus infinitos Solœcos. Pompholyga itaq; leuißimum & tenuißimum quid esse, cum nomẽ ipsum, tum M. Terentij Varronis undecunq; doctißimi prouerbium ostendit, quo dicere solitus est. ἄνθρωπον ἐῖναι πομφολύγα, hoc est, hominem esse bullã. Si igitur Græca ignoras, admoneri debes hoc adagiolo Pompholygis. Cuius considerationem præstat fortaßis & ex Plinij lib. 34. cap. 13. subscribere. Aliqui id quod sit candidum leuißimumq; Pompholygem dixere, & æris & cadmiæ fauillam. Spodion nigriorem ponderosioremq; esse derasam parietibus fornacium mixtis scintillis aliquãdo & carbonibus. Hæc aceto accepto odorẽ æris præstat, & si tangatur lingua saporem horridũ

rem horridum. Conuenit oculorum medicamentis quibuscunq; uitijs occurrens, & ad omnia quæ ſpodion: hoc ſolum diſtat quod huius elutior uis eſt. Additur et in emplaſtra, quibus lenis quæritur refrigeratio et ſiccatio. Vtilior ad omnia quæ uino lota eſt. Spodios Cypria optima. Fit autē liqueſcentibus cadmia & ærario lapide: leuiſsime hæc efflatur, euolatq; è fornacibus & tectis adhæreſcit. A fuligine diſtans candore. Quod minus candidū ex ea, immaturæ fornacis argumentū eſt. Hoc quidā Pompholyga uocant. Quod uero rubicundius ex ijs inuenitur, acriorem uim habet, exulceratq; adeo, ut cū lauatur, ſi oculos attingat excæcet. Quodcunq; genus lauando fit utilius. Ioan: Manardus uir in rebus Medicis nemini poſthabendus li: 12. Epiſt. 5. horum ita meminit. Pompholyx præſtat ſpodio, in tantū, ut Gal. nunq̄ ſe uſum Spodio dicat, quia Pompholygis copiam multam habuerit. Pampholyge igitur qn̄ opus fuerit utamur atq; ea præcipue, quā Germani adeo publice Nil uocant, ut in iocum apud eos abierit, nil oculis prodeſſe. Eſt enim hæc candida, atq; quod Dioſcor: placuit, adeo leuis ut efflari poſsit.

Oportet ſicci humidiq; corporū temperamenti notat callere. Hoc equidem nemo ſcire poterit, niſi omniū particularum corporis naturā, & qualitatū temperamenta didicerit. Id quod tum Gal. in Arte Medicinali, tum Auicen: longis Mæandris Fen: 1. lib. 1. agit. Vni-

uersam corporis siccam constitutionem agnoscendam esse per corporis exilitatem & contactus duritiem, reliqua signa ex membri siccitate facile patere sensui, uelut pilorum incrementum, si tamen caliditate partici pet. Quoniam pili ipsi uapores sunt calidi & sicci, qui de corporis enascuntur poris, atq; alij post alios foras prorumpunt: neq; illorũ intercidit eruptio, sed est adinuicem continuata, sensim ac sensim perpetuo sibi mutuo succedens. Siccæ constitutionis sunt plærumq; corpora laboribus affixa. Humidam autem constitutionem protendit carnis & adipis multitudo, & adtactũ mollities tenella, pilorum raritas: quando uaporis eius qui poros excessit & eius qui intrinsecus sequitur continuationem humiditas prohibet, & foramina pororum opplet. Humida sunt corpora puerorum increscẽtium, mulierum & eunuchorum.

Vlcus quod in sicciore corporis temperamento consistit, magis siccari postulat, quod in humidiore, hoc sanè minus, quo natura naturæ interest. Commonefecit nos commodum acerrimus Medicus & orator eloquentissimus Gereon Schœnopœus, ut propter inexptos adulescentes tum huic, tum quibusdam alijs locis lucem apponeremus. Cum alibi dicat aquam decem gradibus calidam per decem gradus frigiditatis esse reducendam. Optimũ uero semper ratus, ut Galenus Galenũ interpretetur, nunc quoq; ex lib. 5. ca. 10. Metho.

huic loco ſatisfaciemus. Quando particula cui medea mur ſicciſsima eſt, neceſſe eſt ualentiſsime ſiccetur. Et talis eſt locus aurium. Sed oculo exulcerato, collyriũ fortaſſe quod ex thure conficitur. Naribus uero quod multo magis ſiccet, quàm ut oculis conueniat, minus uero quam ut auri quadret. Et aliàs morbis contraria adhibenda docet, ætatibus uero & conſuetudini ſimilia. Vnde conflatus eſt aphoriſmus. Victus humidus utilis febricitãtibus, precipue pueris, & potiſsimum qui tali refici uictu ſunt aſſueti. Hic enim Hipp. tria ex ordine pari inter ſe iure poſuit morbum, ætatem & conſuetudinem. A morbo contrarij adhibendi indicationem accipit, ab ætate & conſuetudine ſimilium. Febri namq; ceu morbo calido & ſicco, humida conueniunt: pueris, ut quibus ea ætas non morbus, ſed ſecundum naturam ſit, id maxime eſt utile, quod planè eſt ſimillimum. Pari modo conſuetudini, utpote quæ acquiſititiam naturam in corporibus gignit, contraria dediſſe in primis eſt noxium, atq; hæc merito. Quæ enim corpora ſecundum naturam ſe habent, ijs ſeruari cuſtodiriq; ſuum habitum decet: quæ morbo aliquo premuntur, his contra alterari, & ad contrarium habitum trahi expedit, ac ſeruatur quidẽ ſimilibus unũquodq́;, alteratur contrarijs. Gal. lib. 1. de San. Tuen.

Ochthode ulcera. Ochthodes neutrũ in plurali habet Ochthodea, uel ꝑ Synereſin ochthode. κ aũt latini

plærumq́; in e conuertunt, ut uidemus in dictionibus, Apoſtema, Paracletus, Paraſceue, Pentecoſte, clericus. De quibus hæc leguntur lib. I. de Comp. Medi. ſecundum genus. In ulceribus prætumidis: ὀχθώδη appellant: quæ oras craſſas, calloſas, multamq; attenuationẽ requirentes habent: ex aceto & marina curioſe leuigata magis quàm quæ per aquam idonea ſunt. Non prætermittendæ erant illæ minutiæ utcunq́; pueriles, propter eius generis exempla inſequentibus innumera, quæ lectori ſimplici: & non φιλέλληνι incauto, facile fuerant impoſitura.

Nulla eſt in arte medica nec res nec medela quæ ſpecie dicibilis non ſit. Sed quod nec dici, ſcribi percipiue poteſt, id quantitas in quoq́; eſt. Huc alludit in lib. de Curat: per ſang. miſsionem. Nihil æque artem Medicam in agendo coniecturalem efficit, uti cuiusq́; remedij quantitas. Etenim cum frequenter compertum habeamus, tempus inſtare exhibendi aut cibi, aut potus, eiusq́; aut calidi aut frigidi, quantum tamen dandum ſit, certo haud nouimus. Idem uſu uenit in purgantibus medicinis. Quod medicamen præbendum ſit nouimus, quantum præberi debeat neſcimus. Quodq́; ſemel in uentrẽ deuoratũ eſt medicamentũ, corrigi poſtea nequit. At in ſanguinis miſsione ſummũ id bonũ eſt: euacuationem dum uoles poſſe ſiſtere, ac rurſum quo uideatur tempore fluere ſinere, quo adusq́; recte haberi

appareat. Habetur de quanto nonnihil lib.2. cap.1, de Compos.Med. secundum genus. Idem obseruauimus Galenum adserere in lib. de exercitatione paruæ pilæ cum ait. Quatenus iuxta quodq; huius exercitamenti genus se uel intendere uel remittere conueniat, scribi sane non potest. Quantitas enim in unoquoq; exponi quidem nequit.

Quatuor qualitates primas Gale. hic omnes facit actiuas. Cuius absolutam cognitionem petas ex lib. de Temperamentis. Et lib.1. de potentijs naturalibus. Interpres antiquus iuxta Aristot. placita perperam trãstulit has esse partim actiuas, partim paßiuas. Nã identidem nihil de sang. mißio: Effectrices qualitates, inquit, sunt caliditas frig. hum. & sicc.

CAPVT.IIII.

Verũ ad ipsam ulceris quod solũ cõsistit.

HOC CAPITE AGITVR DE CVRATIOne uulneris, quatenus est uulnus, de duplici cute non protrita nec proletaria, de differentia quæ est inter glutinatorium medicamen & inter id qđ carnem producit. Non autem frustra prodit in huius considerationem: quando uideret magnam medicorũ partem hanc neglexisse, cum tamen in hoc ulcere duplex particulæ affectus supersit. Alter substantiæ cutis amißio, alter continui solutio.

Summa cuticula. Cutis enim communi medicorum

ſententia duplex eſt. Exterior, quæ eſt membrorũ craſ ſa ſuperfluitas quæ Epitermis a Gal. dicitur, ex etymo quaſi ſupra cutim ſonans, proinde inciſa renaſcitur. Secunda eſt interior neruea, non renaſcens diſſecta: quandoquidem hæc ſpermatica eſt. Gal. priorem illam Cuticulã plærũq; appellat. Paulo enim inferius ita ait, In cauo ulcere, nõ ipſa modo perijt cuticula, uerũetiã reliqua cutis natura in uniuerſa. Et li. 14. ca. 16. huius Methodi. Cicatrix quæ in cute calli modo dura gignitur, ea cuti quidem eſt q̃ ſimillima, cutis tamen nõ eſt. Quũ & denſior ea uiſu tactuq; ſentitur, & ratione ex eo quod pilos non edit intelligitur. Nec diuerſum ſcribit ca. 92. Artis Medicin. uulneris, dicens, nuper genitæ carni cute obduci naturale erat. Quod ſi hæc intentio effectum ſortiri non poteſt, ſimile aliquid cuti, carnem ſcilicet quæ cutis naturæ uicina eſt, inſtaurandũ. Eſt autem huiuſmodi quæ et ſicca & calli ſimilitudinẽ præ ſe fert.

Adeo ſi quæ diſsident, in idem componas, citra omnem reliquã extrinſecus molitionem coaleſcunt. Hãc orarum adductionem etiam Razius li. 3. ca. 7. cum Auicen. li. 4. Fen. 4. ca. 3. ſufficere putat. Longa tamen experientia edocti noſtræ tempeſtatis medici, album oui agitatũ cũ leniori ſtupa apponũt. Siquidem Gal. quoq; 11. Simpli. Medic: huic tribuit ſanguinis cohibitionẽ, doloris ablationem, alterationem, abſceſſuumq; pro-

hibitionem non modo in oculis, uerum etiã in locis om nibus exulceratis.

Aut uinculo ex duobus initijs circũdato. Pro ſcru= po hoc intelligendo ſcias humaniſsime lector, triplex eſſe in uſu uinculum. Primũ ad carne cauum ulcus re= plendum ſubſeruiens, atq; eodem modo fracturis et re= centibus uulneribus idoneũ, habens duo capita, quorũ unum (incipiendũ autem a loco oppoſito parti ſolutæ) circũligatur et replicatur uer ſus partẽ membri ſuperi orem, alterũ uerſus partẽ inferiorẽ, frontis adſtringen do locũ offenſum q̃ adiacentẽ. Hoc equidem cõſtrictio nis genere labiũ alterũ coniungitur alteri et coaleſcit, prohibetq; omnem abſceſſum, uti lib. 6. infra conſtabit. Quandoq; tamẽ ſi ita neceſsitas exigat, plures per eun dem modum faſciæ ſuper inuoluuntur. Secundũ eſt Ex pulſiuum congruens cauis ulceribus, materiem ex imo fundo exprimens, arcensq́; ne qua alia ſordicies eo de= ſidat: circumagitur uno tantũ cum capite, ab ima par= te incipiendo ſtriatim ſuperiorem partem uerſus aſcen dendo: ſuperiorem intelligente Gal. lib. 5. eam quæ eſt cor uerſus, ſiue epar, quibus omnia membra originem ſuam debent. Tertium retinens medicamina, conuenit membris in quibus arctam nõ licet ligaturã exercere. Vt in collo, uentre, apoſtematibus, omnibus dolorificis affectibus. Formam recipit unius capitis aut multorũ quæ inſtar brachiorum adſuuntur. Quedam alia re=

quire apud latinæ medicinæ fontem. Cor. Celsum lib. 5 cap. 26. Et ad finem huius libri tertij.

Ancter uinculum uulgari significatiōe dicitur. Hesichius addit & in gutture loca sic appellari per quæ strangulatio fieri soleat. Cruenta autem mox glutinātur, ubi sanguinem ex diuisiōe profluentem adhuc spōgia deterserimus. Deinde suturis aut fibulis coarctauerimus. Cor. Celsus duplici & medicinæ & eloquentiæ splendore armatus lib. 5. cap. 26. locum hunc perspicuum reddit, cum scribit in his quæ glutinantur duplicem esse curationem. Nam si plaga in molli parte existit, consui debet, maximeq; si discissa auris una est, uel imus nasus, uel frons, uel bucca, uel palpebra, uel labrū uel circa guttur cutis, uel uenter. Si uero in carne uulnus est, hiatq;, neq; in unum oræ facile attrahuntur: Sutura quidem aliena est. Imponendæ uero fibulæ sunt, Ancteras Græci nominant, quæ oras, paulum tamen, contrahunt, quo minus lata postea cicatrix sit. Nostrates autem ancteres ferè Hamos appellant, paruos uidelicet ipsos describentes, iuxta membri quantitatem utrinq; curuatos, qui aculeis suis duobus immissi labiū labio coniungunt instar hamorum, quibus in tondendo utuntur pannorum detonsores. De materia uero unde filum pro suturis uulnerum fieri debeat infra tractabitur libro decimotertio folio ultimo incontextu.

Bryodes fragile appellat Galenus, quod nomen à

Bryo factum Græcis, quæ naſcitur in lapidibus & piſcium teſtis propè mare capillata herba gracilis. Virgilius Marcellus muſcum marinum reddere maluit in Dioſ. lib. 4. capite nonageſimo. Recentiores Vſneam hanc eſſe exiſtimant. Attigit non nihil huius Georg. Valla. in Simplicibus, & Plinius libro triceſimo ſecundo, capite ſexto. Aetius Sermone 12. cap. 44. Muſcum appellat Splanchnon & Hypnō & Bryon.

Quando quod dolet plus aliquid affluere facit. Scite dictū eſt ab Hyppocrate. Dolor attrahit Rheuma. Atq; huic eſt quod uacuamus totum corpus (ſic in libro de plenitudine dixit) non modo cum in redundantiæ ſuccorum eſt habitum, ſed etiam ubi magnitudo morbi ſuadet, cum mediocritatem ſuccorum continet. Siquidem dolor & membri in quo Phlegmone ſedet calor etiam ſi purum ab excrementis totum corpus ſit, fluxionis cauſſa fiunt.

Non mediocriter me gratificaturū arbitratus ſum ſtudioſis lectoribus ſi capiti huic exempla apponerem præclaris Medicis approbata, quæ ſimul ac pellecta eſſent, nemo quicquam deſideraret in differentia deprehendenda, quid interſit inter Carnem producens & Glutinatorium medicamen. Eſt autem carnem producens uel Auicenna authore, quod commutare ſanguinem in carnem compos eſt, ideo quod aquatur complexioni eius (neq; cōplexionis uoculam ita abij-

cienda putarim, siquidem Gal. ipse in hoc capite συμπλοκὴν hanc ipsam appellat) ipsumq; coagulat tum siccando, tum abstergendo absq; mordacitate, ut docetur 5. Simplicib: Medici: Sunt autem trium ordinum. Debilia, ut thus, Mastiche, aloe, Colophonia, ordei farina, fœnu Græci. Fortia ut Aristolochia, iris, lupinorum farina, orobi, Cadmia, Fortiora, ut centaurium, polium, glutinum limaturæ ustæ plumbum, Antimonium adustum. Pix et resina, è quibus, fit unguentum Basilicon, ad quod Recipe picis nigræ, Resinæ, Ceræ, sebi uaccini, olei quantum uoles, fac unguentum. Ancillatur etiam instituto unguenti: fuscum apud Nicolaum descriptum. Addo unguentum Aureum Mesuei, quod Recipe ceræ uncias quinque, Resinæ quat. unum Therebintinæ libro primo Mastiches, thuris, sarcocollæ, Myrrhæ, aloe, croci ana drachmas duas. Fiat unguentum. Guido addit propter purgandi facultatem mellis quartam dimidiam. Huius generis est unguentum. Viride quod Auicennas tribuit Galeno, & recipit olei ceræ ana unc. sex. liquantur, et postquam remouentur ab igni, inspergitur æruginis æris unc. I. commiscenturq;. Huius ordinis est etiam ung. de lino, quod Re. rasuræ panni linei antiqui mundi partem mediam tantũ Opopanacis per. 2. uini, mellis, olei rosacei ana partes 5. lithargyrij, aloe, sarcocollæ ana tertiam partem unius et fit ung. Glutinatoria aũt sunt hæc duo

Re. farinæ uolatilis partes ſex, ſanguinis draconis, thu ris, maſtiches, ſarcocollæ ana partem unã, incraſſentur cum albo ouorũ. Fac Epithima. Aliud Reci. aloe, Myr rhæ, boliarmenij, thuris, acaciæ, amiſi, cupreſſi, draga ganti, ladani, farinæ uolatilis ana partem. 1. rediganтur in pulueres, diſponantur uti præcedens. Vides igitur hæc auſteriora & ſicciora eſſe. Quæ ſi medicinarum ſitientiſſime lector una cum contextus conſideratione, tecum æſtimaueris, iam non tenue quaſi fundamentum, & continuo radices acturum iecisti medicaminum incarnantium adglutinantiumq́;. Ad quod etiãnum parum momenti attulerit, quod ſupra in caput ſecundum ex Vigonio adduximus.

Vinum optimum ulceris medicamentum. Conſentit Hippocrat. circa principium lib. de ulceribus, quem ob id etiam Galenus infra lib. 4. citat. Quin & Aſclepiades utilitatem uini æquari uix deorũ potentia pronunciat ut extat apud Plin. li. 23. ca. 1.

Ceruſſam deſcribunt Plin. lib. 34. ca. 18. Vitruuius lib. 7. cap. 12. Dioſcor: lib. 5. cap. 57. Habet autem refrigerandi, opplendi, molliendi, explendi, extenuandiq́; uires. Leniter præterea excreſcentia reprimit, & ad cicatricem perducit, ceratis, emplaſtriſq́; quas liparas hoc eſt lenes dicũt, & paſtillis miſta. Lœtalis eſt et ueneni maleficium habet. Idem Dioſco. lib. 6. ca. 22. fuſius eam conſiderat. Lib. uero 3. de Temperamentis

proditũ est, quod quãq̃ in his quæ foris sunt ulceribus innoxius talium medicamentorũ sit usus, interioribus tamen hæc esse minime exhibenda. Pergenses enim Vestales mulierculæ, cum nuper uappam & uinũ pendulum ad pristinũ statum cerussæ remedio reducere pararent, omnes una cum medico, qui idem intoxicati uilli genus appositum hauserat, è uiuis excesserunt.

Spumã argenti Græci lithargyron dixere, hoc est, lapidem Argenti, lapidẽ uenam eius metalli intelligentes, quæ conflata igni, quod in coctura omni fit, eam ueluti spumã redderet, latini spumã argenti uocauerunt. Diosco: li. 5. ca. 66. affirmat hanc oculorum medicinæ accomodã esse, sedis item cicatricibus, rugosis uultibus et maculosis. Quã uero inepta sit transglutioni ob uenenositatem ostendit li. 6. ca. 27. Plinius quoq; genera eius tria ponit. Optimã Chrysitim, quæ ex uena auri fit. Secundam Argyritim ex argenti, Tertiam Molibditin ex fusura plumbi efferuescenti spuma collectam. Præparantur aũt innumera emplastra ex argenti spuma. Quam abunde laudauit Gal. li. 1. ca. 5. de Compo: Medic: κατὰ γένη uerbis hic insertis. Sunt non pauca quæ potestatem aut nullã, aut exiguam admodũ pharmaco quod præparatur simul afferunt: cõmoditatem uero materiæ præbent ut uel emplastri uel cerati speciem referat. Neq; enim argẽti spuma manifesto calida est, sicut nec frigida, nec humida, sed modicũ siccandi

habet uirtutẽ in primo abſceſſu, ab his quæ adamuſsim media ſunt inter humida et ſicca. Non tamẽ uis eius eſt ferruminare, ſicut nec apire, item nec abſtergere, quẽadmodum nec expurgare euidenter, ſed paulũ a medijs ad craſsius receſsit. Verum hoc quoq; ex diuturna coctione deponit fuſa ob ignis potentiam et alterata. Porro ſola per ſe cruda femorum attritus ex itinere iuuat, quo etiam modice exiccare cognoſcitur. Ad hæc neq; acrem, uel ſuauem, neq; acidam, uel amarã, uel auſterã, uel acerbã, uel omnino adſtringentem facultatẽ ipſam habere guſtus abunde teſtis eſt. Quemadmodũ etiam ulcera nec ab ea derodi, nec calefieri, nec frigefieri, nec purgari, nec carne impleri, nec cũ caro ſupercreuerit, tolli percipimus. Licet itaq; nobis in uarium uſum adminiſtrare Argenti ſpumam, interim ex oleo & aqua coctionem eius adusq; emplaſtri ſpiſsitudinem molientibus, interdum ex oleo et aceto, aliqñ ex oleo et uino. Differt a Scoria quo põt ſpuma a fece diſtare. Alterũ purgantis ſe materiæ, alterũ purgatæ uitiũ eſt. Scoriæ quoq; ferri utilitatẽ infra li.5.ca.10.recenſebimus.

In uulneribus quorum maior eſt profunditas medicamen humiditatẽ deſiderat, quo ſimile ſit Emplaſtiti. Sunt uero Emplaſticæ et Paremplaſticæ medicinæ, glutinoſæ & tenaces quæ unguine ſuo opplere et obſtruere poſsint meatus corporeos eo quod ex lenta et craſſa ſubſtantia conſiſtunt. De emplaſticis Gal.li.4.ca.4.

Simpli.Medic.sequentia prodidit.Si in re sicca talem inuenias sensum, qualem in aqua planè omnis qualitatis uacua, quæ extra omnem est insignem tum caliditatem tum frigiditatem mediam constitutionem obtinens, quæ sit & sicca & terrestris citra morsum desiccans, hæc omnia medicamenta Emplastica appellant, uelut pleraq; quæ exacte lata sunt, amylum: Pompholyx, cerussa, calx, cadmeia, terra Gretēsis. Cimolia, Chondrus, samius aster, & fullonum terra. De his lib.5. cap.2: huius Methodi meminit in hunc modum. Emplastica medicamenta uocant, quæ ex lenta crassaq; substantia consistunt & meatus obstruunt. Libro item 8. cap.2. Emplatomena uocat, quæ exiguis meatibus inhærent & detinent per urinas alioqui, aut cutem uniuersam exeuntia. Habebis nonnihil infra lib.14.cap.17.de Emplastico.

Pro coronide huic capiti addendū puto, quod Gal. lib.2.cap.12.De Compos.Medi.secundum genus scriptum reliquit. Meminisse oportet naturæ corporum quæ curanda susceperis. Nam humida eo quod mollia quemadmodum mulierum, puerorum, eunuchorum, & qui muliebriter degunt, imbecillioribus medicamētis indigent. Virorum corpora, potissimum qui ex uirilibus munijs & sole, durum corporis habitum conciliarunt, ab imbecillibus nihil præsidij sentiūt. Qua propter nec glutinātia utriusq; sexus corporum commu-

nia sunt. Sed quæ ex argenti spuma, oleo & aceto præparātur, imbecillam mollemq́; carnem glutinăt. Quæ bitumine, ærugine, squama, Aloe, & Myrrha constant, robustam & duram.

CAPVT. V.

Nunc ad ulcus quod cicatrice indu- ci postulat reuertar.

HOC BREVISSIMO IVXTA ET VTILISsimo capite Gal. tum naturam tum productionem cicatricis inducendæ perdocet. Cutim autem quæ defluxerat, eandem nequaquam posse repullulare, sed summũ tantũ carnẽ cuti aſsimilẽ fieri. Nã & Auicen. Fen. 1. lib. 1. Doc. 3. ca. 1. eã plus oĩbus mẽbris accedere ad temperamentũ ad pondus putat. Et Iacobus Meristes: Intrinsecã illã cutẽ intelligendã esse dicit, (nã ut iã recensuimus cutis duo sunt genera) quæ proprie mẽbranæ nomẽclatura uenit. Et est mẽbrũ spermaticũ, ex inibus neruorũ, arteriarum & uenarũ contextum (Sunt autem ἶνες: quos Neoterici uillos appellãt corporis partes substantiæ tenatioris, solidæ, graciles, oblongæ, filo persimiles, quæ motui subseruiũt, & carni robur adijciunt) nec instaurari põt perditũ. Tanq̃ enim neruus in quo si esset sanguis, hæc cutis sese gerit, recte media inter neruum et carnẽ, quasi ex duorum illorũ complicatione facta esset. Neruus uero quilibet exanguis est & algidus. Caro autẽ sanguine sca-

tens calida. Cutis medium quiddã præ se fert. Galenu, lib. 1. de Temperamen.

Gallam immaturã, solidam nec per terebratã annumerat Gal. inter medicamina modice siccantia. Hæc aũt est quæ Omphacitis dicitur. Nã duo sunt genera. Altera læuore, leuitate & foraminibus differt. Prior efficatior est. Adstringit magnopere utraq;. Carnium excrescentias tritæ ambæ reprimũt, et in gingiuas oris q; columellam destillationes. Estq; in uniuersum Galla utendum, ubi adstringendum siccandumq; aliquid fuerit. Dioscorides lib. 1. cap. 33.

Malicorium Psidiam nostri uocant, corticem uidelicet mali punici. Plin. li. 23. ca. 6. ex nouem generibus Mali punici, dulcia quædam ponit, quæ alio noĩe Apyrina (eo quod nucleo careant interiore) dicũtur. Quo nomine Martialis in Apophoretis usus est, dicens.

Non tibi de Libycis tuberes & Apyrina ramis,
De nomentanis, sed damus arboribus.

Seneca ad Lucil: significat ea hoc nomine appellari, quibus minor granorum duritia est. Quæ uero sapore proxima uinosa appellat uuam in ijs, ac ne mustum quidem, sed ꝓtinus uinũ aperuit natura. Vtrũq; aspiore. Hic acerbus in plurimo usu. Vulgus coria maxime perficere illo nouit. Ob id Malicorium appellant medici. Ex his fit medicamentũ stomatice appellatũ de quo consule Pliniũ. Cytini aũt sunt flores punicorũ. Balaustion uero est

uero est flos Punicæ syluestris. Quæ omnia diligenter absoluit Dioscor: li. 1. ca. 132. & sequenti.

Spinam ægyptiam Plin. li. 13. ca. 9. celebrari scribit à gente Aegypti dumtaxat nigrã, quoniã incorrupta etiam in aquis duret, ob id utilißimam nauium costis. Candidam aũt facile putrescere, semen in siliquis, quo coria perficiuntur Gallæ uice. Manat & gummi ex ea (Arabicũ uocãt) ex semine in siliquis clauso (Diosco: li. 1. ca. 118. teste) succus exprimitur, siccaturq; in umbra (acatia paßim appellatus, alia tamen q̃ quæ in officinis hodie uenalis est) ex maturo niger, ex immaturo ruffus.

Chalcitis lapis est ex quo æs coquitur, repertus in Cypro: ubi prima fuit æris inuentio. Mox uilitas præcipua reperto in alijs terris præstantiore, maxime aurichalco, quod ob præcipuam bonitatem cum admiratione diu obtinuit. Pli. li. 34. ca. 2. Rursus eodem lib. ca. 12. multa illius genera repetit. Distareq; à Cadmεια, quod illa sup terrã ex subdialibus petris cæditur, hæc ex obrutis. Et quod Chalcis friat se statim, mollis natura, ut uideatur lanugo cõcreta. Chalcis quoq; tria genera continet, Aeris, Misyos & sorios. Aeris habet uenas oblongas. Probatur mellei coloris, gracili uenarum discursu, friabilis, nec lapidosa. Et recentior utilior est, quoniã inueterata fit Sori. Vis eius ad excrescentias in ulceribus, sanguinẽ sistere, gingiuas, uuam, ton-

stillus farina compescere. Dioscor.lib. 5.cap, 69. ferè eadem sentit de Chalcitide, hæc tamen insuper addēs. Natura illi & uis est repurgare, calefacere, exulcerare, quæ in oculis, oculorumq; angulis uiciosa sunt abstergere. In genere præterea leniter exedentium est. Exempla pluscula considera apud Cornelium Celsum lib. 5.ca.22.

Aes ustum uel crematum in uetustis translationibus Græce ubiq; positum, effecit ut nostratibus Chalcos kekaumenos tantum non cognobilius sit quam red ditum latinum. P. Aponensis testificatione, hoc est uiride æris. Probatur autem apud Dios.lib.5.cap.44. quod rubet et in attritu Cinabaris colore est. Nigrum ultra quam oportebat crematum se fuisse indicat. Conficitur ex clauis solutarum nauium in crudo fictili cōpositis adiecto sulphure, & pari sale, alteriusq; his inspersis. Operculatum deinde fictile & figulari creta circumlitum in fornacem coniectum, usque dum integre cremetur dimittitur. Virgilius Florentinus admirationem submouet, cur claui nauium solutarum exurantur, & non potius æs ipsum & recens. Quoniam æris quondam largior quàm ferri copia fuit eòusq; ut arma etiā quibus ad bella uterentur ueteres, ex ære fierēt. Ex nauigijs autē queritur ad æs ustū conficiendum, quoniā ex mari saleq; eius aliquid bonitatis ad hūc usum æri accreuit: quod attritu domi-

tum & consuetudine laboris ueluti mansuefactum est: Multa enim sunt quæ in nouitate sua minorem quàm in uetustate ob nimias uires utilitatem habent. Diosco. uim huic esse ait adstringere, siccare, extenuare, reprimere, extrahere, ulcera repurgare, ad cicatricem perducere, oculorum uitia exterere, carnium excrescentias minuere, & quæ serpendo pascunt sistere.

Squama æris probatissima est, authore Diosco. lib. 5. cap. 46. quæ in Cyprijs ærarijs ex clauis Cyprio ære confectis crassa decutitur (neq; aliud esse discrimē ostendit Plinius lib. 34. cap. 11. inter florem & squamam æris, quam quod hæc excutitur ictibus, ille sponte cadit) elitisq;, id est, clauaris uocatur. Damnatur contra quæ uulgari ære, ac candido confecta tenuis & infirma est. Habet uim astringendi, reprimendi, & extenuandi. Sistit quæ pascendo serpunt, exest & ad cicatricem perducit. Plinius addit aliud genus subtilius Stomoma dictum, ex summa lanugine decussum, à Græco Stomoma, quod aciem ferri significat sic appellatum. Equidem ac uere illi σομόειν. Et Stomoma nostri dixêre, ex hoc ære subtilißimam squamam, quasi in trahenda acie in cote detritam. Meminit huius Aetius Sermone. 9. capite quadragesimooctauo, & Sermone. 10. capite 11.

Alumen Græci à præclara illa adstringendi uirtute Stypteriam appellant. Huius sunt plura genera,

ſi Dioſco.lib.5.cap.77.credimus. In medicina autem uſum habent. Primum ſciſſile quod probatiſſimum omnium eſt recens candidiſſimum nec lapidoſum. Validiſſime enim adſtringit, non glebæ modo, aut aſſulatim concretum, ſed ſigillatim quaſi in capillamenta caneſcentia diuiſum. Quale eſt quod priuatim Trichite .i. capillare nominant. Alterum eſt rotundum. Anteferendum autem quod naturaliter rotundum, bulloſumq; eſt modice candidum, palloris & pinguedinis aliquid habens, non lapidoſum, nec friabilem. Tertiũ liquidum, pellucens & lacteum. Probatur quod ſine aſperitate eſt omni ſui parte ſuccoſum, nõ lapidoſum cum quodã igniculo caloris. Habent alumina omnia calefaciendi adſtringendi repurgandiq; uires. Exterunt quæ claritati oculorum officiunt. Rotundo ſciſſile eſt efficacius. Cremantur Chalcitidis modo alumina omnia, compeſcunt exedentia. Simon Genuenſis, non omnino aſpernandus author primum genus: Iameni uel de pluma (quibus nominibus hodie quoq; Seplaſiorum officinæ crepant. Secundum Saccharinum ob aſſimilem utriusq; ſpeciem. Tertium de rocha uel lippari num, ex ſententia Caſſij Fœlicis, appellari ſcripſit.

Quod etiam ſi lauabis. Dioſcor. ubiq; diligentiſſime præcipit lauanda eſſe uſta metalla omnia, nec non recrementa ipſorum, priuſquàm ad uſum medicum admitantur. Hinc eſt quod æs crematum quater lauari iu

bet, quottidie diffusa aqua, donec illi nullus supsit splē dor. Et Gal. lib. 2. cap. 2 de Compos. Medi. κατὰ γένη Meminisse uos puto quod toties repeto, fortium medicamentorum, cuiusmodi est ærugo, misy, chalcitis, sori, æris squama uel chalcanthum, ex aceto diu contritorū, morsus seu rosionem obtundi, uires augeri. Eadem ratio est in metallicis medicamentis combustis, sed illa ex ignis commertio nonnihil mordax seu erodens perseruant, quod elota deponunt, ac lenia prorsus redduntur. Idem lib. 1. cap. 10. eiusdem operis non inutiliter ostendit quomodo lauare oporteat metallica. Huc adscribendum quod lib. 6. cap. 3. huius Methodi. Gal. dixit. Quæ ex metallicis consistunt, ea elota esse omnia oportet, si modo citra rosionem ullam sint siccatura.

In extrema capitis huius Catastrophe, decernit author (quod supra in Prologo admonuimus) duplicem esse peritiam medicamentorum. Priorem de uiribus eorum. Posteriorem de Compositione ac præparatione. Illa Methodum præcedit (cuius uicem pensabunt hi nostri commentarij) hæc uero succedit & sequitur.

CAPVT. VI.

Existit igitur eo pacto duplex de medicamentis peritia.

ORDINE PERELEGANTI NVNC GAL. admolitur manus carni supercrescenti in uulneribus, quã Græci Hypersarcosin appellant, non unum uitiũ, sed geminũ, carnem uidelicet supercrescentem, pariter et ulcus. Quod sola medicamentorum ope tollitur, non opa naturæ, contra q̃ in carne restituenda aut glutinatione se res habuit. Quæ omnia Cor: Celsus qui medicinam latine loqui docuit, similiter huic scripta reliquit lib. 5. cap. 22.

Misy. Chalcitis atq; eiusdẽ sæuitiæ medicamẽta carnem dementia, ut cicatricẽ trahant, summũ tantũ specillum in ea, ad exactißimũ læuorem tunsa dimittentes (alioqui certe nimiũ eroderent) post uelut tenuißimũ quendã pollinẽ partibus, q̃ cicatrice induci postulãt imponentes. Mili Græci instrumentũ appellãt, quo immisso in trita medicamenta inungimus ulcera. Latini Specilli uoce utuntur. Atq; hoc loci τὴν πυρήνην Gal. posuit. i. nucleũ uel acinũ (significat .n. hæc uox aceruũ, congeriẽ, et quicq̃d in sublimi fastigiatur instar nuclei) specilli. Sic etenim Leonicenus 3. de Poten: Natur: aliquanto significantius est interpretatus. Celsus in curatione Theriomatis utitur in hũc modũ. Quicq̃d inspergitur, auerso specillo infundi debet ca. 28. et ca. 26. li. 5 in cura Erysipelatis q̃d' ulceri supuenit. Specillũ (ait) demissum descẽdit aut in latus aut deorsum. Vtitur eodem li. 7. ca. 4. Et Gal. infra li. 6. c. 3. inquit. Abluenda

à uulnere cæſim uulnerati nerui ſanies eſt, molli lana ſpecillo circũuoluta. De San: Tuen: lib. 6. Collyriũ ſic palpebris ſpecillo inducas, ne oculi membranã intus cõtingas, ita nãq; mulieres quottidie faciunt, cũ ſtibio oculis gratiã cõciliãt. Eſt inſup aliud Specillũ quoddã quo dirigitur et cõponitur uterus muliebris loco motus.

Medicamentum uiride. Gal. li. 2. ca. 1. de Compoſ: Medic: κατὰ γένη docet quæ caua ulcera carne implent, plurima colore uiridia eſſe. Et lib. 2. ca. 8. Hic liber (inquit) non ſolum de ſarcoticis emplaſtris, quæ iam ut plurimum uiridia ſunt, uerũ etiam de glutinantium, & epuloticorum omniũ ratione agit, in eodem autem ope medicamina uulneraria ita digerit in ordinem. Primũ exponit Alba quæ ex lithargyro componuntur. 2. uiridia ex erugine incocta, ſic ex æruginis partibus duabus, thuris parthe. 1. Aceti. q. ſ. efficax fit medicamentũ ad glutinanda maiora uulnera et ulcera uix ſanabilia. 3. Viridia Melina, q̃ fiunt ex ærugine mediocriter cocta. 4. Rufa uehemẽtius cocta, uel ambigui coloris, eoq; δίχρωμα appellata, quæ uulnera nõ magna glutinant et cicatrizant. Lib. item. 2. ca. 2. Andromachi ſedecem uiridia deſcribit atq; nonnullorũ ex illis ſingulorum ingredientium rationem ſub iudicium uocat, quo in præſentia, ne prælongam garrulitatem uideamur libenter amplexi, auidum lectorem remittimus.

CAPVT. VII.

Patere autẽ & in his arbitror Empiricũ.

PER ANACEPHALAEOSIN GAL. REPEtit breuiter, in hoc libro considerata, tum Empiricos, tum omnium maxime Thessalios Methodum omnem ignorare subinde inculcans. Cum nequaquam natura quæuis eadem medicamenta requirat. Nempe mollis & laxa medicamentis minus siccantibus dura, sicca, & compacta uehementius siccantibus & adstringentibus curatur. Illis igitur pueros & feminas, & qui tenero sunt corpore connumerabis. His autem uiros, iuuenes, agricolas & nautas. Id quod perquam egregie ad finem capitis Quarti forti & perpotenti manu adseruit. Docet insuper Methodicis, quas ipse instituit à communitatibus ad cuiusq; hominis Idiosyncrisian descendendum esse, sic appellans priuatam cuiusq; naturam, quæ quamuis sit incomprehẽsibilis, eam tamen quam possimus diligentissime inuestigandam, atq; à communibus secedendum esse. Siquidem curatur non homo communis, sed singulorum quisque.

Dicetur de consuetudine in sequentibus, scilicet, libro 8. Iam satisfaciat Rasij concors sententia, qua cõmendat consuetudinis inuestigationem. Quamuis: qđ dictu mirum est: Iohannes Damascenus, totum sextum Aphorismorum Rasij librum nimium manifesto

furto, sibi adscripserit, neq; hodie alio quam Damesceni nomine Aphorismi circumferantur. Idquod rursum admirationem meretur, quod hactenus ne unus quispiam ante nos annimaduertit. Damascenum uidelicet hunc siue Mesuens siue quicumq; alius fuerit, uoluisse in alienis plumis cum cornicula Aesopica nō sua eruditione se uenditare. Scribit igitur Rasius libro 6. Aphoris. Medicum decere consuetudinem ægri cognoscere, quæ fuerit sano. Cæterum ab eadem coercere, maxime ueteris, tum malum esse tum nociuum.

Deucalion. Inepte uetustior interpres hic pro Deucalione supposuit Eriphilum. Phoroneus autem Argolicus rex legum & iudiciorum institutor fuit, quibus institutis clarior facta est Græcia. Author est Diuus A. Augustinus lib. 18. cap. 3. De Ciuitate diuina. Et Plini. lib. 7. cap. 55. θ & κ literas Anticlidem dicit scriptum reliquisse. Menonem quēdam inuenisse, quindecim annis ante Phoroneum antiquißimum Græciæ regem. Eusebius in Chron: adserit hunc filium Inachi fuisse, & secundum qui apud Argos regnum administrauerit. Quo tempore Belochus Assyrijs, & Leucippus Siconijs imperauit. Vir prudentißimus qui & Argos legibus & iudicijs decorauit, tam insigni quidem authoritate sua, ut nonnulli Iudiciale forum ab eo uocatum esse opinentur. Liberos autem reliquit Aegyaleum & Nioben.

Si quindecim Differentias in hominū temperamentis statuas. Galenus fingit ex hipothesi & conditione tantū quindecim has differentias humidæ cōstitutionis, nequaq̄ uero ꝓnunciat. Vult aūt quod quantū quælibet quā curandā susceperis constitutio, distet in humido aut sicco, duritie aut mollicie, tantū medicamenta tua temperanda esse ad qualitates eiusmodi. Veras aūt tempamentorū differentias satis expedite monstrauit Gal. li. 1. de Tempa: Est.n. una temperata in qua nulla qualitatum elementariū uincit aliam. Octo distemperatæ. E quibus quatuor sunt Simplices. Calida tantū, frigida tantum, humida tantum, & sicca tantum. Reliquæ quatuor sunt compositæ, calida et humida, calida & sicca, frigida & humida, frigida et sicca. Non posse autem temperamentorū compositorū differentias plures esse, q̄ quatuor philosophi & medici, ex his docere conantur. Cum enim quatuor statuuntur qualitates, quæ in se agere inuicē patiq; poßint. Nempe calor, frigus, siccitas, humiditas, oppositiones existere duas, alteram in qua calidum aduersatur frigido, alteram in qua humidum pugnat cū sicco, eoq; quatuor nō amplius effici coniugationes. Quippe sex fieri, ex quatuor inter se copulatis coniugia. Quorum duo subsistere non posse, cum neq; humidū pariter et siccum, nec calidum simul et frigidū dari corpus poßit. Reliquas igitur esse quatuor temperamentorū coniugationes, duas humidas,

et duas siccas, atq; has calore frigoreq; diuisas. Hoc rursum in lib: de Constituti: Art: Medic: rotunde & laconicos extulit. Inter salubres corporis (inquiens) habitus unus est temperatissimus, octo intemperati. Morbus nullus est temperatus, sed omnes intemperati, & tot sunt numero, quot salubres intemperaturæ. Ex sanis autem alij temperati, alij intemperati statuũtur, quia alioqui consectaneũ esset, uel omnes semper ægrotare, uel unam esse omniũ intemperiem, uirorum, mulierum, iuuenum, senum, puerorum, athletarum, priuatorum, operariorũ, in otio degentium, ualentium, imbecillium, sed utrũq; absurdum est. Ergo sanitatis latitudinem quandã esse oportet, ut plurimæ in ea sanorum corporum differentiæ, in maioris ac minoris ratione comprehendantur: atq; harum innumerabilis est copia.

CAPVT. VIII.

Quoniam aũt & de his satis iam dictũ est.

PRAESENTI CAPITE AVTHOR VLCERUM curam ostendit, quatenus cũ alijs affectibus coeunt Principioq; eorum, quæ exulcerant carnem imtemperie quapiam afflictam, quæ nisi primum emendetur irrita erit ulceris medicatio.

Comprehensi uocabulo semel atq; iterũ utitur Linacrus quod pro dictis dicta & dictorum reposuit.

Papauer Græcis Meconiũ dicitur. Cuius historiam

Diosco:li.4.ca.59.tractauit.Theophrast:li.9.de plantarum historia.Pli.li.19.ca.7.Omniũ aut satiuorũ papauerum Diosco:eandem in refrigerando & sopiendo uim esse ait.Vide Pli:li.20.ca.18.fusissime omnia prosequentẽ,neq; Marcelli cõmentarios in Diosc:obmitte.

Resina omnis calefacit, mollit, disijcit collectiones repurgat, cit urinam, maturat & aluum mollit,glutinandis palpebris utilis est.Contra lepras cum erugine atramento sutorio,et nitro inungitur.Miscetur emplastris, malagmatis et acopis,pleuritidi succurrit per se inuncta. Quæ ex Therebintho destillat (antecedit resinas omnes aliàs, subscribentibus Diosco: & Gal.8. Simpl:Medic:)ex Petrea Arabia affertur, alias bonitate uincit translucida, candida, colore ad uitreum & cyaneum inclinato,odore Therebinthi.Secundæ bonitatis est Lentiscina,quã Mastichen nominant,tum quæ ex picea destillauerit et abiegna. Post has numerantur quæ ex theda fluxit et pinea.Nascitur et liquida resina ex arboribus picea, et theda quæ ex Tyrrhenia et Gallia affertur. Eadem ex Colophone Asiæ quondã afferebatur, unde & Colophoniæ nomen inuenit.Dioscor: lib.1.ca.84.Plin.lib:14.ca.20.

Pix sicca fit decocta liquida pice, unde à quibusdã. Diosco:li.1.ca. 88.referente, quasi iterata uel iterum cocta pix dicitur. Probatur quæ pura est,& pinguis, odorata, resinosa,et leniter rutila.Est illi uis caleface=

re, mollire, ad ſuppurationem perducere, furunculos et panos diſcutere, et ulcera explere. Miſcetur etiam uulnerarijs emplaſtris. Plin. li. 24. c. 7. excalfacere picem teſtatur & explere, lichenas ſanare, ulcera expurgare putreſcentia, et cum farina ordeacea, et pueris impubis urina decoctam ad ſuppurationem perducere.

Aſpalathus eſt anguloſus, odoratus iuncus, et ligno ſus crebriſq; ſpinis aculeatus frutex. Aſphaltus autem, Dioſco: li. 1. ca. 90. atteſtante, à Romanis dicitur Bitumen. Omne quoq; aliud antecedit Iudaicum. Probatur quod purpuræ modo ſplendet ponderoſumq́; et firmo odore eſt. Quod nigro colore ſordet damnatur. Naſcitur in Phœnice & Zazyntho. Eſt aũt Aſphaltites lacus ad Hiericuntem, qui mare mortuum dicitur, quod Pli. li. 5. ca. 16. ſcribit, nihil præter bitumen gignere, nullum corpus animalium recipere, tauros, cameloſq; fluitare, nihil in eo mergi. Lib. 35. ca. 15. Bitumini uim adſcribit eandem cum ſulphure, ſiſtere, diſcutere, attrahere, glutinare. Tacitus quoq́; de Aſphaltite ſcribit in hunc modũ. Tertia uim frugiferam perdidit. Nam cuncta ſponte edita, aut manu ſata, ubi ceu ſolitam in ſpeciem adoleuere, atra et inania uelut in cinerem euaneſcunt. Aegeſippus ſuffragatur li. 4. ca. 18. Cũ inquit, Spectes illic poma uiridantia, formatos uuarum racemos, ea ſpecie ut edendi generent cupiditatem. Quæ ſi capias fathiſcunt, & reſoluuntur in cinerẽ quaſi adhuc

Gomorra igneus imber excußit, olet adhuc incendio terra, & si qua illic arborum poma oriantur oculis tenuis, cæterum contacto cinerescunt. Nota historia est ex sacris literis oppida quinq; ob inauditum scelus hominum, rubenti dextera, cum pleret pice & sulphure, trisulco fulmine ad ima Tartara deiecta & subruta esse à Deo omnipotente Optimo Maximo.

CAPVT.IX.

Ac quod tum corporum temperies, tum anni tempora, tum partiũ naturæ, consideranda.

PRAESENTI CAPITE GAL. PER ANACEphaleosin ἐπιτόμοσ, hactenus considerata memoriæ suggerit. Post hæc cõtrarias in una cura indicationes tam ponderat & perpendit exacte, ut qui hoc caput non oscitabunde relegerit, eum fugere omnino nequeat, quæ cui indicatio debeat præferri.

Intemperiem Gale. lib. 2. de Tempe. bifariam partitur, in natura leni uidelicet & præter naturam. Naturalis est in qua temperamentum ad iustitiam consistit, quatenus in ea non leduntur operationes. Nam illa ad pondus non debet, nec potest à quoquam exigi. Hinc est, quod Galenus libro primo de tuen. ualetu. largiter probat sanitatem consistere in latitudine. Vn

de reuera accidit cur hic acutius, & cur alius itidem sanus uideat obtusius. Præter naturam tum dicitur. Intemperies cum iam offenduntur, aut læsæ sint operationes membrorum.

Tumores aut ab humoribus fiunt, aut à flatuoso spiritu fiunt Græci Emphysema. Arabes Apostema uẽtosum uocat. Si ab humoribus, aut calidi aut frigidi sunt aut mixti. Calidi aut fiunt à sanguine bono & Phlegmonen Græci, Latini inflammationẽ uocãt, aut à bile uel feruẽti & tenui sanguine uel sanguine & bile calidioribus: Erysipelas illi hi ignẽ sacrũ frigidi uel à tenui pituita et illi Oedema, nostri Laxum tumorem uocare possunt, aut ab humore atræ bilis, uel crassa et tenaci pituita: Scirrhon illi, latini duriciem, Arabes Sephiros uocant. Manard: li.7. Epist. 2. infra quoq; li.10. cap.6 Phlegmone sic describitur. Cum sanguis calidus et copiosus in aliquam animalis partem procubuit, maiora eius uasa protinus distenduntur, utpote abundantiæ non sufficiẽtia. Ab hic deinceps quæ minora sunt. Mox ubi nec in his satis continetur, exundat foras, in ea spacia quæ inter uasa sunt. Sic ut etiã omnia quæ in composita carne habetur loca occupet, atq; hæc quidem est phlegmones affectio. Herpetes autem uidentur aliquo modo referri ad Erysipelata. Fiunt enim et hi a flaua bile, sed alteri humori cõmixta, ex qbus Herpes esthi ardeant. Et Tertul. in Apolog. cap.39. Sodoma &

omenus fit à bile crassa, et acri, quæ totã cutem ad carnem usq; exulcerat. Herpes autem simpliciter dictus, qui solam superficiem quasi urit, à tenuiore, sicuti miliaris à tenui minusq; acri & calida, et propterea bullulas paruas in cute excitat milio similes. Auicen: tria hæc mala appellauit Formicas nomĩs errore deceptus. Quoniã Græci Myrmetias, idest formicas, genus quoddam uerrucarũ uocant, eodem capite Verrucas illas cũ Herpetibus, non sine confusiione et perturbatione studiosarum mentiũ, confudit. Plura de Herpete habebis li. 14. ca. 17. huius Methodi. Et li. 4. ca. 6. adscrit Gal. ex bilioso excremento ortum habere.

Gangrænæ & Carbunculi sunt prope phlegmonẽ, imò Gangræna, ait Gale. inter maximas Phlegmonas est reponenda, quæ ad mortem ducit membrũ, & nisi præsto sanetur, præter hoc quod moritur facile patiẽs particula trãsit quoq; ad proximas partes corruptio, et totius corporis uita aufertur. Retinet Gangrænæ nomen hæc affectio, donec insensibile penitus factum est membrum, tunc enim à Græcis Sphacelus dicitur, à latinis syderatio. Auicen: corupte Ascachilon dixit, in coq; duos gradus intellexit. Quando .n. ad partes continuas transit corruptio. Esthiomenon uocat, quo nomine, ut iam dictum est, in alia re utuntur Græci. Carbunculus aũt à bulla quadã exoritur his simili, quæ ab igne excitantur, qñq; sine ea. Sed ita tamẽ, ut pars læsa incendatur,

incendatur, sequũtur unica uel plures, instar milij bullæ, quibus perfractis, ulcus cũ crusta apparet cinerulenta, uel nigra, circũstansq; caro flãminulenta fit, & nigrescit. Auicẽ: de eo scribit cap. de Pruna et igni Persico, Vide Gal. li. 2. ca. 1. in Therap: ad Glauconem.

Nerui et uenæ per transuersum aliqñ præciduntur, inhibendi fluxus sanguinis gratia. Hoc enim pacto: inquit Guido Cauliacensis li. 3. ca. 3. uena amputata reuellitur ad alterutrã partem, alterutrũ, et occultatur et tegitur à supincumbente carne et cute. Neruũ item punctum sæpe cogimur transuersum incidere. Quandoquidẽ nerui ac chordæ punctio, ꝑpter exuperantem sensum, et quia pars origini est cõtinua (continuatur enim principio) prompta est, ad neruorũ conuulsionẽ excitandã, ac tum præsertim cum nihil extrorsum expirat, obcœcato cutis uulnere Gal. ca. 92. Art: Medic: Et Auicen; li. 4. Fen. 4. Trac. 4. ca. Crebrius fit necessarium: inquit: neruũ penitus præcidere uel uulneratũ uel punctum, et hinc quies proueniet, et prauorũ accidentium ansa amouebitur. Et infra li. 6. Præcisio nerui secundũ transuersum, parua est periculosior, q̃ si totus incidatur, siquidem nõ omnino dissecti affectũ referunt ad cerebrum, id quod facere nequeunt iam præcisi, et si membri omittitur operatio. Vbi enim quod li. 4. c. 6. huius Metho. Gal. testatur: tendones et nerui et carne uacua atq; ossea loca sunt, hic doloris, uigiliarum, cõ-

uulsionis & delirij periculum instat. Scribonius etiam Largus scribit punctus neruorum musculorum periculosissimos esse, & uocari νύγματα. Quæ tamen sine incisione aut diuisione, sanet Emplastrum uiride Gliconis, quod Isis appellatur, Cyprio oleo dilutum.

Vlcus sanamus, luxationem insanatam relinquimus. Idem hoc libro 4. huius Methodi largius docebitur. Auicen. quoq; Dislocationem compositam cum uulnere, dolore, aut apostemate adserit esse difficilē & periculosam, atq; iccirco membrum aliquando permitti irreductum.

CAPVT. X.

Ergo Phlegmone urgetur ulcus & quod putrescit, & quod exeditur:

PERSPICVE TRADIT HIC GALE. QVI sint affectus, in tractatione de ulceribus, compositi. Nempe phlegmone iuncta ulceri putrescenti, aut exeso, aut gangrenoso, aut erysipelatodi, aut canceroso, aut dolenti aut indolenti &c. Indoctis Empiricis fortaßis autem condonandum, si ulcerum eas differentias nominent. Cum non sint differentiæ, sed affectus compositi. Nam quod consistere seorsum & per se potest. Id non est alterius differentia. Sicut ulcus, Phlegmone, Gangræna, & putredo, per se singula & seorsum consistere possunt. Magnitudo autē, ulceri accidit, propteraq; ex numero differētiarum censetur.

cuius farinæ sunt & paruitas, æquabilitas, inæquabilitas, tempus & figura.

Caput ad effugiendam in rebus deceptionem est, ut definita oratione utare. Sic factum est ut magnam confusionem paulo supra nostrã ætatem confusa differendi ratio in omnibus disciplinis peperit. Ex nouis enim illis uocularum fictionibus, ad cuiusq; delirantis nutum excogitatis, tanquam ex equo Duratæo, tot nobis uiarum & sectarũ choragi prosilierant. Quorum dictio uniuersa cum nec Græca sit nec latina, uideri potest nõ iniuria: cunctis iam lucem recipientibus studijs: taxata ab eruditis, atq; ad Cynosargas relegata.

Si ulcus magnum fuerit in fundo aperire magis expedit. Huc alludit Galenus capite nonagesimo Art. Medic, cum dicit. In eo quod sequitur tempore per suffluxiones habetur. Ipsam uero suffluxionem ex eiusdem, & contrarij loci diuisione, & figura opportuna comparandam. Interpretatur hunc locum, cum in Diatriba Medicorum publica diuersaretur Vulphangus Ephelios, exactißimi uir iudicij atq; eruditionis incredibilis, illustris. Boiorũ principis Ludouici à medelis: Per figuram opportunam intelligendum esse quod osculum uulneris debeat semper deorsum uergere, profunditas sursum uersum, ut ichores non cohibeantur ab effluxu. Quamuis in secundo ad Glauconem curatum uulnus dicat, cuius sinus profundus fuerat

iuxta genu pedis, ostium autem coxam uersum, quod sublato genu, habebatur decliuius. Brachiũ uero nullo labore, similem situm torquendo reclinandoq́; recipere posset. Guido Cauliacius lib.3.tracta.1.cap.3.adstipulatur his uerbis. Relinquendum est in decliui loco orificium iustæ amplitudinis, per quod excernatur sanguis et sanies, ubicunq́; illa in toto sinu ulceris oborta ueniant proliciendа.

Id insuperioribus est dictum. Differet de hoc amplius lib. 14.cap.5. Dicetur quæ uel similarium corporum uelut instrumẽtalium indicatio est insequentibus lib.5.cap.5.& lib.13.Tom.3.cap.1.

SCOLIA IOANNIS AGRICOLAE MEDICINæ professoris in librum Quartum Therapeuticæ Methodi Galeni Medicorum omnium facile Principis.



IBRORVM OMNIVM HYpotheses exposuimus in generali nostra Perioche, quam præfiximus libro omnium primo. In quarto enim libro disputabit Gal. de ijs affectibus qui ulcera cõmutare & maiora reddere plurimum solent. Cumq́; his tradentur internarum caussarum curationes. In uestibulo au-

tem libri continuitatem solutam non idem per totum corpus nomen sortitum esse insinuat. Verum peculiaria nomina imponit unitatis diuortio in carne, osse, neruo, ligamento, uasis & musculis. Ad hæc diligenter attendere docet, ut simplices affectus à compositis discernantur, considerenturq́; quinam & quot numero eiusmodi adfectus coëant. Ad ultimum colligit sub compendio ægre sanabilium rebelliumq́; ulcerum species in hunc modum.

Vlcera ægre sanabilia fiũt, aut	Propter ulceratæ carnis intemperiem cum subdita caro naturæ modum egressa est, aut	In qualitate sola.
		Cum accessorio quopiam timore.
	Ob confluẽtem humorem qui cõfluxus bipartitus est, tum in	Confluentis succi qualitatem.
		Confluentis succi quantitatem.

Vlcus est ea continui solutio, quæ fit in parte carnosa, similiter etiam uulnus.

Catagma est fractio quæ fit in osse. Nam Aristophane Grammatico in Plutum teste ἄγειν σημαίνει καὶ τὸ φέρειν, καὶ τὸ συντρίβειν ἀφ᾽ οὗ τὸ κατέαγε καὶ κατεαγὼς ἐστὶ παρ᾽ ἰατροῖς κάταγμα τὸ τῶν ὀστῶν.

συντριμμα, hoc est, Αγειρ significat et ducere et confringere. Vnde est, fregit et fractus. Et apud Medicos Catagma qđ' est oßium fractura. De qua ad finẽ libri de Morbo: Cauſ: hæc leguntur. Fractionẽ aut Cariem uocant in oſſe ſolutam continuitatem. Nomen aũt teredon, ideſt, caries, litera è abũdare uidetur, quippe quod à tremate, ideſt, foramine deriuatum creditur (τρέω enim ſignificat perforo) perinde ac ſi tredo quædã, id eſt, foratio ſit. Oritur aũt ubi acries humores oſſa erodunt. Primũ uero aſperitati oßis caries illa ſubijcitur, procedente aũt perforatione, ubi ueluti foramen quodam iam apparet, tũ Teredon, ideſt, caries nominatur. Ad fracturam capitis uſi ſunt alijs nominibus, quam Rhoginen, ideſt, ruptionem appellarunt. Si uero acuto aliquo ipſi irruente & incidente ſoluatur. Eucope & Diacope, ideſt, inciſio et Hedra, ideſt, ſedes uocatur. Thlaſma uero, hoc eſt, colliſio fit, quãdo in ſeſe cogitur omnino id quod colliditur, ſub irruente extrinſecus aliquo uiolento, ualido & duro corpore. Quod ſi partis ita affectæ externa facies integra permanet, et in profundo ſunt multæ et paruæ diuiſiones, hoc Thlaſma et Thaſis appellatur. Et ſi concauitas aliqua ex hoc ictu appareat (apparet.n.ſemp) Enthlaſis dicitur, hoc eſt, illiſio. Accidit Thlaſma in carne, raro in eſſe, & non niſi in puero, oportet enim quod ita ſit molle, ut abſolutam duritiem non adſequatur. Rhegma autem, hoc

est, ruptio in carne, & Spasma, idest, conuulsio in neruis consistens, caussam suæ generationis habent repentinum, inæqualem & ualidum motum, in corporibus præcipue, quæ priusquàm perfricta, & ad æqualitatem reducta, atq; calefacta fuerint, ad motum inducuntur. Opitulantur non nihil huic loco, quæ Galenus libro sexto, capite primo, Methodi scripta reliquit ab initio.

Pedesis. Galenus sanguinis præter naturam excretionis caussam uniuersam trifariam distinguit. Quippe uel facultas & corporis affectus ora uasorum aperuit, ut si quis ultro è naribus sanguinem eliciat, aut ipsum uomat, aut tußiendo, aut screando reijciat, aut à sede deijciat, aut meiendo cum urina sanguinem expellat. Secunda, si sanguis ipse male affectus est, cacochymus existens: tunc enim erodit, uel adeo auctus, ut à uasis contineri non poßit. Tertia, si uasa male affecta sint, ut si molliora uel tenuiora, uel duriora fuerint: facile enim rumpuntur, uel p erosionē (Anabrosin græci appellant) eroduntur, uel secundum ora patent & hiant. Sunt qui iam dictis quartum genus addant, ipsumq; Pedesin, idest, saltum sanguinis uocant: sed non ita res se habet, quippe haud quaq̄ quartum genus est: sed uel ob exiguarum uenarum hiatum

fit, uel ad genus cruentæ excretionis reduci non debet. Quippe seri speciem refert, quale per iocineris renumq; imbecillitatem subinde euenire solet, ut uel cũ urina uel alui excrementis serum cruentũ eijciatur. Vide sextũ de Sympt: Caus: Et scholia nostra in cap. 2. li. 5.

CAPVT. II.

Ac carnis quidem imtemperies si squalens siccaq; uidetur.

ADMONET HIC DILIGENTER GAL. exulcerationis affectum tũ demũ sanari posse, ubi intemperiêi affectus iam sanatus sit, et confluentis humoris tum qualitas tum quãtitas profligata fuerit. Seriatim quatuor illa propulsare docens quæ capite superiori monstrauit, quoad durent in afflicta ulcere particula, ægre sanabili ulceri plurimum fomenti præbere,

Posca Medicorũ auribus Oxycrato Græco nomine magis adsueta est. Apud ueteres multi usus potus erat ex aquæ & aceti mixtura confectus. Sic Plin. tormina sanare palumbũ ferum ex posca decoctum scribit. Quæ adeo in desuetudinem uenit, ut ignoremus hodie mixturæ eius modũ. Quidam sinistre per hanc intelligũt Loram, quem tamen omnino alium constat fuisse potum. Cõficiebatur enim uel ex decima parte aquæ, quasi musti expressa sit, & ita nocte, et die madefactis uinacëis, rursusq; prælo subiectis. Secundum genus tertia parte

eius, quod expressum sit, addita aquæ, expressoq; deco cto ad tertias partes. Tertium fecibus uini expressum, quod fecatũ appellat Cato. Bibebatur autẽ ab antiquis mulieribus, à Græcis Deuteria quasi Secundaria dicebatur. Vide Pli. li. 14. cà. 10. Columellã li. 12. ca. 40. Et rursum alium pro familia potum describit. M. Cato de re rustica cap. 104.

De ijs quibus partes quæpiam abundant deficiuntuè, alibi sermo erit libro uidelicet 14. cap. 16.

Varices supra exulcerato loco prius sanabimus, & postea ulcus. Varices, uaricæ et uariculæ uenæ sũt plus æquo intumescentes in temporibus, uentre, testibus, inguine et potissimũ in cruribus. A. Gel. & Pli. li. 11. teste, in cruribus uiro tantũ tumescunt, mulieri autem raro, et quæ nimio labore nascuntur. Curam horum absolutam reperies lib. 13. ad finem.

Etiam qui ex liene aut alia notabili parte laborant ipsa prius curata post ad ulceris curationẽ accèdemus. Sic Hipp: 6. Apho. 8. Hydropе corpore affecto, ulcera in corpore facta difficulter sanari scripsit. Aqua aũt intercus locum habere nequit, nisi notabilis quæpiam particula doleat, unde immoderantia humoris effusi ad cicatricem uulnus perduci prohibet priusq̃ particula sufficienter exiccetur.

CAPVT. III.

Iam illud quoq; diffiniri tempestiuum.

MVLTIIVGA ERVDITIONE EXPLOdit Gal. opinionē illorū, qui in quouis affectu quantulocūq; putāt sibi prænoscendas esse Primitiuas (Græci procatarchontas appellant, quasi præmitiatrices dicas) caussas. Quippe cū rei præsentis sit curatio, superuacaneū est caussam, quæ morbū quemlibet efficit, inquirere, nisi iam etiā faciat (quā caussam constanter medici Neoterici coniunctam appellant.) Sic.n. simul quod iam factū est curabimus, simul quod adhuc facit, facere inhibebimus. Sunt equidem ad noscendos affectus aliquæ externarū caussæ inuestigādæ. Alludente ad hoc Hipp: li. 6. Epidē. Tomo. 3. apho. 26 Contemplari, dicens oportet caussas unde cœperint ægrotare, siue capitis, siue auris, siue lateris dolor fuerit. Vbi uero præsentis affectus nihil latet, nulla iam externæ caussæ est utilitas.

Castoreum Castoros orchin, hoc est, Fibri testiculū Græci uocāt. Habet hoc in uniuersum multiplices usus. Nam ut extat li. 2. ca. 23. apud Diosco: uim contra serpentes obtinet, sternutamenta cit olfactu. Cum pulegio P. drach. 2. potū menses secundasq; trahit, et fœtus ex utero pellit. Bibitur contra lœtalia uenena, præsertim contra Ixiam (quod non est uiscum, sed uenenū ad radices chameleontis proueniens. Viscum autem magnā utilitatem medicationibus præstat) calefaciendi uires habet. Allicit pisces ad capturā, præsertim haleces, ubi

rhetia uiroso castoreo illita fuerint. Fibrum autem præcipue pontus alit. Poeta. 1. Georgicon

Mutant Chalybes nudi ferrũ uirosaq; Pontus
Castorea, Eliadũ palmas Epyrus equarum.

Et Persius satyr. 5. Auaro loquentem facit Auariciam Isthoc uersiculo.

En quid agas rogitas ? en Saperdam (piscem aut conchãm mali saporis)
Aduehe, Ponto
Costoreum, stupas, ebenum, lubrica Coa.

Andræas tamen Alciatus, iuris ueluti oraculũ quoddã Delphicũ, poetã per castoreũ intellexisse scribit, tincturæ speciẽ. Suidas. n. dicit esse κασόριον εἶδοσ βαφῆσ ἀπὸ τῆσ κογχύλησ, hoc est, Castorium speciem esse tincturæ ex cõchylio. Inde equidẽ est et purpura. Vide Pli. li. 6. ca. 21. et li. 32. ca. 3. In hac Meth. li. 11. ca. 18.

Cantharon Græci Scarabeum, sed Cantharidem simile, minore tamen corporis mole, aliud animal appellarunt Diosco: li. 2. ca. 53. cantharides lectas in segete frumentacea seruandas esse dicit. Quarum uires sunt excedere, exulcerare, et in summum corpus calorem trahere: Quare medicamentis miscentur concrescentia, lepras, & asperiores impletigines sanantibus. Cæterum in interiori usu à cunctis damnandas esse intelliget facile quisquis eiusdem authoris capi. 1. lib. 6. uel per transennam intuitus fuerit. Eis enim qui hauserint Cantharidas ab ore usq; ad uesicam cuncta cro=

di ſcribit, pici ſimile aliquid in guſtu obuerſari, præcordia à dextra parte inflammari, urinæ anguſtias fieri, per quam ſæpius ſanguine feratur. In procinctu quoq; adeſſe defectus animæ, faſtidia, uertigines, & mentis alienationes. Quoniã uero hodie nõ omniũ concors eſt ſententia alijs caudam & alas abijcientibus, alijs autẽ corpus ipſum Cantharidis ueneni arguentibus, noſtro conſilio deuorandas nemo dabit unquam Cantharides. Vſu uenit enim ut quidã infœlicẽ in hac re experti ſint audaciam, curandũ igitur ne ſubinde peccẽt grauiora.

CAPVT. IIII.

Non eſt igitur de nominibus miſere contendendum.

EX VLCERIBVS DIVTVRNIS (QVAE præſtat non diuturna, ſed Cacoëthe & contumacia uocaſſe) nulla curatio inuenitur, ſicut neque à recentibus, nec omnino in ullo morbo à tempore indicatio ſumenda eſt, ſed, ab affectu potius, quem ſanandum propoſuiſti. Alioqui excideres à morbo ſanando, & ſoli tempori, ſoliq; numero dierum, contra omnem rationem inſiſteres. Neq; influxione quæ Cacoëthe dicitur labra exulceratæ partis ſemper excidenda ſunt, ut ſi malum proueniat ex cacochymia uel Plethora totius corporis. In quo pudendo errore rurſum falſus eſt Theſſalus. Si uero ulceris labra dura, calloſa, liuida & nigra ſint tum excindi poſtulant. Quod &

opilio quiuis nouit. Nec post incisionem, ut recens uulnus curari potest, ut uoluit Thessalus: Quia ulcus Cacoëthes statim etiam cauum est, utpote ex rosione natum, hæc autem adduci uiolente sine excitata Phlegmone non possunt. Contraq; artis præcepta primum rubrificantia ex semine sinapis adhibenda censet Thessalus, & postea totum corpus à superuacuis liberãdum. Cum contrarium potius sit moliendum. Ad extremũ (complectitur enim præsens caput sex folia) indicat, quæ sit uera Methodus, atq; à qua generali indicatiõe in quo uis morbo auspicandum esse censeat.

Cacoëthes est ulcus maleficium dolosum contumax & rebelle, quod omnibus rite decenterq; factis non tamen aut uix sanatur. Definiunt alij quod ui sua grande difficileq; est, aspectu autem debile & ignauium, & quod malo dolo fallat. Sunt enim κακοηθεῖς homines simulato maleficio nocentes. Paulus contumacia & cicatricem difficillime contrahẽtia ulcera cacoëthea appellat: quæ etiam Chiroma & Telephia dicũtur, quasi Chirone curatore indigentia. Et quod huiuscemodi ulcere diu uexatus Telephus, non aliter quam ab ulceris authore Achille noua quapiam medicina excogitata potuerit sanari. Zenodotus uult Chironem in bello aduersus Centauros ictum ab Hercule, uulnus immedicabile accepisse in pede, unde & perierit Paroëmiographus in Chiromo uulnere.

Principio à uomitione per radiculas facta. Radiculam Græci Raphanon appellant, præsertim satiuam. Aggrestem enim Raphanũ Armoraciam potius, & à cornu forma & longitudine κέρας dictam inuenimus Raphanus bonam fecit aluum, sed opportet à cibo eam sumere, & magis digestioni confert. Præsumpta enim cibum in stomacho supra se suspendit, & tunc uomitionibus accomodata est. Cortex Raphani ex aceto mulso sumptus maiore efficatia ad uomitiones est. Vomitorium etiam semen Raphani est, urinam cit & cum aceto lienem minuit. Dioscorides libro secundo capite 103. Itaq; propinant hodie præceptores nostri Raphanum in ciendo uomitu, his formulis utentes, ut ubi in stomacho materia aliqua sit non omnino crassa neque tenacißima. Recipiunt aquæ in qua decoctæ sunt radices Raphani uncias quatuor, Oxymelitos se. unciam unam iubentq; ebibi illud sub aliquanto tempore. Neq; hæc sunt aliena à mente Gale. hæc enim lib. septimo capite undecimo huius Methodi, scripta reliquit. Si ad uomendum sunt idonei, non inutile sit per radiculam ex Oxymelite uomere. Quod si ualidius uomendum censeant. Recipiunt sem. erucæ, aneti, atriplicis, raphani ana drach. 1. calamenti quantum dimidium pugnum opplet. Coquunt in aqua quantũ satis est. Ad cuius unc. 4. addunt Oxymelitos unci. dimidiam. Aut ueratri frustum immittunt in radicem Raphani,

cumq; aliquandiu ita infixum sinas, uel etiã decoquas, Raphanus fortius citabit uomitum. Veratrum autem si ægrorum saluti consulis, temere nunquam pro uomitorio solam administrabis. Radicula altera est, quæ lanaria herba & struthion appellatur in quarto ordine calida, qua fullones in purgandis lanis utuntur. Et ferè tantum radix est. Enasciturq; ex terra graminis modo quinq; folijs, quasi ex geniculis in unum collectis, ex quibus coliculi cum floribus prodeunt.

Cacochymia. Repletio, obmißis neotericorum confusis hallucinationibus, ita diuiditur, ut altera referenda sit ad uasa, altera uero ad uirtutem. Ad uasa secundario dissecatur, in Plethoram nimirum & cacochymiam. Plethora est hæc plenitudo & succorum abundantia, ubi æquabiliter inter se humores & succi sunt adaucti. Cacochymia uero ex etymo succorum uitium sonat, fit cum flaua bili, uel nigra, uel pituita, uel serosis humoribus refertum est corpus. Repletio autem ad uirtutem est quæ prægrauat uires, ut si quis sese non ingurgitet, sed pauxillum cibi qui bonum humorem generet, assumit. Hunc tamen uentriculus per debilitatem suam non poßit concoquere. Hæc repletio uirtutem grauat, nec quisquam persuadebit nobis hanc esse Plethoram, ut quæ maiorem humorũ ex æquo abundantiã desideret: neq; Cacochymiã, quia ex hypothesi boni succi cibus uentriculo est suppeditatus.

Non dißimulandã hanc præceptoris nostri Petri Burckardi sententiam putauimus, qui primus nobis contra quosdã barbariẽi atq; inconditæ latinitatis architectos Repletionũ nomina confundentes, enormẽ errorem detexit, repletionem ad uirtutẽ scilicet cacochymiam nominari, id quod modis omnibus pugnat cũ Gal. sententia, quæ suppetit examussatim ex hac Methodo, et li. de Curat: per sang: mis: ex interpretatione aphor: 17. lib. 2. Iam quæ cuilibet harum repletionum debeatur curatio lib. 13. tomo. 2. ca. 3. non sine eximia tua fruge, edocebere.

Oculum recte curare ante totũ caput non licet, nec hoc ante totum corpus. Adstipulatur Hipp: in li. de Curat: ulcerum. In quocũq; ulcere Erysipelas supuenerit, purgatio totius corporis est adhibenda. Thessalus aũt frigidißimo errore ordinẽ remediorũ inuertit, qui prius partis remedijs utendũ statuit, q̃ totum corpus præpararetur. Nam hoc insignis inscitiæ argumentũ est, nescire quod totũ corpus uacuũ, purũq; ab excrementis ante sit reddendũ, q̃ ulla pars ualentibus remedijs sit subijcienda. Post infœliciter ipsius Cacoëthus curã instituit Thessalus: quãdo uariæ gestationes uociferationes & exercitationes nõ cacoëthes possunt sanare, sed tantum Cachexiam, hoc est, malũ corporis habitũ.

Diatritarios nusq̃ proscindit Gal. quorum stupiditatem alibi dicit ne Mercuriũ, ipsum cũ Musis sanare

posse,

posse, eo quod dira carnificina inediam tollerando, authore Thessalo, triduũ transmittere cogebant. Horum totum institutum lib. 8. ca. 2. & 3. Et lib. 10. ca. 2. et 3. omnino extinctum atq; sublatũ est: consulto igitur non sumus loquaciores. Primũ enim in quarto cibabant febrientem, post in sexto, mox in octauo, deinde in decimo. Talis equidem erat ipsorũ cibandi formula. Prima quidem cibatio post primã diatriton, reliquæ alternis diebus. Vnde necesse est febrientem si ita cibetur in Hecticam incidere infra lib. 10. cap. 6.

Συγκρίνεσθαι misceri significat, διακρίνεσθαι autem discerni, μετασυγκρίνεσθαι roborare. Vnde est, illa Asclepiadis et Thessaliorũ Μετασύγκρισις, hoc est, patientis particulæ, uel etiam totius corporis corroboratio, in uerbis nudis potius, q̃ in rebus ipsis habens cõsistentiam: sicut ipsa quoq; μεταποροποίησις idest, exiguorum meatuũ status immutatio: ab ijs effecta, qui cũ eiusmodi nomina proferunt, quid sibi uelint, nec ipsimet intelligunt. Qui tamen desiderio Metasyncriticorum pharmacorũ tenetur, reperiet aliquot cõpositiones illorũ apud Aetium, in calce Sermonis 12.

CAPVT. V.

Quæ uero sit ulcerũ ut ulcera sũt curatio.

ELEGANTISSIMA IVXTA AC COPIOsissima phrasi Gal. diuturni ulceris curam ad artis regulã: explosa ruditate Thessalia: ostendit.

Cæterum uel Hippo: patrocinio, desiccationem miram cõmoditatem præstare curando uulneri. Siquidem maximã hoc medicorũ numen, ait, Si qd coire nequit, huic humecta caro in caussa est. Quod institutum tam aperte, tum rationibus, tum senis authoritate stabiliuit, ut neutiquam alterius ope egere uideatur. Est igitur, ut fidelibus tuis luminibus fidas candide lector, recta caput hoc auide deuoraturus, quo relecto firmam ad curanda ulcera basin constituisse tibi fœlix uidebere.

Ecchymosis uel Ecchymoma est sanguis collectus in loco contuso. Latini appellant suggillationes Sugillata & liuores Paul. li. 4. cap. 30. describit hoc modo. Carne, inquit, sub graui aliquo pondere illapso, contusa, exiguisq; in hac uenulis discretis ac ruptis, sanguis cum saltatione effunditur, unde sub cute coaceruatus constitutionem inducit, quã uocant Ecchymoma, hoc est, sanguinis in parte contusa coitionẽ, de cuius tũ ibidem Paulus, tũ cap. 7. huius lib. 4. Gal. exacte disserit.

Enhæmomon medicamen est quod glutinat, sic appellatum à cruento & sanguinolento etiamnum uulnere, αἷμα enim sanguis est Græcis. Applicatur autem recentibus, & cum nullo alio affectu coniunctis simplicibusq; uulneribus. Reprimit autẽ inflãmationem atq; illius impetum minuit, glutinat & cicatricem inducit. Constat ex medicamentis non pinguibus, quo nomine Alyparæ appellantur. Vide Cor: Cel: li. 5. c. 19. Opti-

mum ex ipsis est, qd' Barbarũ uocatur de quo Gal. lib. 5. cap. 8. meminit: Quod habet æruginis rasæ P. denariorum 12. Spumæ argenti P. dena. 20. Aluminis, picis aridæ, resinæ, pineæ aridę, singulorũ P. dena. 1. quibus adijciũtur olei & aceti singulæ heminæ Gal. quoq; li. 2 ad finẽ de Comp. Medi. κατὰ γένη. Barbarũ quo utor inqt. R. ceræ, picis, resinæ, bituminis, thuris singulorũ dena, P. 200. olei heminã. Alia plurima ibi. delineauit

Tetrapharmacum emplastrum quoddã dictum est, eo quod ex quatuor medicaminibus constat. Adnotauit autem huius confecturam Romani eloquij candore perfusus Medicinæ, Latinorum architectus egregius, Cor: Celsus lib. 5. cap. 19. Puri mouendo, inquiens, nõ aliud melius, quã quod expeditißimũ est Tetrapharmacũ. Habet autẽ pares portiones ceræ, picis, resinæ, seui taurini, si id non est, uitulini. Idem lib. 6. cap. 18. hoc emplastrũ leniter curantibus medicamentis adsignat. Scribonins Largus compositione 211. resinã frictam, & adipem taurinum apponit, uocatq; nigrum uel aristi Chirurgi. Gal. infra li. 5. cap. 10. Tetrapharmaco augeri putredinẽ dicit, utpote qd' siccare ulcus nequeat, maturare aũt Phlegmonẽ poßit. Vsus ipsius aliqua demonstratur etiam lib. 13. Tom. 2. cap. 2.

Verbascũ Græci φλόμον appellãt. Cuius duplex genus est cãdidũ, et nigrũ. Rursus in cãdida alterũ fœmina, alterũ mas ẽ. Adstrĩgit utriusq; radix, ideoq; cõtra

Diarchiam utiliter in ſorbitione datur. Eius decoctum ruptis, conuulſis, contuſis & tuſsibus antiquis ſubuenit. Imponuntur & ſyderatis ulceribus ex melle aut uino, ex aceto etiam ulceribus medentur. Dioſco. lib. 4. cap. 95. Pli. lib. 25. cap. 9. & 10. Simon Gen. taxium uel Taſſum Barbaſſum ab officinis hanc herbam putat appellari.

Trifolij uarias ſpecies Hieronymus Tragus primi nominis Medicus, in cenſuris herbarum quarundam, ad Oth Brunfelſium grata breuitate complexus eſt, cuius uerba commodum huic loco uiſum eſt adſcribere. Noui ego, inquit, plus ſeptem genera Trifoliorum. Pratenſia duo, maius & minus. Campeſtria duo, ſingula ſingulis floſculis ornata. Noui inſuper genera duo cæteris & caule & flore humiliora. Quorũ alterum etiam pueris nota herbula adblãdiente lutheo flore, ideomate noſtro haſenpfetlin, alij Leporinũ hoc genus uocant. Eſtq́; aliud folium ſylueſtre candido floſculo ego ſuſpicabar id eſſe Oxytriphyllon. Noſtri ſaurkle, Gauchkle, Buchampfer, uocant. Dioſco. ſamſuchum appellat trifolium lib. 3. cap: 42. Licet de Trifolio ſcripſerit caput proprium lib. 3. cap. 116. Meliloton Dioſ. interpres lib. 3. cap. 43. & Plin: lib. 21. ca. 9. Sertulam campanam appellant. Cæterumq́; eſt Meliloton genus eſſe trifolij acuti, an illud ſit quod uocant Steinkle, penitus neſcio. Certe uulgus medicorum ita

interpretatur. Trifolium arbitror esse uocabulum cō-mune siue pratensium siue campestrium. Quoties legã simpliciter trifolium de pratensi semper & communi trifolio intelligam. Hæc Tragus.

Epipetron quidam à similitudine lentis, quã refert Phacoides appellant. Græci uero Empetron. Nascitur maritimis montanis locis gustu salsa herba, & quo magis ad aridam à mari concessit eò amarior est, datur in iusculo aut aqua dulci bilem pituitam & aquas purgans. Dios. lib. 4. cap. 170. Saxifraga autem alterius generis herba est, quanquam Plinius inconcinne misceat & confundit.

Polium montanũ quod & Teuthrion uocatur, exiguus et gracilis frutex est, colore cãdido, palmaris longitudinis, semine plenus, habet in summo corymbi figura capitulũ paruũ, cano hominis capillo simile (unde quoq; poliũ dicitur, πολιὸσ enim idẽ quod canus & πολιὰ canicies est) grauiter. n. suauitate aliqua odoratũ. Alterũ fruticosius, sed nõ tam ualido odore et uiribus minus est efficax. Bibitur cõtra uenenatorũ morsus utriusq; decoctũ. Emplastri modo impositũ uulnera glutinat. Dios. lib. 3. cap. 116. Tripoliũ autẽ multũ differt á polio, utcunq; Plin. dissentiat, huius enim folia (quod Plin. falso tribuit Polio) mane cãdida, meridie purpurea, uespere puniceo colore fiũt, apud Dios. li. 4 ca. 126. Pandulphus Collinutius Tripoliũ cõmuni usu

Trifolium marinũ Turbitellam, Soldanam atq; insup Ficatellam uocari scribit, quod epaticis, idest, ficato laborantibus afferre præsidiũ potest, nascitur plurima in Hetruriæ maritimis. Huic Iacobus Cornetanus singulare uolumen dicauit, egregiasq; eius laudes epaticis cecinit. Gentilis quoq; in consiliorũ libro qua parte Hydropis remedia colligit, admirandas huius herbæ uires tradit. Et (ut ipsius quoq; afferam uerba) a tota inquit specie confortat epar, et ab eo educit aquã, quæ duo quasi basis in cura sunt hydropis.

CAPVT. VI.

Verum rursus ad Hippocratẽ reuertor.

EVOLVENDVS EST PER QVAM ACcurate hic locus uniuersus de purgatione et phlebotome quatenus ex morbi magnitudine expetuntur. Nã Isotheos ille Hippocrates primus hanc quoq; indicationem adinuenit, quæ ab affectus magnitudine est petenda. Vt si ualidus morbus sit cum uirium robore tametsi redundans non sit, sanguis mittendus est, pueris tamen exceptis. Ad eundem modum purgatio propter alicuius alterius q̃ uitiosi succi abundantiam, sed morbi uiolentiã adhibetur. Hic tamen potissimũ de purgatione, aliàs uero de phlebotome dissertabit.

Decerpere ex hoc loco potes missionis sanguinis uicaria opera, rem admodũ gratam ijs qui natura abominantur uenæ sectionẽ. Enumerantur. n. hæc septẽ:

cibi parcitas, inedia, soluta aluus, purgatio, frequentius balneum, exercitatio, multa frictio.

Peritoneon. Non pauca uentris imi nomina paßim perperam explicata à literatoribus multũ perturbant studiosorũ animos: uisum igitur est ea sic distinguere. Anteriores & laterales uentris infimi partes latinis dicuntur sumen, abdomen, ἐπιγάστριον, Hetron et Arabice Mirach, hæc enim penitiori significato idem portendunt. Altera uero membrana interna tenuis et dura quæ à nostris Siphach arabico nomine, à Græcis Peritoneon dicitur. Locus autẽ qui est inter pudenda et podicem nõ peritoneon (q̃uis hoc nomine efferatur à Syllano et plærisq; pragmaticis medicastris) sed perineon dicitur, famosus delectionis puellorũ gratia in re uenerea, ut extat apud Antonium Guemerũ lib. de utero cap. 24. Quo alludit Naso impudens in lib. artis scortandi, ubi de offitioso digito osce loquitur, quod carmen ut impurum & obscœnum obturatis auribus præteruehimur. Omentum eiusdem monetæ uocabulum à barbasculis Zirbus, ab Italis & Germanis rhetis appellationem sortitur: componitur & duabus pelliculis & multa pinguedine, supra intestina antrorsum extenditur à uentriculo usq; ad inguina: iuuat digestionem & præmollit excernenda recrementa. Omasus uero quo Flaccus aliquot locis utitur bubulũ intestinum est: uel secundum Acronem caro bubula.

Sic autem ſcribit Poeta Epiſtol. 15 de ſcurra & deco-
ctore Mænio.

Hic patinas cænabat Omaſi

Vilis, & agnini, tribus urſis quod ſatis eſſet. Qui hæc non ſatis tenuerit, is Græcæ medicinæ delicias Actium lagat Sermone 9.cap.43. Et Sermo.10.capi. 4. Et rurſum Sermo.11.cap.27. & paucißimis ſcriptis, nubilum hoc illuſtratum iri ſentiet.

At ſi iam fluxio reſiſtit atq; in membro adhæſit purganti medicamento promptior acceſſus et attractus erit, è uicino, hoc eſt, ad latus deriuando. Ὁ μόψκφοσ eſt Hipp.lib.Epidem.6.Tom.6.Aph.7, Dolorum pro imũ uentrem purga. Quibus uerbis abuttũtur qui per incogitantiam ſuã, nondum reſiſtente fluxione, in doloribus quibuſuis arbitrantur nunq̃ non, contra dolorem machinas pharmacorũ cominus & è propinquo admoliendas eſſe. Cum tamẽ lib. 2.ad Glauca: 7.idem nobis Gal.occinat, dicẽs fluentiũ humorũ retractio: ſic enim Hipp.nominat, eorum autem qui iam membrũ obſederunt deriuatio medela eſt. Quod negotiũ nonnihil attingimus lib.13.cap.5. Et lib.13.Tom.2.cap.2. Cum uero reliqua oĩa planißime ob oculos ponat, nõ eſt ut te cãdide anagnoſta uerboſa ecphraſi detineã. Ex hoc tamẽ loco haurias licebit, illud magna animaduerſione dignum eſſe, quodcũq; Hipp.nõ uno in loco, ſed iterum atq; iterum inculcauit, qualis eſt hæc præclara ſenten-

tia. In Medicatiōibus talia educere de corpore, qualia purgari oportet &c. extulit. 1. Aph. 1. & 25. libro 4 Aph. 2. & 3. Item 6. Epidem. Tom. 4. Aph. 10. Conſectancū igitur eſt: quod hic infert Gal. ut ſi expediat in uulneribus ſanguinem effluere, non aūt effluxit, qd' de eſt medicus adijciat, naturæ eximie ſtrenuus imitator.

CAPVT. VII.

Nam abſolutus ſermo de hoc genere indicationis.

INDICATIONES VLCERIS CVIVSQVE ſuperiori libro conſideratas abunde accepimus, quo nos inhortatur Gal. Differentias uero illorū cō memorauit lib. 3. cap. 9. Eas uero quas opportet inuenire à poſitu, farina, acumine aut hebetudine ſenſus, cū in hoc capite, tum lib. 7. cap. ultimo requirito.

Chalaſtica pharmaca relaxantia Græci uocāt quæ humectant calefaciant relaxando remittendoq; mitigant. Conſule ſcholia noſtra lib. 13. Tomo. 2. cap. 3.

Gulæ ulcera per medicamenta curātur non tota ſimul, ſed paulatim abſumenda, quoniam ex tranſitu & contactu uulneribus, quæ illic ſunt, utilitas accedit. Ad de quod craßiora hæc & magis lenta ſint adhibenda, ut adhærere & undiq; quaſi concreſcere & adglutinari poßint. Ob quod iuniores hæc potißimum Hebraico nomine Lohoc appellant. Lingua einm Sancta Lahak uſurpat, pro eo quod latine eſt linxit.

Hypocisthida & Ladanum Matt: Syluaticus eundem succum facit, id quod non laboriose ex cap. 157. et 158. colligitur. Qui uero penitius Diosco: li. 1. cap. 111. 112. 113. introspexerit, reperiet inter hæc aliquod saltem discerniculũ. Cisthos enim petrosis locis nascitur, frutex ramosus & fuliosus, nec adeo grandis, folia habet in orbẽ circinata, nigra, hirsuta, flores puniceæ figuræ, habet uim adstringẽdi. Hypocisthis nascitur ad radices Cisthi, triplexq; reperitur, ruffa, candida, & uiridis, acaciæ modo succus colliditur, habens easdem acaciæ uires, maiore tamen adstringendi et siccandi ui est præditus. Sed & alterum Cisthi genus reperitur, quod Ladon dicitur, frutex Cistho similiter nascens longioribus tantũ nigrioribusq; folijs, quibus per uer pinguedo quædam, quæ adstringẽdo est inhæret, omnibus quibus et Cisthos accomodata. Folia eius pascentes hirci capræq; pinguedinẽ barbis et fæmoribus, quoniã uiscosa est inhærentem reportant, quã depectentes mellis modo per collum liquant & seruant. Vis illi est calfacere, adstringere, mollire, & aperire. Quod Cistho adnascitur cytinos Paul: appellat Hypocisthidem autẽ ex his expressum succũ. Diosco: uero Hypocisthidem quod adnascitur & cytinos uocari dixit, hic natiuam rem, ille humano opere ex eadẽ expressum in medicinæ usum remediũ appellans, quod, ne quid alicubi hæreres admonendum diligentius censuimus. Cytinos quoq;

CAPVT.VII.

Punicorum ſatiuorũ flores Græci priuatim uocant, et ipſos, adſtringendi, ſiccandi reprimẽdiq; uim habẽtes, cruenta glutinantes uulnera. Exprimitur aũt Hypociſthidos modo ex floribus punicorum ſuccus. Dioſco: lib. 1. ca. 131. Ladanum eſt utraq; uirtute præditũ molliendi uidelicet & repellendi, ut ulcera emolliat, et inhibeat ne quid ex ſuperioribus influat: lib. 2. cap. 2. de Cõpo: Medi: κατὰ γένη. Qui plura cupiat, legat Leonicenum in erroribus. Pli. et Collinutiũ tot maledictis, quot ille in Plinium fuerat inuectus recalumniantem.

Balauſtium ſylueſtris punicæ flos, à Iunioribus medicis, quoniam ſatiua notior et cõmunior eſt, in eius tantum floribus ſeruata balauſtiorum uox eſt: Vires adſtringendi habet iiſdem omnibus accomodatas, quibus huius hypociſthis et cytini.

Samiæ duæ ſunt, quæ Syropicon, et quæ Aſter appellantur. Prioris laus ut recens ſit, et leuis linguæq; glutinoſa. Altera gleboſior, utraq; uritur, ac lauatur. Proſunt ſanguinem expuentibus, emplaſtriſq; quæ ſiccandi cauſſa componuntur, oculorumq; medicamentis miſcentur Plinius li. 35. cap. 16.

De Lemnio ſigillo idem Pli. li. 35. ca. 5. prodit hæc ἐγκωμιαστικῶς Palmam terræ Lemniæ dabant minio proximam, hæc eſt antiquis multũ celebrata cum inſula in qua naſcitur. Nec niſi ſignata uenundabatur, unde & Sphragidem appellauere, hac minium ſubli-

nunt adulcerantq;. In medicina quæ clara res habetur. Epiphoras oculorũ (ideſt copioſas deſtillationes eo cõfluentes non ſine maxima inflãmatione) mitigat circũlita. Aegylopas manare prohibet. Sanguinem reijcientibus ex aceto datur bibenda. Bibitur contra uitia lienum, renũ, menſtrua, ictus ſerpentum, et cõtra uenena egregij antidoti uires habet cũ uino pota. Dioſco. li. 5 ca. 67. Gal. Simpl: Medic: li. 9. ca. 3. & plæriq; alij Authores in Lemno montem eſſe adſeruerunt ambuſtorũ modo rubentem, ſterilem: in quẽ Poetæ è cœlo pulſum cecidiſſe Vulcanũ ferunt, ex quo terra hæc foditur, nõ procul ab Epheſtiade oppido, incolæ autem fruges aliquot piamenti cauſſa monti illi defodiunt. De hac Gal. li. 5. ca. 7. Methodi, huius ita meminit. In ipſo primo ꝓducendæ carnis tempore, quod ſuppreßionẽ ſanguinis continenter excipit, etiã Lemnia terra ſalutare auxiliũ eſt. Manardus uero mihi omnẽ huius potiundæ ſpem ſuſtulit li. 6. Epiſt. 3. hæc ſcribens. Lemnij ſigilli uix unã glebulam uidi. Quæ paßim uenditur nec facie nec uiribus uere ſimilis eſt. Galeni quoq; temporibus tam apte adulterabatur, ut à uera dignoſci non poſſet. Collinutius liuenti animo taxat, omni tamen præconio dignã Galeni in Lemnum expeditionem.

Rhoi ſuccus. Rhos uoce Græca, ſed quæ, ut inquit Plin. latinũ nomen non habet, ſignificat eum fructum quẽ Arabes Sumach dicunt, quo uſi ſunt ueteres in ob=

ſonijs loco ſalis. Hodie coriarij ſpiſſandis corijs eius ſe mine utuntur, quãobrem Ϭυςσοδ'ε ψικἡ, id eſt, coriaria Rhus dicitur. Nam et Sumach quibuſdam coriũ ſignificat. Adſtringẽdi uires folia decocta, expreſſa, iterũq; ad craßitudinem mellis eo liquore decocto. Theophra: li. 3. de plantis Pli. li. 24. Dioſco: in. 1. huius diligenter meminerunt orientales populi hodie quoq; panes ſaliunt hoc condimento unico. Gal. 8. Simpli: Medic: ex 3 ordine ſiccantiũ et 2. refrigerantiũ facit. Et li. 12. ca. 7 ad finem huius Methodi probabit uſum eius in Cholico exulcerato.

Roſarum ſuccus ex primendus eſt authore Dioſco: lib. 1. ca. 121. ex roſis recentibus, forfice prius deſecto ungue: ſic enim appellatur in imo folio pars candida: tum in mortario terẽda ſic deſecta folia exprimẽdaq;, et in umbra ſiccandus donec denſetur ſuccus. Refrigerant & adſtringunt recentes roſæ, ſiccatæ efficiacius adſtringunt.

Acacia ſuccus eſt qui exprimitur ex ſpina arboreſcenti, fruticoſa, flore et ſemine cãdido, in Aegypto primæ bonitatis. Adſtringendi refrigerãdiq; uires habet, compeſcit & fæminarũ fluxiones, procidentes uuluas, fluidamq; aluũ potus aut clyſter infuſus. Reperitur altera Acacia in Cappadocia et ponto, quæ tamen minus efficax eſſe perhibetur. Dioſco: lib. 1. cap. 124. Plinius lib. 24. cap. 12.

Cotonea cruda prosunt sanguinẽ excreantibus, dysentericis, cholericis, cœliacis. Pli. lib. 23. ca. 6. Horum plura genera repetit idem li. 15. ca. 11. Et Diosco: li. 1. ca. 136. Adstringunt malorũ omniũ folia, flores, colicu liq; præsertim cotoneæ. Adstringunt et poma, sed acerba, matura enim non adeo id possunt. Et infra. Probantur quæ uera cotonea sunt, talia aũt quæ parua, rotunda odoratissimaq; erunt, quæ Struthia uocant. Grandia autem sunt minus utilia.

Lentiscus Schœnos Grecis appellatur arbor tota adstringendi uim habens. Exprimitur succus ex radice, cortice & folijs in aqua ad multum tempus decoctis, tum à coctura refrigeratis & abiectis, rursusq; ad craßitudinẽ mellis decocta aqua. Bibitur ob adstringendi uim quam habet contra sanguinis excreationes, fluores alui, intestinorum tormina, menstrua, procidentes uuluas & sedes. Licetq; in uniuersum pro Acacia & hypocisthide eo uti.

Rubus Dios. authoritate lib. 4. cap. 34. adstringit & siccat. Bibitur ad sistendã aluum ramorum eius decoctum (sic & Gal. summorũ rubi decocto utendũ esse dicit) muliebres fluxiones cohibet, sanant Aphthas commanducata folia eius, sanant & condylomata, hæmorrhoidesq; Emplastri modo imposita.

Vicia legumine pinguescũt arua, nec ipsa agricolis oposa, uno sulco sata, nõ sarritur, non stercoratur, nec

aliud quã deoccatur Plin.li.18.cap.15. Gal: li: 2: cap: penul: de Aliment: facultat: Vicia (inquit) multis præclaris dotibus præditã eſt. Cæterum nomen hoc Biciũ id eſt, uicia, apud nos & uſitatiſsimũ eſt, & ſolũ id noſcitur. Attici uero Saracũ aut cyamũ id ſemi: appellãt.

Myrti duo ſunt genera. Nigra quæ Candidæ comparata nigreſcit. Candida quæ nigræ collata albeſcit. Altera enim nigrius altera candidius uere ſcit, præfertur autem in medicinis niger in hac herba color. Dioſ: lib.1: ca: 139. Adſtringẽdi ius et myrto eſt & ſemini, folia conciſa & ex aqua illita humidis ulceribus proſunt. Proſunt in omnes partes deſtillationibus. Myrtidanõ aũt uel Myrtida appellunt quaſi exiguã & adnaſcentẽ Myrto Myrtulã, nõ ſolũ in trũco ſed etiã in ramis, Myrto naſcẽtẽ ſobolẽ, q̃ Gal. ſcribit multo maiore in adſtringẽdo & ſiccãdo ui reliqs Myrti ptibus eſſe.

Tragacantha Lachrima paſsim Medicis in uſu eſt. Stirps ipſa in Creta (in quo nomen recepit: quoniam ſpinoſa, & Tragio quæ Cretæ peculiaris ſtirps eſt, congener & ſimilis ſit) Arcadia, Achaia & Media naſcitur. Huius ſectæ radici inhærens lachryma neceſſario in ſole denſatur: quanquã ea uerba in Dioſ. lib.3.cap.22. uel interciderũt, uel perperã præterita ſunt. Euricius Cordus qui magno labore ſimplicium Medicamentorũ hiſtoriam à craſſe ignorantiæ interritu uindicare ſolet digna erudito homine coniectura,

doctis æstimandū proposuit. Num quod officinæ appellant Gummi Arabicū, sit ne apud Diosco: Lachryma Tragacanthæ, Apud Dioscor: enim aliud non reperitur, Gummi Arabicum: historia uero Gummi Arabici apud Pandectariū, respōdet omnino his, quæ Diosco: de lachryma Tragacanthæ prodidit. Officinarū uero Tragacanthæ lachryma quod traganti appellant Pandectario teste, est gummi collectum ex Acantho cuius radices Diosco: lentore molles et mucosas esse adserit. Pandectarius etiā uires nonnullas tragacanthæ confudit cum his quæ de Acantho cōmentatus est. Gal. tamen κόμεως ἀῤῥαβίου meminit inferius li. 1. ca. 14.

Paristhmia Gal. in Anatome secius atq; Auicen: nō in faucibus sed palato loco admodū proximo, seu potius cōtiguo, et ad os pertinente posuit, ait enim. Spatiū quoddam præiacet, cōmune gulæ ac gutturi, ad quod cōmune spatium utrūq; orificium terminatur. Vocant autem spatiū ipsum Isthmū, quoniam angustum est & oblongū, præsertim cū amigdalæ inflāmatione tuimēt. Corpus autem ipsum comprehendens Pharynga, idest fauces nominăt. Quibus utrinq; unus est musculus, qui & deglutioni & locutioni obseruit. Huic isthmo ad iacent ad linguæ radicē paristhmia que & ἀντιάδεσ, idest, tonsillæ uel amigdalæ, duæ quidem manifestæ & apparentes, duæ uero cōiunctæ, his interius descendentes. In Translatis sexti Epidemiorū particulis perperā

ab indoctis

ab indoctis librarijs Parithimia, pro eo quod est paristhemia repositum est.

Catheterem describemus libro 5. capite 5.

Ecchymosis Gal: lib. 1. cap. 4. de Compos: Medic: κατὰ γένη meminit in hunc modũ. Ex casu conquassatis partibus, uel ligno uel lapide percußis, etsi ecchymosis quædam contigerit protinus ab initio medicamen (agit aũt de Diachalciteos) cõmode imponitur ex uino liquefactum, sed die tertio aut quarto oleo ueteri emplastrum liquari debet. Nam si plenius adstringantur Ecchymomata, uix queant per halitum digeri.

IN LIBRVM QVINTVM THERAPEVTICAE Methodi Galeni Expositiones Ioannis Agricolæ, Rerum Medicarum professoris.



ALENVS, QVI SOLVS SEcundum Hippocratem ad arduam Medicinarum arcem peruenit, hoc uolumine Quinto, in sistendo quouis profluuio sanguinis eloquentiã suam fertilißime explicat: et omniũ modorum erumpentem sanguinem arte retentare docet. In quo argumento ita pertentat omnia, ut uix quis quã alius tam ἀφθόνωσ, & tot proditis medicationibus in hac artis parte sit uersatus. Quibus accedit non

illiberabilior tractatio uulnerum curandorũ, quæcunq; ingruere possunt pulmoni, pectori, broncho, diaphragmati, aut cuicunq; tandem particulæ, quã spiritualiũ membrorum uenter in se complectitur.

Primo capite repetit Gale. breuiter & dilucide, quicquid superioribus duobus libris, quãto potuit uerborum rerumq; pondere & ornatu pertractauit. Adferet autem hæc Epitome haud parum momenti ad iuuandam memoriam, atq; animum sibi magis præsentẽ esse sinet. Cum late patentißima consideratio, utcunq; sibi constans, non nunquam grauet.

Atq; affigat humo diuinam particulam auræ.

CAPVT .II.

Incidit hæc non in similaribus modo & simplicibus partibus.

GALEN. QVANDO HACTENVS DE EO continui diuortio disputauit, quod in carnosis accidit partibus, & nunc de eo agere in animũ induxit, quod in arteria uena & neruo contingit, quo nomine tamen insunt alicui uisceri, aut certe parti instrumentali, usus uenit ut admoliri manum curationi non queas, ni prius sanguinem copiosius prorumpentẽ sistas. Percenset itaq; hic caussas tantum & modos, è quibus talis sanguinis fluxus originem trahere poßit.

Anastomosis. Sanguis profluit ex uena uel arteria per sui diuisionem, aut per Anastomosin, aut per Dia=

pedesin diuisio est, quæ fit ex uulneratione, contusione, ruptione, aut corrosione Anabrosin uocãt Græci, sed hæc ægritudo composita est, quoniam secum habet ægritudinem aliam in quantitate diminuta, deficiente scilicet ea parte, quæ est erosa. Et fit ab humoribus malis erodentibus, uel ab extrinseco igneam, scilicet, aut similem ei uim habentibus medicamentis. Anastomosis autem accidit propter uasis imbecillitatem, & sanguinis ad os eius impetu ruẽtis copiam, ad hæc propter acrem peregrinam qualitatem, qua reseratur aperiturue osculum uasis, quã ob id Cœl. Aurelius lib. 2. capite decimo chronion uertit Osculationem. Diapedesis (latine dissultatio) accidit, quando sudoris uice trãscolatur & transmittitur sanguis, tunica quidem ipsa rarefacta, sanguine uero tenuato, ita quidẽ sanguis exiliendo ex uenis sub cute enchymosin facit. Attigit considerationem hanc etiam Iacob: Carpus Anatomicus capite uicesimotertio De Anatome cauæ uenæ.

Escharæ sunt crustæ ex adustione relictæ, Marcellus in Dioscoride aliquoties Carbunculum conuertit, ex leui coniectura lapsus in hunc errorem.

CAPVT. III.
Ac si ex uulnere uel clamore uel casu uel contusione perruptum uas est.

HOC CAPITE GAL. SANGVINEM VVLneratæ tum uenæ tum arteriæ cohercere docet parocheteusi & Antispasi, deligationibus & medicamentis.

Parocheteusis. De uenæ sectione, quæ fit è directo iudicium hic nostrum non deponemus, facturi hoc in 13. loco prorsus idoneo. Parocheteusis itaq; uocatur auersi sanguinis ad proxima deriuati. ὀχετεύω enim idem est quod deriuo. Hippocra. quoq; libenter cognatis huic uocibus. Nam περὶ ἀέρων ὑδάτων τόπων scribit de Scytharum solitudine quadã, quod ea plana pratensis & rursum alia mediocriter aquosa sit. Quia ποταμοὶ εἰσὶ μεγάλοι, οἳ ἐξοχετεύουσι τὸ ὕδωρ ἐκ τῶν πεδίων, id est fluuij sunt in ea magni, qui in se per riuos deductam aquam euehunt ex campis. Et infra ubi regionem in conuallibus describit sitam. Καὶ εἰ μὲν ποταμοὶ ἔνεισαν ἐν τῇ χώρῃ, οἵτινες ἐκ τῆς χώρης ἐξοχετεύουσι, τότε στάσιμον καὶ τὸ ὄμβριον. οὗτοι ἂν ὑγιηροί τε εἴησαν καὶ λαμπροί. Quod Ianus Cornarius Fabio Caluo haud parum fœlicius ita reddidit. Quod si flumina extent in ea regiõe, quæ stagnantes & pluuias aquas euehant, homines ipsi incolumes ac splendidæ uiuent. Antispasis uero latine reuulsio uel retractio reddi potest, est enim auersio peccantis materiæ uel in cõtrarium uel in longinquum. Cuius auersionis rationem totam Gal. ipse hoc loci tam expe=

dite expreßit, ut, quod ille apud A. Gelliũ iactabat, nervos, ossa, & medullam penitißimam huius considerationis exposuerit nobis uidendam. Porro quoniam per exempla difficillima dogmata leui momẽto demonstrãtur, oculisq; subijciuntur, plurima exempla expendes cap. 5 quæ uel luscioso uisum prebere poterunt.

Moton Græci linthcolũ cõcerptũ, qd' uulneribus inditur appellãt. Et Emmotõ uocãt medicamẽtũ liquidũ qd', cõcerptis lintcolis excipitur, ulceribusq; inditur.

Nam & hoc Hipocratis inuentum est libro enim 5. aphor. 50. hæc scribit. Mulieri si uelis menstrua cohibere, cucurbitulam quam maximam ad mammas appone.

Mulieri inquit Hippocrates sanguinem euomenti, locus extat libro quinto aphor. 32. & 33. qui promittit Mulieri sanguinem euomenti, solutionem, quam primum menstrua erumpere cœperint. Et rursum. Menstruis deficientibus, sanguinem è naribus prolicitum bonum futurum.

Locos mulierũ, uterũ uel uuluã et uulgo matricẽ uocamus. Plin. lib. 11. cap. 37. fœminis eadem omnia præter uesicam & intus utriculũ unde dictus uterus, quod alio nomine Locos appellant, hoc in reliquis animalibus uuluam tantũ dicimus. Hystera autem secundas appellatas inuenimus omnia quæ æditũ in lucẽ infantem statim sequuntur. Chorion uero quod ante puerperium

membrana tunica et inuolucrum fœtus eſt. Ex Chorij duabus arterijs totidemq; uenis et neruo uno Vrachus conſtat (ſic appellatus quod caudæ ſimilis ſit) qui ad umbilicum fœtus pertinet, ex eo enim hæret et pendet fœtus. Amniũ quaſi a mollicie Agninum dicas inuolucrũ dicitur quod in interiori parte ad fœtum eſt. Chorion enim in exteriori parte ad mulieris locos ſitum eſt, cui umbilicus fœtus adnectitur.

Epideſin deligationis genus Gal. in hoc capite ita deliniauit, ut nulli alterius ingenio in hac re explicanda ſit ſudandum.

Reſina frixa. Coquitur reſina cum aqua pluuia in aheno. Aut crematur leuiter in prunis ſiue aquis. Poſt coquitur triduum cum ſuis noctibus indeſinenter. Vtiles ſunt coctæ reſinæ malagmatis et acopis, colorandisq́; unguentis Dioſco: lib. 1. cap. 84.

Farina tritici glutinis modo elixa linctu ſanguinẽ expuentibus prodeſt. Diſcutit inflammationes omnes in aqua mulſa, aut in hydreleo decoctus tritici pollen. Quod fit glutinandis librorum chartis aptum ex ſimilagine et polline gluten ſanguinem excreantibus prodeſt cochlearis menſura liquidum tepensq́; inſorbitione datũ. Dioſco: li. 2. ca. 76. Et Gal. li. 8. Simpl: Medi: Triticũ medicamentũ foris impoſitũ primi eſt ordinis excalfacientium, non tamen nec reſiccare, nec refrigerare manifeſto poteſt, habet uero etiam quiddam len-

toris, obstruentisq; naturæ. Porro quod ex eo conficitur Amylium, eo tum frigidius est tum siccius.

De gypso consule Diosco: lib. 6. ca. 24. Pli. lib. 36. cap. 24. cuius hæc sunt uerba. Cognata calci res Gypsum est, coquitur è lapide, ut in Syria & Thorijs, et è terra foditur, ut in Cypro. Exēplo illustri (Proculeus Augusti Cæsaris familiaris in maximo stomachi dolore gypso poto, consciuit sibi mortem. Galeni autem li. 9. de Simpli: Medic: hæc est sententia. Gypsum siccū est, insuper hoc adiunctum habens, quod est facultatis emplasticæ. Vnitur enim ipsa ad sese, et cogitur lapidescitq; macerata. Quamobrē siccis medicamētis, quæ ad sanguinis accōmodātur eruptionē, utiliter cōmiscetur: admisceo albū oui, qđ ad ophthalmias utile est, et pollinem tenuißimū farinæ triticeæ, qui in parietibus molarum residet. Excipio quod sic maceratū est, tenellis leporis, pilis, aut qui perinde molles sunt. Gypsum quoq; κεκαυμένον, hoc est, deustū, non æque emplasticā uim habet, tenuiorum aūt est partiū, & ualentius desiccat. Quin et repcussoriū est, maxiè si maceretur oxycrato.

CAPVT.IIII.

His peractis implendum carne uulnus quam primum est.

DICATVM HOC EST CAPVT CARNI regenerandæ, postq̄ erumpens sanguis restrictus est. Ad ultimū tamen Gal. admonet quādo

Escharoticis, idest, crustam inducentibus medicamentis sit utendum, et quando indubitatum malũ, hoc est, secundarium sanguinis profluuiũ, sit expectandum.

Aneurisma siue Aneurismus fit qũ aperta arteria cutis supiacens integra est. Spirituosus.n.tunc sanguis ab arteria exiens in altum cutem attollit. Paulus uulnerata arteria hoc malũ fieri dicit, quoties cicatricẽ duxerit exterior cutis, sine cicatrice tamen et aperta relicta arteria, cum aut ipsa non coaluerit, aut caro eam non obstruxerit. Cognosciq; si cũ digitis pressæ dilatationes tales fuerint, refugiat omnis tumor, redeunte in arterias omni quæ id mali faciebat materia, Auditurq́; eo tpe refugientis materiæ eius ueluti strepitus quidã. Barbari Emporisma et matrem sanguinis appellant.

Aloe nascitur in India, unde liquor ad nos affertur. Nascitur etiã in Arabia et Andro glutinandis uulneribus accomodata, sed ad exprimendũ ex ea liquorẽ inutilis. Duplex genus liquoris eius est, alterũ arenosum, et uelut purissimæ aloes sedimentũ, alterũ iocinoris modo coactum. Hæc duo genera describit Dios: Neoterici primũ genus faciunt Succutrinũ à regione succutri, nobilius reliquis. Secundũ elatũ ex Perside iocinoris modo concretũ, atq́; Epaticũ appellatũ in bonitate secundum, utrũq; uero calidũ in secessu secundo, siccũ in tertio. Tertiũ producunt Armeniæ et Arabiæ Caballinũ dictum, et est fex; aiunt: aliorũ, in medicaminibus uix

quicq̃ ualens. Io. Manardus de aloe prodit quædã, quæ uulgo medicorũ uidentur uelut paradoxa, cõmodum huic loco inserta. Aloe, inquit, non aperit orificia uenarum, dicit enim Dios. quod sanguinem sistit per ora uenarũ ani manantẽ, Et Plin. undecunq; fluentẽ. Si aperit, eò id facit, quod acres humores mouet, ut ex Gale. colligitur lib. 6. aph. 47. qđ peculiare est etiã cæteris purgatorijs medicinis. Auicen: parũ in hac parte credendũ est dicenti, quod lædat epar, sapore eius & antiquis contrariũ potius attestantibus, nisi calidũ uel siccũ supra modũ intelligamus. In stomacho confortando tantũ ei tribuit Gal. ut nulli cedere medicamini dicat, maxime si lota fuerit. Mixta cum melle, ut ratio. Gale. & experientia contestantur, maioris solutionis est, cõtra Mesueũ Bilem, et humiditates quas uentriculus imbibit, educit. Plegma uero crassum nequaquàm. Senes non nisi magna urgente necessitate Aloe utantur. Cum sit calida et sicca cauẽda magis uidetur tẽporibus calidis q̃ frigidis, nocet enĩ aloe calidæ ac siccæ tẽperaturæ.

Hæmorrhagian bifariã fieri posse deprehendimus ex hoc capite. Oboritur enim ex recenti cõtinui discissione, aut ex illius putrefactione. Quod post Vigoniũ Marianus S. Barol. folio 9. diligenter est imitatus.

Iugulares uenæ. Tam potens suum ex Aloe & thure sistendi sanguinis medicamentum Gal. asserit, ut incisarum iugularium uenarum sanguinem retroagat.

Quo nomine medicis omnibus hoc esse debet quã commendatißimũ. Siquidem multorũ constat prius animas effluxisse, q̃ illorum incisæ iugulares uenæ coaluerint. Sunt aũt uenæ eiuscemodi, quæ intumescũt in elatis magnis clamoribus, quæ a Cor: Celso Granges & Sphagitides dicuntur, à latinis iugulares, nam et σφάττω iugulo, σφαγή iugulationem, et σφαγεύς iugulatorẽ significant. Arabes has paßim Guiden appellant. Quidam apoplecticas, pensiles, spermaticas, somnificas, iuueniles, organicas, phagotidas appellãt atq; caroticas, q̃uis arteriæ ibidem adhærentes à quibusdam Caroticæ dicantur, quæ obstructæ somnũ efficiunt, aut etiã apoplexian. Consule Iacob: Carpũ cap. 43. Anatomes suæ. Hippocrates περὶ ἀέρων &c. scribit Nomades in Ischiade ex longa equitatione cõtracta incidere has uenas. Et postea (quia si quis has secet, sterilitatem inferat ijs quibus secantur) impotentes se factos uidentes, mox putant se deũ offendisse, in quem culpam reijciunt, induuntq; se ueste muliebri, palam se euiratos esse confitentes, ad mulierũq; contubernia transeunt earum opera tractantes. Auicen: 4. primi ca. 20. scribit Galenũ negare incisas has uenas sterilitatẽ parere. Et rursum 20. Tertij ca. 3. dicit Galenum nescijsse facerent ne sterilitatem nec ne incisæ. Nititurq; Thrasonica quadã stulticia excæcatus ex anatome cõuincere, has incisas debilitatem, non tamen sterilitatem cõciliare. At qui est,

ut omnes Medicinæ parenti & principi Hippocrati plus fidei tribuamus, q̃ Arrhabio illi Citharoedo & gregario militi arabico abinſceni.

Partes circa ſedem et pudenda tum propter naturalem humiditatem, tum quod excrementorũ ſunt canales ex leui cauſſa putreſcunt. Hinc eſt quod puſtulas Gallici morbi hæ præcipue obſcœnæ partes priores ſentiunt. Sunt enim putredini magis obnoxiæ. Hæc arriſit etiam ratio Medicinarum illuſtratori Nicolao Leoniceno. Calumniatur autem hanc Ioan: Almenar, atq; aliam effingit, ut ipſe opinatur, ueriorem. Quia inter membra illa et morbi qualitatem ſit talis conformitas, et hoc merito talis influxus. Quoniam ſecundum Ariſtotelem non in quodcunq; exercet ſuam actionem, ſed determinatum in determinatum. Quaſi hæc ſua ratio non ſit nimium q̃ eſſe conueniet, uniuerſalis, et nequaq̃ quæſito ſatiſfaciens. Poſt ſatis libere notat librum totũ de Morbo Gallico Leoniceni, quẽ hac machina barbara oppugnat. Nominũ diſputatio, dicens, non pertinet medico: ut Auicen: 1. Primi Doc. 6. ca. 5. docet. Sermonem non intendo prolongare, ſicut alij qui ignorantes eſſentiam morbi & cauſas ipſius: & per conſequens curam, non niſi de nominibus fecerint mentionẽ, quorum opus quare fuerit impreſſum comprehendere nequeo. Prodit hic Spanus liuorem ſuum aduerſus ueræ eruditionis amatores, dum ambigit, cur caracterogra-

phorum officinis ſit cõmiſſus Leoniceni liber de Gallico morbo, cum facile plus minus mille errores, ad quos impegerunt neoterici, ex hoc uno libello nõ oſcitabundus lector colligere poßit, id quod non poteſt nõ in omnem euentum cuiuis eſſe q̃ maxime frugiferum.

Atramentum nemo accipere debet ſcriptoriũ, nam hoc Dioſco: μέλαν tantum appellat ὧ γράφομεν li. 5 cap. ultimo. Illud uero Chalcanthum appellatur, cuius interpretamẽtũ adferemus li. 10. ca. 2. huius Methodi.

Calx nõ extincta. Quo manifeſtius fieret, cur Gal. hic Calcis meminerit, ſubſcripſimus uerba Dioſco: li. 5 ca. 87. Habet cõmuniter omnis Calx feruidã uim, erodit, urit, et ignium modo cruſtas inducit: exceptis quibuſdam, qualia ſunt adeps, et oleum, quibus maturandi uim acquirit, mollit, diſijcit et ad cicatricem perducit. Efficatiorq́; cunctis exiſtimanda eſt recens, et q̃ aquis nondum aſperſa fuerit ἄσβεστος dicta, ideſt, Calx uiua et non extincta.

Nome uocatur putredo, quæ ad ſanas partes diſtribuitur, cuius ſpecies eſt phagedæna ulcus nomodes comedens carnem ſubiectam, et circũſtantem corrũpens factum à materia, quæ eſt media inter materiã quæ facit Herpeta, quæ tenuißima eſt, et eam quæ facit Cancrum, quæ craßißima. Sepedon aũt eſt ulcus putridũ. Harum cura magna ex parte ſubleuat Paulus lib. 4. cap. 44.

CAPVT. V.

Ergo recensitis eius Methodi, qua sanguinis profluuia quæ ad manum sunt cures capitibus.

METRENCHYTAS GRAECI APPELlant instrumenta quibus uterus colluitur Latine tantum sonat quasi dicas uterinos clystres, μήτραρ enim matricem et χέυειρ fundere ualet græcis. Catheter autẽ et Latine Syphon rectus (quæ cõmemorabit Gal. infra li. 5. ca. 7. et ca. 11.) et neotericorum lingua Argalia, libroq;. 1. de loc. affẽ. Catheterus instrumentũ Chirurgicũ est & ænea fistula, per quam urina elicitur suppressa aut qua medicamentũ in uesicam infundimus forata per indirectũ. Cœlius Aurelius li. 2. ca. 1. Chronion ex sẽtẽtia Erasistrati scribit peritonæo paralysi uiciato urinam distineri, neq; excludi nisi adhibito Cathetere. Et deinceps eodem capite. Si intestina uel uicinitas eorum paralysi fuerit uiciata, post enchatisinata Catherismus est faciẽdus, quo urina detrahatur, ac post detractionẽ oleum calidũ est iniiciendum, atq; adnexo folliculo Cathetere ex ea parte q̃ Cistophilos est appellata, uel Otico Clystere, quem nos auricularem dicere poterimus tenui exabilisco formatum, quo poßit cauernam inuadere directum Cathetere.

Sanguis erumpit aut

Extrinsecus oblæsa particula, quã manu contingere possumus & hic sistetur propterea quòd

1. Non amplius cõfluet, prohibetur autem confluere, ut docet Hippo. 6 Epidem. par. 7. aph. 3

2. Occlusa diuisio erit occludetur autem, quando

3. Vtrinq; suppetit prohibitus uidelicet confluxus, & occlusa diuisio

De profundo corporis, quem á fluxu inhibere nequimus medicamentis quibus utimur ut attingentibus partem manantem sanguine sed per

CAPVT. V.

Animi deliquio
Reuulsione
Parocheteusi
Refrigeratione totius aut partis.

Contrahitur, quod est diuisum, tunc cũ exceptũ fuerit aut
- Astrictione
- Refrigeratione
- Deligatura
- Vinculo

Obstruitur aut
- Intrinsecus, ut pote sanguine in thrombon concreto
- Extrinsecus uidelicet
  - Thrombo
  - Linamentis
  - Spongijs
  - Crustis
  - Emplasticis
  - Cõtractiõibus corporũ circũiacentium

Antispasin
Parocheteusin
Cibum & potũ emplasticã uim habentẽ & refrigitantem, Medicamentis quæ adstringunt ad quem scopon tendunt quæ Galenus recitat hoc capite.

Plantago Græci Arnoglossus appellatur eo quod folia linguæ agninæ similia habeat, maior aũt efficatior est minore, folia siccandi et astringendi uim habent, sistunt sanguinis eruptiones, cohibẽt quæ pascendo serpunt. Vlcera uetusta & inæqualia ad cicatricem perducit plantago: Bibitur et contra putrescentes sanguine gingiuas, sanguinisq; reiectiones. In lana strangulatu uuluæ, procidentibus apponitur. Adhibetur et cõtra muliebrium locorũ fluctiones. Potum in uino plantaginis semen alui fluores et cruentas excreationes sistit. Diosco: lib. 2. cap. 115.

Omphacinum appellant oleum acerbũ quod ex oliuis nondũ maturis expressum fuerit. Omphacas enim Græci uocant omniũ plantarũ acerbos adhuc fructus. Quod oleum etiam Omotribes dicitur, ἀπὸ τοῦ ὤμου καὶ τρίβειν, idest, crudum terere siue exprimere. Gal. lib. 8. ca. 3. huius Methodi. ὀμφάκινον ἔλαιον ὅπερ καὶ ὠμοτριβὲς ὀνομάζουσιν, hoc est, Omphacinon oleũ quod arbitror Omotribes. i. crudum oleum nominant. Dicitur etiã Omphacion succus qui ex acerbis uuis exprimitur. Sic Diosc. li. 5. ca. 5. Omphacion et Aminea aut Thosia uua egregie astringens et linguam erodens facit. Tansillis, uuæ ulceribus oris, quæ Aphthas appellant, diffluentibus humore gingiuis et purulentis auribus cum melle passoue prodesse. Infundi et contra muliebres fœminarũ fluctiones. Bibi contra recentem ex

ruptis

ruptis uenis factam sanguinis expuitionem, uerum tamen modico, et copiosa aqua diluto utendũ esse, eo qđ uehementissime urat. De oleo Omphacino satis expedite scribunt Pli.li.23.ca.4.Dios:li.1.ca.28. de Oleo.

Pini cortex. Diosc:li.1.ca.82.de pinu et picea hæc inter alia scribit. Picea arbor ex eodem quo Theda est genere. Adstringit utriusq; cortex intertriginibus utiliter tritus inspergitur et ulceribus in summa cute, ambustisq; cum spuma argenti & thuris manna. Vtriusq; folia concisa illitaq; uulnerũ inflammationes leniunt, et tuta ab inflãmationibus ea seruant. Idem possunt pini etiam pota cortex et folia. Lege Plin.lib.23.cap.8.

Crocus maturat, mollit et leniter astringit, urinam cit, & amabilem coloris bonitatẽ facit. Alij etiã lœtalẽ dixerũt si triũ drach. P. bibẽdus detur Dios:li.1.c.25 Pli.li.21.ca.6. et 20. Primas Corycio croco non dat Gal. eius gratia Coriciũ antrũ ingressus, quoniã repentino odoris robore & diuturnitate à quibusdam deprehendit superari. Hoc tempore Aquilanum cæteris non modo Italicis, sed & Orientalibus præfertur. Vincitur hoc tantum à Pannonico, præsertim Vienensi, quantũ uincit reliqua: Ioan: Manardus lib.8. Epist.1.

Hæmatiti lapidi uis est astringere, calfacere leniter, extenuare. Bibendus itaq; ijs qui sanguinem reiecerũt cum succo punici mali. E quinq; huius generibus Schiston, Hæmorrhoidas reprimit. Et in totum Hæmatites

omnes triti in oleo trium drach: P. à ieiunis ſumendi ſunt ad uitium ſanguinis. Plin: lib: 36. cap: 20. Marbodeus Gallus meminit cap: 36: his uerſibus.

Sumpſit Hematites Græcum de ſanguine nomē,
Naturæ lapis humanæ ſeruire creatus,
Stiptica cui uirtus permulta probatur ineſſe.
Hic reſolutus aqua iuuat, hos qui ſanguinis ore
Guttas emittunt, & qui linit ulcera ſanat.
Potatus ſtringit, patitur quē fœmina fluxū etc.

Solani: quæ Strychnos Græce, & à noſtris ſolatrū dicitur, quatuor ſunt ſpecies, Solanum nigrū hortenſe eſt & habet refrigerandi uires atq; innocēs in cibo eſt fructum rotundum ante maturitatem herbaceo colore cū maturuit deinde ruffum nigrūq;. Alterum Solanum Halicacabus ueſicaria & à Seplaſiarijs Alkekengi dicitur diureticum eſt & lapidē expellit. Tertium ſolanū ſomnificū eſt drach: P. potū. Corymbi eius 12. dantur contra hydropem. Quartū appellant Manicū, id eſt, furioſum. Quia ut tradunt Theophraſtus lib: 9. et Dioſ: lib: 4. cap: 72. Datur eius radicis drachmæ pōdus, ſi ut qs ludat, ſeq; pulcherrimū putet, placuerit. At ſi magis inſaniat uis, drach: duab. opus eſt. Sin aūt nunq̄ inſania ſolui malueris, tres dabis, & quatuor ſi interimēdū ſit. Pliniū cū iudicio legas oportet, ſi quid certi ex eo tibi aſſequendū putes. Tertiū enim genus confundit cum quarto, & halicacabi radici adſcribit, qd' furioſi

cõueniebat, hallucinaturq; dũ Corymbos ſomnifici ſola ni, plures 12. numero ſumptos Ecſtaſim facere ſecũdi ſignificatus, ſicut etiã labaſcit hũc ſecutus Marcel. Vir. (duplex enĩ habet ſignificatũ Ecſtaſis. Primo ſuprio rem, mẽtis exceſsũ, aut pculſionẽ ſignificat cũ quodã torpore, q ut plurimũ oboritur aut pauore, aut admira tiõe rei inſolitæ inexpectatæúe, aut admirabiliũ & cœ leſtiũ cõtemplatiõe, ac ſi ſomno ſit oppreſſus q ea affici tur. Latinis mẽte capti dicũtur. Secũdo ſignificat mẽ tis ſtuporẽ ſeu alienationẽ cũ furore, qualis fuit ferè Me nadũ Bacchantumq;, ſimilis ferè Enthuſiaſmo poëta rũ. Fit nõ citra calidæ cauſſæ cõcurſum, priorẽ aũt & frigida ĩducũt ut Halicacab.) cũ primi potius ſignifica tus Ecſtaſin cõmoueat. Quòd ecſtaſis illa ſecũdi ſignifi catus ſolani naturæ frigidæ in totũ repugnet, nã ſopo riferi medicãinis natura eſt ſomnũ facere, maiori uero quãtitate ſumptũ Lethargũ, ſtuporẽ et Ecſtaſin, ut ſic affecti haud aliter q̃ ſenſu oĩ priuati ad tẽpus pdurent, cuiuſmodi inducere ſymptoma, medicãinis natura fri gidi eſt opus. Hæc elegãter & uere recõditæ uir eru ditiõis Hubert. Barlã. in uelitatiõe ſua adnotauit. Cæ terũ cũ de induſtria Plin. Solani ſpecies pturbauerit et confuderit. Innocentiſsimorum nomen tribuens autho ribus, teſtatus καὶ προεπιπλήτωρ, remedia ſe et non uenena tractare ſolere, uideri poterat qd p Pli: dici poſ ſet, ſed ſat ſit nũc rẽ nõ ĩcogitãtibus lectorib. adũbraſſe.

Aegyptia ſpina eſt Acanthe, ſic enim habet Graeca ueritas, quam una cum Tragacanthe lib.4.cap.7. enucleatius interpretati ſumus.

Cynosbatos, id eſt, Canis ſentis eſt frutex cuius fructus non ſegniter adſtrictorius eſt, folia uero mediocriter. Cauendum ab eo quod in fructu eius lanae ſpeciem habet, ceu arteriam uitians. Oxyacanthus autẽ arbor piro ſyluestri ſimilem habet ſpeciem, nec uires diſsimiles, eſt tamen partium tenuium & paulũ quiddam inciſiuum obtinet. Arboris quoq; huius fructus, piri ſyluestris fructui ſimilis non eſt, uerum myrtis, ſcilicet, rubens & rarus, habet uero & nucleos. Porro nõ eſus tantum, ſed & bibitus affectus omnes fluxionum cohibet. Gale. 8. Medic. Simp. Dioſ. lib. 1. capite 107 & 108. in quorum Exegeſi Otho Brunfelſius, inquit, Oxycantha in Officinis Berberis dicitur. Reſpondet & Cynosbato uulgatae Berberis deſriptio apud Dioſ. & huius plane generis eſt. In Cõmentario quodam reperit Cynoſbaton differre à Cynorhodo, uel Roſa Canina, quia haec ſpongiolas habeat circa fruticem, illa uero minime.

CAPVT. VI.

At ſi ex eroſione profluuium incidit.

CVRATVR HIC SANGVINIS FLVXVS q obortus eſt ex eroſiõe: Secũdo diapedeſis, de qua diſſeruimus ca. 2 huius lib. 5. Tertio quod uenae inſedit ulcus.

CAPVT. VI.

Andronis medicamentũ prodeſt in omni parte corporis facto cancro. Recipit autem Mali granati corticis denarios 10. Terræ mali dena. 9. Aloe denarios 4. Myrrhæ denar. 2, gallæ denar, 8. aluminis fiſsi denar. 3 æris floris denar. 2. Terũtur & cribrãtur ſicca curioſe, deinde admiſcetur paſsim Creticum, dũ habeat ſpiſſitudinem mellis, cum opus eſt uino auſtero ſumendum medicamentum eſt, uitro reponitur, diluitur, facit ad Carbunculos. Ignem ſacrum & ad Zonam, quam Græci ἕρπετα dicunt. Scribonius Largus numero 63 Et Cornel. Celſus ad uuam inflammatam & ad naturalia ſordida prodeſſe ſcribit. Recipere uero Gallæ atramenti ſutorij myrrhæ ſingulorum denar. 1. Ariſtolochiæ, aluminis ſciſsilis ſingulorum denar. 2. Capitulorum punici mali dena. 25. ex paſſo coactorum, & cum uſus exigit cum aceto uel uino dilutorum, ſecundũ quod ualẽtius aut lenius uitiũ eſt, cui medẽdũ eſt. Gal. lib. 5. de Compoſ. Medi. ſecundũ genus retexit omnia, paucis diſsidẽs cum iam recenſitis. Auicen. Trochiſcorum Andronis meminit lib. 4. Tract. 4. Fen. 4. cap. 2 de uulnerato neruo. Et Paul. lib. 7. cap. 12.

Paſsionis paſtillus extat deſcriptus apud Paulũ li. 7 cap. 12. Squamæ æris denar. P. 12. æris toſti, aloes, guttæ ammoniaci, aluminis rotũdi, eruginis raſilis, thuris uniuſcuiusq; denar. P. 8. uini quantum ſatis eſt.

Poluidæ Sphragis ibidem huiuſcemodi uerbis refer

tur. Aluminis fißi drach. 4. Myrrhæ drach. 8. Atramenti sutorij drach. 2. citinorum drach. 12. fellis taurini drach. 6. uel ut alijs placet drach. 16. aloes Vnc. 1 uino austero et astringente excipito. Galenus lib. 5. de Comp: κατὰ γένη paulo diuersius extulit. Malicorij denar: 6. Myrrhæ denar: 8. Aluminis scißilis denar: 5. thuris denar: 4. Chalcãthi denar: 3. fellis taurini dena: 6. uino dulci excipiuntur. Post unã deinceps pagellam adnotauit etiã descriptionẽ Pauli adiecto solo thure, cui denar. 4. tribuit, Myrrhæ uero 4. denar. adimit.

Aut etiam nostro qui genere eandem uim obtinet, cæterum magis potentem. Diffinire nolumus quicq̃ do nec aliqñ nacti fuerimus, qui ad nos nondũ preptarũt, alios Gal. de Compos: Medic: κατὰ τόπους libros. Perpensis tamen & existimatis simplicibus medicamẽtis è quibus tres recensiti conflati sunt orbiculi, uideri poterat Galenus hic eius meminisse pastilli, cui li. 5. de Compo: κατὰ γένη tale nomen prætulit.

Pastillus niger quo utor. Malicorij denar: 10. Mali terræ gallæ singulorum denar: 8. aluminis fißi, aloes singulorũ denar: 4. Myrrhæ chalcanthi denar: 2 thuris denar: 4. uino excipiuntur, & cum res exiget uino dulci diluuntur.

CAPVT. VII.

De arteria tamen uulnerata iam dictum est.

INDICAT GAL. HOC CAPITE ARTERIO= tomian difficulter perduci ad coitionem. Non ta= men esse uult ἀδυνάτον illam, sicut quidã ob sicci tatem arbitrabantur. Nequaquam enim de uniẽda se= ctione eius esse desperandũ, ubi tum ipsa sit parua, tum hominis corpus natura molle.

Malleolus. Σφυρὰ, inquit Hesychius, τὰ περὶ τοὺς ἀστραγάλους ἅι περιφέρειαι τῶν ποδῶν, hoc est, Sphyra sunt circa talos eminentiæ pedũ, quas eminen= tias latini malleolos uocãt. Exemplũ habes in Gal. cõ= mentarijs supra aph: 36. li. 6. ubi Leonicenus habet, eas q̃ in genu uel talo sunt secari iubet. L. Laurentianus trã stulit, infra poplitis aut malleoli uenulas incidere optet

Cum reliquorum omnium præter naturam curatio tradetur infra nimirum libro 14.

Etiam per uesicã cui ad finẽ fistula sit adnexa, hæc est periphrasis clysteris, folliculũ cum fistula. n. intelli= git quibus liquabilia medicamina per sedẽ inijciuntur.

CAPVT. VIII.

At quæ in pulmone hæserũt ulcera diffi= ciliora ad curandum sunt.

HOC CAPITE AGIT GAL. DE CVRATI= one ulcerum pulmonis, quod rursum non est in curabile propter pulmonũ cõtinuum motum, quæ cura cũ difficilis sit ꝓpter saniẽi et puris uacuatio nem laboriosam, ea tamen ratione, quã hic præscribit,

Gal. ꝓcurauit, dũ cruentũ adhuc uulnus esset, priusquã phlegmõe excitaretur. Quæ si semel inuaserit, exigua spes est eius postea cõglutinãdi. Quia phegmõe soluta, pus et sanies ulceris eluẽda sunt, tũ prætcrea elui debẽt exulcerata loca, in pulmõe aũt neutrũ oĩno fieri põt nã una hic tãtũ reliqua expurgatio ẽ, ea quæ ꝑ tusses fit.

Empyemata Hippocrati et Gal. sunt, non solum purulentæ (ut Marcellus ait) excreationes, quæ sanguinis sputum sequuntur, sed quandoq; omnes suppurationes, sæpius tamen puris inter thoracem & pulmones, effusiones: Manar. lib. 8. Epist. unde suppurati latine dicũtur, quos Græce ἔμπνους & uulgus Medicorum Empicos appellant.

Malinũ Græcus Gal. hic habet μήλινον, de quo Dios. li, 1. ca. 136 ubi de Cotoneis malis agit, hæc ꝓdit. Fit unguẽtũ ex Cotoneis, qd' à malis μήλινον, Melinũ uocãt, habetq; usum quũ oleo indigebimus qd' adstringendo est. Cõfectura huius olei siue unguẽti ꝓ uirili et ꝓ sua in pingendis medicamẽtorũ facultatibus dote Dios. li. 1. ca. 46. ad unguẽ explicauit. Geor. quoq; ualla in lib. de Simp: natu: cap. de oleis illud nõ prætermisit.

Emplasticũ nostrum quod constat ex bitumine: hũc locum expediuimus in scholijs super caput 5. lib. 4.

Primo de medicamẽtis. Accipiẽdi sunt libri de Cõpos. κατὰ γένη. Nã cap. 4. li. 1. illud medicamẽtũ διὰ χαλκίτεως, qd' à palma φοινικίνον appellatũ supra

quàm dici potest diligentissime posteris commendauit.

CAPVT. IX.

Simili modo & transuersi septi uulnera.

PROBAT GALE. ETIAM TRANSVERSI septi uulnera conglutinari posse, si quibus eius carnosa pars sit obnoxia, quanuis quæ neruosis illius partibus hæreant sint insanabilia. Similiter habet in omnibus quæ in peritoneo continentur.

Diaspermaton dicuntur quæ ex seminibus componuntur: Huius monetæ malagma conflatum est à Paulo lib. 7. cap. 18. Nimirum habens Cardamomi Cyperi sabinæ, nitri, baccarum lauri, caßiæ, meliloti, fœnigræci, nardi Gdllicæ, seminis apij, sampsuchi, anisi, radicis panacis, thuris, guttæ ammonici thymiamatis, resinæ terebinthinæ singulorum uncias 3. mellis, ceræ, nardi, uniuscuiusque libram. 1. adipis tauri tantundem. Idem tradit Galenus libro septimo de Comp. Medic. κατὰ γένη. Quas uero medicaminum compositiones neoterici sunt commenti, & Diaspermaton nomine insignire uoluerunt, præterire libet surdis auribus. Si qua cupido has cognoscendi incesserit aliquem, huic satisfecerint Mesueus in suo libro apothecario, Nicolaus Florentinus libro quinto in capite de temperamento non puro stomachi. Rasius, & Auicenna libro quinto capite de Trochiscis.

CAPVT. X.

Rursus igitur propositas Methodos repetamus.

PERSTRINGVNTVR HOC CAPITE Methodici cum Thessalo suo. Qui utcunq; externis ulceribus mederi potuerint, neutiq̃ tamen ostenderunt quibus medicamentis interna uiscera oblæsa ulcerationibus, queant subleuari.

Viride medicamẽ adumbrauimus li.3.c.4. Edocebit nõnulla etiã Scribo: Largus numero 203.204,205.

Machærionis medicamentũ hoc titulo à Paulo li.7 ca.17. inscriptum est. Emplastrũ Machærionis uiride, Ischiadicis, articulorũ cuncationibus et abscessibus. Recipit Opopanacis, galbani, æruginis, myrrhæ, ireos, guttæ ammoniaci thymiamatis, mali terræ, uniuscuiusq; Vnc.1. resinæ terebinthinæ, ceræ, olei omphacini, hoc est, ex uuis immaturis, singulorum unc.7. Et Gal.li.2.ca.12.de Comp: κατὰ γένη Multiplicis usus uires ostendunt tum Machærionis emplastrũ tum isis. Et li.5. Machærionis medicamẽ ad omnia recentia uulnera ꝓdest, conglutinat & phlegmonen arcet, præsertim ubi contusio fuerit, rabiosi canis morsum summe curat ampliori loco impositũ, alterat continue. Pilula inde sumpta fabæ magnitudinis diebus triginta ad omnẽ pastionem facit, maximè phagedenicam, ad aurium uitia, naturalium ulcera &c.

CAPVT. X.

Isidis medicamentũ. De hoc scribit Scribonius Largus numero 206, nec abludit multum ab eius descriptione Paulus lib: 7. inquiens emplastrum uiride Gliconis Chirurgi, sui generis: meo iudicio: omnia supat, et uocatur Isis. Accipit aũt æris usti, æris Cyprij, æruginis rasæ, salis foßitij, guttæ ammoniaci, thuris masculi, mali terræ rotundi (et est ἀριστολοχία στρογγύλη) mali terræ sarmentorum, quibus unguẽtarij utuntur, dicitur autem Aristolochia clematitis, aluminis rotundi singulorum Vnc 1. Myrrhæ, galbani, aloes, singulorum sextantem, ceræ trientem, resinæ colophoniæ po: 4. uel duo et bes sem, olei sextariũ. 1. Galbinæ, resi. cera et oleũ super ignẽ liquæfacta miscentur mortario. Cæteris ex aceti sextario uno, facit hoc emplastrum ad detectam membranã tegentem cerebrũ, de industria à medicis cũ terebratu exciditur, quod ledit eam os, uel alioqui detectum, rosa dilutum et impositum, facit ad κεφαλαλγίαν, idest, capitis diutinũ dolorem 20. dies dolenti loco raso superpositũ. Eruptionem sanguinis è naribus adiuuat. Angina correptis faucibus extra suppositũ et toto collo prodest, Parotidas discutit, Suppurationibus in mãmis mulierũ, intestinis ꝓlapsis, repostis et sartis ꝑ γαστρορραφίαν, lateris, stomachi, uentris, iecinoris, lienis doloribus, cœliacis, torminosis, doloribus lumborum, luxatis omnibus, & eiectis et repositis articulamentis, podagræ fistulis rosa dilutum

punctis neruis prodest & benefacit. Vide plura lib. 6. ad finem in scholijs.

Glauciū medicamentū li. 5. de Compo: κατὰ γένη. Glaucij πολυχρηστόν appellatur. Cuius hæc est Compositio Aluminis liquidi denar: 100. Myrrhæ croci singulorum denar. 8. Passo diluantur. Diaglaucion autē aliud est quo Pli. lib. 27. ca. 10. lactis ubertatem intermissam restitui promittit. Et Gal. li. 6. de Sanit: Tuen: aurium robur Glauciū solum sup cote tritum cū aceto, mox tepidum per Specillum blande infusum, aut per instrumentū, quod publice in usu est, & Oricularium Clysterem Græcæ ὠτέγχυτα uocant. Robur aūt magis auribus afferet Collyrium, quod Diaglaucium propterea quod Glaucium recipit, uocant. Cuius utilitates attigit, Gal: lib. 14. ca. 4. huius Methodi.

Denarij pondus ꝓ Græca drachma est. Aeque. n. in libra denarij octoginta quatuor apud nos, quot drachmæ apud Græcos incurrunt. Largus in prologo. Cor: aūt Celsus lib. 5. ca. 17. ita diffinit. Ab initio scire uolo in uncia pondus denariorum septem esse. Vnius deinde denarij pondus diuidi in sex partes, idest, sextantes, ut idem in sextante denarij habeam, quod Græci habent in eo quem ὀβολὸν appellant, id ad nostra pondera relatum paulo plus dimidio scrupulo facit.

Ex salice. Huius ita meminit Paulus lib. 7. cap. 17. Emplastrū διὰ ἰτέων. i. ex salicibus, cōglutinatiuum,

et ad hæmoptoicos, empyos, thoraci impositum utile. Recipit Misyos, Chalcitidis, æruginis, cerussæ, gallæ, aluminis fissi, et rotundi, atramēti metallici singulorū Vnc. 6. ceræ, pityiuæ, picis cuiusq; libras. 2. Malicorio rum unc. 6. bituminis libras 2. foliorū salicis tantundē, olei rosarū unc. 4. Chalcanthi unc. 6. aceti q. s. quidam resinæ quoq; Terebinthinæ unc. 9. adijciunt.

Ferri scoria tunsa. Rasius ille Pampirus li. 9. decem tractatuū cap. de Hæmorrhoidibus, immoderatū harū fluxum mirabiliter restringi similiter et mensiū et alui adserit, si scoriā ferri tunsam aceto acerrimo per septimanam maceres, quottidie acetum innouando, postea ignitæ laminæ imponas torreasq;, deinde in minutissimum pollinem cōtundas, et tenuissimo cribro excipias. Reliqua suppeditabit hic in contextu Galenus.

Diphryges teste Plinio li. 34. ca. 13. uocant Græci ab eo quod bis cremetur et torreatur. Cuius origo triplex. Fit enim ex lapide Pyrice cremato in caminis, donec excoquatur in rubricā. Secundo, fit in Cypro ex luto cuiusdam specus arefacto prius, mox paulatim circūdatis sarmentis. Tertio fit in fornacibus æris fece subsidente. Differt ab ære, quod æs in catino defluit, scoria autē extra fornaces, flos supnatat, diphryges remanet. Quidam tradunt in fornacibus globos lapidis, qui coquantur ferruminari, circa hūc æs feruere, ipsum uero non percoqui nisi translatum in alias fornaces, & esse

nodum quendam materiæ. Id quod ex cocto superſit, diphryges uocāt. Virtus eius ī medicinis eſt ſiccare, & excreſcentia conſumere & perpurgare. Addit Dioſ. lib.5.ca.74. unde Plin: ſua omnia trāſſcripſit: adſtringere, ualidiſſime repurgare, exterere, ad cicatricem malefica & ſerpētia ulcera perducere. Diſcutere præterea abſceſſus reſina terebinthina aut cera exceptum. Linguā magnopere adſtringit, quod in cremata Ochra non fit, quam coquentes quidam pro diphryge uendunt.

Antherā uulgus Medicorum in medijs roſis luteos apices appellat. De quibus Dioſ. lib.1.cap.115. diſſerēs. Qui (inquit) in medijs flores roſis .i. lutei apites ſunt ſiccati inſperſiq; in gingiuas deſtillationes compeſcunt. Sed hoc nihil ad rem. Alij qui ſibi naſutiores uidentur nō hos flores ſed lapillos qui ſunt in medijs cornis per Antheram intelligendos diffiniunt. Hoc quoq; nihil ad Parmenontis ſuem. Quin potius Plini .lib. 24 cap.9. perſpicuitatis admoneat, ubi Tamaricis fructū medicos uſurpare dicit uice gallæ, & in cōpoſitionibus, quas Antheras uocēt. Et Gal. lib.5. de Comp. ſecū dū genera. Anthera qua utor recipit Sādaracæ dena: 32 (alij 16) aluminis fiſſi, myrrhæ, fecis croci, ſingulorum denar. 16. iridis totidem cyperi denar. 66. Anthera autē magni recipit Acaciæ denar. 24. aluminis fiſſi, gallæ, ſorios, miſyos, ſingulorum denar: 4. Sandaracæ

denar: 8. malicorij denar: 1. myrrhæ obolos quatuor, Cinamomi denar: 4. croci miricæ fructus singulorum denar: 2. tritis utitor. Cornel: Celsus lib: 6. ca. 11. huc alludit, dicens. Vlcera oris si cum inflammatione sunt & parũ pura & rubicunda post medicamenta ex malis punicis. Inspergi ulcera debẽt alumine scißili, cui dimidio plus gallæ immaturæ sit adiectum. Si iã crustas habent quales in adustis esse consueuerunt, adhibendæ sunt hæ compositiones quas Græci ἀνθηρὰσ nominãt. Iunci quadrati, myrrhæ, sandaracæ singulorũ dena: 4 aluminis pares portiões. Aut croci myrrhæ cuiusq; denar: 2. iridis aluminis fißi, sandaracæ cuiusq; denar: 4 iunci quadrati denar: 8. aut Gallæ, myrrhæ, aluminis fißi, cuiusq; denar: 2. rosæ foliorum denar: 4. arida insperguntur. Plura monstrabit Celsus.

Stomatica sunt oris medicamẽta, quæ gingiuis cruentis prosunt, putrescentibus, corrosis, dentibusq;, & quæcũq; cõtra Aphthas, crustas, & languentẽ oris columellã accomodata sunt. Plin: lib: 22. cap: 9. ait: Glycyrhica cõmanducata stomatica est. Diosco: item libro 3. cap: 6. τὸ χύλισμα (infit) στοματικὸν διαμασώμενον, hoc est, succus qui Lycij modo exprimitur cõmanducatus ori inseruit. Plinius quoq; rursum lib: 23 capite sexto. Ex acerbo malo punico, ait, fit medicamẽtũ, quod Stomatice uocetur, utilißimũ oris utijs, narium, auriũ, oculorũ caligini. Idem celebris author cap:

mox ſequenti, ex moris medicamētum fieri docet, quo non ſit aliud oris, arteriæ, uuæ, ſtomachiq; iucundius remedium, appellariq; iccirco Panchreſtos ſtomatice, uel, quia binomine: panchreſtos Arteriace hoc modo. Sextarij. 3. ſucci è pomo leui uapore ad craßitudinem mellis redigūtur. Poſt additur Omphacij aridi pondo 12. aut myrrhæ 11. Croci 11. Hæc ſimul mixta uel trita miſcētur decocto. Fit et ex alio modo ſucci ſextarij duo mellis attici, decoquantur, ut ſuperius diximus, idem li. 24. ca. 11. Ex Sumah quā Rhun latini appellant ramis, ſtomaticen facere docet, ad eadem quæ ex moris, ſed efficatiorem admixto alumine. De ſtomaticis plura diſquirito lib. 13. ca. 15. huius Methodi.

Ex moris ſunt quæ conficiuntur. Hæc omnia Seplaſiorum officinæ uel hodie paßim agnoſcunt, quibus ad oris incōmoda nihil aptius adhiberi poteſt. Diamoron et Dianucū inſignitis, confectionibus nec inter lohoc, nec cōdita nec Electuaria recenſendis, ſed plane in priuatum quendam ordinem redigendas. Vide Aeginetam lib. 7. cap. 14.

Paſtillos cōprehenſos, accipe Paſtillos Andronij, ſæpe ab authore paulo ſupius cōprehenſos. i. recenſitos.

CAPVT. XI.

Porro dicta paulo ante ſunt & aduesicā, & uterum, & inteſtina, & pulmonē idonea medicamenta.

Hoc

CAPVT. XI.

HOC PERPETVO CAPITE GAL. INGEminat q̃ laboriosum sit pulmonibus exulceratis medicamento adblandiri, sumiq; hoc tum à forma, tum etiam à situ. Necq; medicamenta cõtingere ulcera possunt, quæ etiã per medium interuallũ ferè uim suam amittant, & præterea quòd respirando mouentur, et tußiendo lacerantur.

Oxymelitos confectionem habet Dios: li. 5. ca. 14. Crassa ex corpore educit Coxendicis articulorũq; doloribus et comitialibus ꝓdest, et in anginis utiliter gargarissatur. Omissum est in Dios: aquæ genus, qđ tamẽ Pli: in cõfectione aceti mulsi li. 14. ca. 17. et li. 23. ca. 3 Et Gal. li. 4. de Sani: Tuen: exprimunt, aliàs marinã, aliàs pluuiam, aliàs simpliciter potabilem aquã statuentes. Gal. tamen cum exiget usus, misceri aquam præcipit eodem temperamento, quo ad potũ uina aquis temperantur, nullo aquæ discreto genere.

CAPVT. XII.

Cæterum ulcera quæ in asperæ arteriǫ interiore tunica, & quæ Laryngi sũt uicina.

SPLENDIDO ARTIFICIO ET ADMIRANda industria ulcere offensam asperam arteriã, Larynga et bronchum atq; adeo uniuersum uocis & spiritus meatum Gal. persanare docet. Quod τέχνιον plane mereri poteſt applausum et admirationem quorumuis spectatorum.

Ephelcis est ramentum, quod eius particulæ, abs qua excerni uidetur, portendit ulcerationem, ut urinæ meatuum si cum urina, spiritualium instrumentorum si tußiendo, gulæ ac uentriculi si uomitiõe excernatur si cum alui excrementis deijcitur, intestinorũ aliquod ulceratum esse significat. Gal. 1. cap: 2 de Affect. Lo. & rursus lib. 4. cap. 6.

Tabiarum lac facundißimo ornatu tanquã pictorio penicillo depingit Gal. Quæ res compendium augebit laboris tui suauißime lector, si ad huius imitationem naturæ & situs Tabiarum, alicubi in regione tua, ad eosdem usus ad quos Galenus exhibendum esse docet, lac cõficere uelis. Locus ipse (Tabiæ) situs est in medio sinu inter Neapolim & Surrentum, quod latus totũ collis est satis magnus longitudine ad Tyrrhenum mare porrectus: Cui in medio sinu coniungitur Vesuuius propter ignem celebris, qui in eo ex terra submittitur Stephanus indicat apud huius loci populum educatum fuisse Rhemum, quemadmodum priuatis literis nos monuit Erasmus Roterodamus.

Phthisin constat longa expeditione curari. Quod Gal: tum hic tum alibi diligentissime adnotauit. In quẽ sensum docto homine dignũ: Plin. li. 31. cap. 6: dicit. Est alius medendi usus multiplex. Principalis uero nauigãdi Phthisi affectis, aut sanguinem egerentibus, sicuti ꝑxime Anneum Gallionem fecisse post Cousulatum me

minimus. Neq; enim Aegyptus propter se petitur, sed propter longinquitatem nauigandi. Sic Hippo. lib. 6. Episto. part. 5. Aphor: ait: In diuturnis morbis terram mutare utile.

Agrostin. i. gramẽ capris utiliter in pabulũ suffici, quod hic præscr[illegible]psit Gal. innuunt rei omnino congruentia eius cognomẽta: Siquidẽ rerũ scriptores à capris Aegicõ. A iumẽtis aũt Hamaxitin nominarũt. Geniculatæ uero gramẽ uiticulæ sunt, per terrã serpẽtes, dulcibus & geniculatis radicibus boues iumẽtaq; alia nutrientes. Glutinat uulnera graminis radix concisa & emplastri modo imposita. Dioscor. lib: 4. cap. 30.

Lotos arboris species est in Meninge Lotophagorũ insula ex cuius materia quõdã fistulæ fingebantur, q̃d P. Mela, Strab. Pli, li: 24. ca. 2: Dios: li. 1. ca. 44. Et in Odysse Home: passim ostendũt. Verũ hic loquitur Gal. de Loto satiua, humili herba, numeroso folio, nõ in acutũ, sed ferè in orbẽ circumacto, habita olim in delicijs, eò q̃d tota æstatẽ uireret. Cuius expressus succus nubeculas, argemata & albugines cũ melle admotus curat. Est alia lotos syluestris, folia ferẽs trifolio q̃d in pratis nascitur similia, semẽ fœnogræco sed minus tñ, simile adstringit leniter, Lotõ uero ad præscriptũ Gal. pabulũ præstare iumentis, nõnũq̃ Hom: quoq; fõs oĩs eruditiõis testatur. Tertia Lotos ægyptia in aqua cãpis ĩundatis enascitur. Cu⁹ florẽ ferũt sole oriente explicari,

occidente uero claudi, totoq; capite sub aqua condi se=mine huius ad panificium utuntur. Radix cruda & co=cta estur Dios. lib. 4. ca. 101. Theophra. li. 4. de plãtis.

Polygonon latini sanguinalem, proserpinatam, Vi=ticulam Corrigiolã & Scorpinacam appellãt, qua con=tra sanguinis eruptiones & profluuia omnia, antiqua medicina multũ utitur. Herba est teneros ramulos ha=bens geniculis intersectos, instar graminis per terram reptantes, folia longiora & molliora quàm ruta, et sin=gulis folijs adnatum semen habens, succus eius adstrin=git & refrigerat. Est & alia sanguinalis fœmina ijsdẽ uiribus, efficacia tamẽ minoribus, pollens apud Diosc. lib. 4. cap. 5. Plini. lib. 27. ca. 12. Columel. li. 7. ca. 10.

Melissophyllon Romani apiastrum, quod apes eo delectentur. Vnde Poëta. 4. Georgicon ad alucaria, in=quit,

Huc folia & iussos asperge sapores
Trita Melisphylla & Cerinthe ignobile gramẽ.

Folia et caules habet Maurubio nigro similia, maio=ra tantum, teneriorаq; nec tam Hirsuta odore Citri, Melissam hodie & Citrariam appellant. Folia dan=tur in clegmate in spiritus difficultate non nisi recta ceruice spirantibus: Dioscorides libro quinto capite cẽ=tesimo decimo. Hanc herbam confundit cum Boragi=ne herbularius libellus, qui Aemilio Macro ad scribi=tur, ubi hoc modo poëtatur.

Herbam, quam Græci dixerunt Melisophyllon,
Borradum nostri dicunt uulgariter illam,
Præcunctis apibus gratißima dicitur esse.

Vero similius autem fuerit fortaßis, ueram Buglossum dicere eam quæ nunc Borago uocatur. Nostram uero Buglossum esse eam herbam, quam Graij Cirsion uocant. Cuius descriptio apud Dioscor. in uniuersum nostræ congruit Buglosso. Nemo uero uel huic uel illi trbuit Melissophylli nomenclaturam.

Lentisci historiam lib. 4. cap. 7. descripsimus. Prælongum autem foret id si quouis loco singula repetere pergerem. Proinde nunq̃ nõ ad indicem Scholiorũ meorum, uel ad cognatũ materiẽi tractatæ locũ inuestigatum ibis, si quid occurrat in ea, qua uersaris pagella, inexplicatum.

Arbutus & fructus eius Arbutum: Vnedo quoq; dicitur: arbor Citro uel Cotoneo malo similis. Græci Cõmaron appellant tenui folio, fructu prunorũ magnitudine, sine nucleis rubente in maturitate colore, poma hæc dura sunt & nascuntur toto anno, & alijs maturis prodeunt noua, simulq́; proueniunt & flores & fructus: Virgilius Aegloga 3.

Dulce satis humor, depulsis arbutus hœdis.

Fructus cũ mãditur ueluti palearũ acus linguæ & dẽtibus represẽtat, et capitis dolores facit, iccirco sic appellatus qđ unũ edere tãtũ poßis, si nolis ĩcurrere noxiã

QVATVORDECIM HEDERARVM TYpus ex Corollario Barbari.

Hederarum, alia est chamecissus quæ humi repit et dicitur à quibusdam hedera terrestris à neotericis uero diffinitur esse Elatine apud Dioscoridem.

Alia hedera candida est et germen sublime rectũq; agit, radice densa, curua, lignosa, immitißima, asperrimaq;, arbores amplexu et suctu strangulãs, tanta crassitudine ut ipsa per se arbor fiat. Folia habet maxima, et latißima, germina subrigentia quæ sunt cæteris inflexa, harum alia habet fructum et folia. Altera fructũ solũ habet, et ea reperitur duorũ generũ. Vnde prior dicitur Corymbias, quia fructũ habet craßiusculũ densum globatũq;, altera Silenition uocatur, et habet acinum minorem sparsiorẽq; racemũ, dulcedo acini, alijs, tanta amaritudo uero alijs, ut aues non attingant.

Est alia hedera nigra, q̃ et ipsa in species subducitur, nã alia semẽ habet nigrũ, nec admodũ ꝓfunde crescit.

Altera uero semen habet crotaceũ, quam Nysiam, Dionysiam et Bacchicã uocabant, folijs minus nigris, maximas inter nigras Corymbis, cuius coronis Poetæ coronantur. Quidam ex hac duo genera fecerunt, nempe Erythranon propter acinos purpureos, et Chrysocarpon propter acinos croceos.

Est item hedera helix uocata, quæ folia habet angulata, concinna et exigua, differt ab hedera tamen, quia

hedera folia habet simplicia rotundioraq;. Helix fructum nō gignit, longioraq́; habet internodia, atq́; istius alia est herbacea seu uirens, quæ crescit potißimū in longitudinē, cuius generi dupplici uni tenuiora folia sunt, longiora, densiora, et digesta per ordinem, alteri diuersa omnia in minus: Est et helix folio albo cuius duorū generum folia sunt, altera plus candida, altera minus candida. Est item helix Thracia uersicolore folio.

Quarū altera folio crebriore, tenuiore, et ordinato, altera folio incondito, nunc maiori, nunc minori maculosoq́;. Vltima et quinta hederæ species, rigens hedera dicta, quæ sine adminiculo stat sola omniū generum, et ob id uocata cissos a Theophra. & Plinio quasi columellæ in eo uocabulum significent.

CYTISVS tam homini q̃ pecori perq̃ utilis frutex à Romanis Diosc: teste trifoliū maius dicitur. Columel lib. 7. ca. ult. Mulieres si lactis inopia laborent cytisum in aqua macerare oportere scribit, & post expreßi succi ternas heminas permisceri modico uino, atq́; ita potandum dari, & firmiores celsioresq́; infantes fore. Plinius libro 13. capite 24. Cum Virgilij Maronis sæculo: quod suis ubiq; Camenis crepat: nihil celebrius in Italia fuerit Cythiso, admirratiōe dignum est, quod nemo eruditorum nec monstrare nec internoscere possit hodie hanc plantam. In hunc enim modum scribit Virgil: Marcellus. Nunc quod sciam nullibi in Italia

est Cytisus, aut si sit incognitus sine honore iacet. Prima eum mortalibus ostendit Cytnus ex Cycladibus una, & ex ea omnem peragrauit Græciam & Italiam ubiq; charus & in honore habitus. Post quod tempus in antiquum & natale sibi solum reuersus non paruũ antiqua amantibus desiderium sui reliquit.

Veteres etiam mulierem lactantem ijs qui Phthoe consumerentur astare uoluerunt. In hanc sententiam scribit Dioscor. lib. 2. cap. 62. dicens. Dulcißimum est hominis lac, idem maxime nutrit. Prodest stomachi erosionibus, & Tabi quam Græci Phthisin dicunt, ex ipso ubere suctum.

Alter uero adulescens. De eodem uidetur loqui planius & copiosius lib. 1. cap. 1. De locis affect.

Lepræ similia. Lepra Græcis est paßio solius cutis & asperitas cum pruritu, ex Melancholico humore ortum habens. Et quando cutem profundius depascitur, in orbem procedens & in ea quædam ueluti squamulæ resoluuntur tunc dicitur lepra. Quando autẽ in extima cute cõsistit & uarijs modis figuratur & furfuracea corpora abijcit Psora dicitur, & à nobis scabies. Corne. Cels. confundit lepram cum impetigine. Cum tamen impetigo uel Zema, lichen Græcis apellata, mitior sit & minor cutis defœdatio & desquamatio sit in Lichenibus quàm in Lepra. Cæterum Cancer illud uniuersale totius corporibus fœdum malũ, quod

ſublationem è media conuerſatione hominum meretur in Græcorum monumentis non Lepra ſed Elephas et Elephantiaſis appellatur. Agit rem omnẽ uelut ex pro feſſo Nicol. Leonicenus in libro de Scabie Neapolitana

Qui uas fregerunt in pulmone curantur ut dictum eſt, nempe cap.. 8. lib. 5: huius Methodi.

CAPVT.XIIII.

Quemadmodum uero qui ex catar rho ſanguinem reiiciunt.

DOCET GALEN. HIC MEDERI PRO fluuio ſanguinis erumpentis ex pulmonibus uel ob tußim, uel ob catharrum, eo incumbentẽ.

Medicamentum quod ex palumbium ſtercore conſtat impoſui colunbarum in turribus ruſticorum agentium ſtercus acre eſt, qun interim ruri uſus ſum in adulescente nerui uulnere affecto. Atq; hoc agricola cum uidiſſet, loci 'conſideratione (erat enim non imprudens) imitatus ſemper uſurpat, & neruis uulneratis medetur. Porrò compoſitio, tum uſus idem omni medicamini ex Euphorbio & alijs quæ ſimilem confecturam habent, ſed Euphorbij loco, ſtercore indito. Verum ſtercus hoc ſubtilitate Euphorbio cedit, eoq; duris corporibus ex uſu eſt. Temperaui aliquando ipſum metallicis ſimul, ſtatim à principio cum eis terens ex aceto ad ſolem, multoq; acrius medicamentum euaſit,

quẽadmodum & cum eruginem uiuam acceperit li.3: de Compoſ: κατὰ γένη.

Cerato quod Thapſiam recipit ſum uſus. Deſcripſimus diligenter hoc quicquid eſt libro 13. cap. 16. in Scholijs.

CAPVT. XIIII.

Qui uero poſt duos aut tris, non omnes ſed aliquibus eorum inſanabile ulcus fuit.

COMMONEFACIT HIC GALEN. QVA prouidentia pulmonũ ulceri aliquis mederi poſſit, ſi modo phlegmone non dum oborta fuerit, nec ſanguinem etiamnum reijciunt. Vere namq;. 1. de Ponto Ouidius dixit.

Cernis ut è molli ſanguis pulmone remiſſus,
Ad ſtygias certo tramite ducat aquas.

Cum pillulis Galeni conueniunt, quibus hodie utuntur officinæ. Pillulæ Aggregatiuæ minores Meſuëi corrigentibus tamen medicaminibus & Myrobalanis adiectis: Nec multum abludunt ab inſtituto noſtro quæ Octomeræ, quas probe deſcripſerunt, qui diſponendorum medicaminũ, quibus hodie utuntur Aromatorij, curam tractarunt.

CAPVT. XV.

Horum quæ retuli uel modo uel ante.

SECTIONEM VENARVM IN VNIVERſum ſuſtulerunt, Chryſippus, Ariſtogenes et Eraſiſtratus. Quorum friuolas rationes Gal. partim hic, partim in libro de medendi ratione per ſanguinis mißio: euertit. Scripſit autem in Eroſiſtratios qui hāc opinionem moraicus arripuerant, peculiarem librum, cui titulum præſcripſit. Contra Eraſiſtratios Romæ agentes. Vide inſuper huic loco non infrugifera lib. 5. cap. 2. de locis affectis.

Macedonicum emplaſtrum exhibuit nobis Paulus lib. 7. ca. 17. atq; ita formandum tradit. Ad manum tibi ſint ceræ, colophoniæ, picis, ſeui tauri, libanoti, æquæ portiones quas eliqua. Poſt tolle ab igne, applica et aſfinge libanotum.

Phlegmonarū curationē conſiderabit inferius li. 13

Epulotica medicamina ſunt quæ cicatricem inducunt, quæ ſatis Gal. lib. 3. ca. 5. expediuit per exempla. Contemplaberis aūt illorum qualitatē ex li. 1. ca. 8. de Compo: κατὰ γένος, dū inquit Gal. Quanto glutinantia ſurcoticis ſiccare magis dicta ſunt, tanto glutinantibus Epulotica. Nam ipſorum benefitio carnem cauis ulceribus generatā cutem reddere ſtatuimus ob id tale pharmacū, ſiue ἐπίχρηστον ſiue ἐπίσατον ſit aſtringere oportet. Adnotauimus ex Gal. ſupra lib. 3. cap. 2. ab initio omnia quæ adamußim protulit de Sarcoticis, Glutinantibus & Epuloticis medicaminibus.

Papyracea charta. Papyrus palustris planta est ad Nilum proueniẽs ut Pli: uult li. 13. ca. 11. quiescẽtibus Nili aquis, ubi euagatę stagnant, duo cubita non excedente altitudine gurgitũ, ex hac præparantur chartæ. Varro æmulatione aliqñ circa bibliothecas supprimente chartas Ptolemæo membranas Pergami tradidit repertas fuisse. Pli. li. 24. ca. 11. præcipuæ utilitatis facit papyrum cũ inaruerit ad laxandas siccãdasq; fistulas. Charta quæ fit ex ea cremata intercaustica est. Cinis eius ex uino potus somnum facit, ipsa ex aqua imposita clluma sanat. Diosco: li. 1. ca. 106. addit hunc cinerem quæ in ore alijsq; partibus pascẽdo perpunt cohibere. Vide Auicen: lib. 2. ca. 545.

Anethum cal. in 2. sicc. in. 1. ordine, adustum uero sicc. in 2. Cuius semen hæmorrhoides compescit. Cinis quoq; accõmodus est sedi, testibus et coli. Auicen. li. 2. ca. 72. Diosco: li. 3. ca. 61. addit continue potum genituram extinguere, tollere condylomata illitũ cremati anethi cinerem. Pli. lib. 20. cap. 18. adiungit Cinerem eius uuam in faucibus leuare.

De colocynthide syluestri cucurbitula uel Amara cucurbita agit Diosco: li. 4. ca. 67. Auicen: li. 2. ca. 131 Mesueus in suis Simplicibus.

Molybdena à Pli: li. 34. ca. 18. describitur in hanc sententiã Molybdena, quam alibi (li. 33. ca. 6. & li. 34 ca. 10) Galenã uocauimus, est solius plumbi, uel plũbi

et argenti cõmunis uena. Melior hæc quãto magis aurei coloris, quantoq́; minus plumbosa, friabilis, et modice grauis, cocta cum oleo iocinoris colorem trahit. Adhærescit et auri et argẽti fornacibus, et hanc Galenã metallicã uocant. Coquuntur lauanturq́; scoriæ modo. Vsus in Lypara ad lenienda refrigerandaq; ulcera. Illitæ ad cicatricem perducũt in teneris corporibus mollißimisq́; partibus. Pli. tamen cum Diosc: uerba latine reddit memoria lapsus uidetur. Diosco: enim facticiã, ipse natiuã Galenã, ubi oleo coquitur iocinoris colorẽ referre scribit. Hoc rursum inter natiuã Metallicamq́; Galenam interest, quod hæc igni liquescit dum in emplastrum coquitur, natiua uero, ut Cadmia, lapides uel arenæ nõ liquefit, et si in tenuißimã pollinem fuerit redacta. Galena autẽ cuiuscunq́; gentis uocabulũ sit, non excutimus. Nam Germanicũ non esse, hinc perspicuũ est, quod serius metalla cœpisse fodi in Germania constet. Id certe Germani imitati eandem rem, similiter, ultimis tantũ modo literis mutatis appellarũt. Hæc est colore plumbi, atq́; iccirco Molybdena et Plumbago dicta, uel quod ex ea plumbum fiat. Et hæc est Galena apud Pliniũ. Cæterum apud Diosco: lib. 5. cap. 54. per Molybdenã intelligendus est potius lapis plumbarius. Qui eo quod plumbi specie sit Μολυβδοειδὴς appellatur, atq́; is à Molybdena natiua Dioscoridæ magis colore q̃ materia differt. Quod. n. Latini uenã. Græci

modo terram modo lapidem appellant. Vnde lapis Plũbarius ita dictus est, ut uena plumbaria dici solet, nempe materia ex qua metalla excoquuntur. Sic æris uenã Gal. liberũ nobis reliquit uel terrã uel lapidem nominare. Galenus idem in lib. de Comp. secundum genera, ubi differentiã facit inter ea emplastra, quæ ex Lithargyro & Molybdena præparantur, aut è cerussa & lithargyro alba, è Molybdena subfusca, & quæ cineraceo colore sint cõfici. Rursus quod Dioscor. Flauæ Molybdenæ meminit, rem sic accipere debes. Nẽpe quod eidem materiæ differentes colores esse possint. Diuersi enim uapores è terræ uisceribus elati, unam & eandem rem diuersis coloribus tingũt. Nam licet frequentißime plumbei quasi coloris resplendentis Galena sit, inuen itur tamen interdum nigra, interdum cœrulea, interdum etiam iocinoris colore infecta, quas omnes si cultello scindere tentabis, non aliud quàm Galenam esse certo cognosces. Quid igitur mirum flauam etiam inueniri in calidis præsertim regionibus. Arabes Molybdenam ignorarunt, uel eandẽ Lithargyro putarunt. Nec temere quicq̃ de hac in illorũ libris memoria & Apolline dignũ inuenitur. Habet aũt Galena uires Lithargyro: qđ mediæ temperationis est, similes: ut Gal. scribit. Ab ipso tamen parum ad frigidum inclinat, neq; ullas abstergẽdi uires habet, quinetiam densarum magis est partium. Emplastrum

ex ea, oleo & aqua, multo utilius est, quàm si adsumeres ad hoc Lithargyram, ijs præsertim qui molli sunt carne. Quales sunt pueri, mulieres, uiri, candida cute, quorum plurimi in regionibus frigidis inueniuntur q́d docte disserit Hippo. περὶ ἀέρων &c. Mutuati sumus hæc pene omnia à Georgio Agricola, qui in libro de ærifodinis Germanorum, cum in plærisq; metallicis tum præcipue in Galeno describenda νεοτερικοτέρουσ omnes superasse uisus est.

IN LIBRVM SEXTVM THERAPEVTICAE Galeni Methodi Iohannis Agricolæ Medicinarum professoris Scholia.



NSTITVIT HOC LIBRO SExo in operibus Medicinæ exercitatißimus Gal. neruorũ uulneratorũ curationem. Ob quod beneficium uel unicum immortalẽ apud posteros laudem poterat consequi. Tam enim efficax neruorum curatio ab ipso præscripta est, ut omnes quos curãdos susceperit seruati, nõ autem mãci nec claudi: rediti sunt: quæ aliter curatis accidere conspexerat omnibus. Quemadmodum etiam non nullos conuulsione correptos, uel cum dolore uel cũ putredine aut Febre mortuos. Nam cum omnis

præceptores Gal. ἔναιμον et Glutinatoriũ usurparẽt, & uulneris oras cõmittere seu glutinare molirentur. Et cum Phlegmone eas obsedisset, calida aqua liberaliter fouerent, triticiq; farinam ex hydreleo coctam cum oleo applicarent, etiam patellæ gladiatorũ uulneratæ, curare uidisset: forsan melius dicas non curare sed perdere: paucißimi enim illorũ et ij claudi superuixerunt. Permultos etiã in manu summa tendones, per quos digiti flectuntur extenduntur'q; uel contusos uel minimo puncto læsos putrescentes adeò conspexisset, ut coctis diutius in aqua similes apparerẽt. Quoniã uero omnia ex humiditate et calore putrescere cognosceret, curationem per siccantia refrigerantiaq; moliendã esse deprehendit. Frigidũ tamen Hippo: testimonio neruis inimicum esse considerans, intellexit optimũ fore neruorũ uulneribus medicamentum, quod et siccaret et caloris frigorisq; particeps esset, uel parum ab horũ medio ad calorem recederet. Calidum tamen esse satis posse, modo siccandi potestate polleat. Etenim calor citra humiditatem putrefacere nihil habet. Multum aũt refert nudæ ne parti affectæ medicamentũ offeras, an per alia corpora ei præposita. Inde aduertit conuenire alijs pharmacis uti in nudato neruo, alijs cum punctus fuerit, partibus quæ ipsi præiacent illæsis. De quibus omnibus copiose scribit hoc libro sexto. Et li. 3. de Comp: κατὰ γένη.

CAPVT. II.

Vt enim iam aliquid persequamur, quod præcedentibus sit deinceps.

PERSEQVITVR HIC GAL. CVRATIOnem Simplicis compunctionis in neruo, decernẽs quod medicamenta postulet, quæ et tepidũ calorẽ excitent, et ualenter siccent, quæq; substantia sua trahendi uim habeant, et cum hoc sint partiũ tenuium.

Pæoniæ manus. Pæon diuino Homero medicus deorum confingitur. Scribit enim. 5. Iliad sauciũ ab Hercule Plutonem, & a Diomede Martem, medicatos uero à Pæone, quod paribus uersibus uertimus.

Dixit et extemplo Marti Pæona mederi
Iußit, at ille inducit pharmaca suauia pannis.
Sanauitq; deum subito, Mortalibus illud
Viribus impar erat. Nam tam cito uulnera Martis
Sarcta coalescunt, niueum q̃ forte coire
Lac solet, unà si Pityam confuderis illi.

Nicander in Theriacis Pæonem, id est, Aesculapiũ scribit fuisse Draconem in Pelio monte, iuxta uallem Pelethronium. Inde est quod ueteres Aesculapium sub imagine Serpentis coluerũt, adeo ut nec Romani hoc idolo carendum sibi existimauerit, ut est apud Valer: Maximus lib. 1. cap. 1.

Diligenti cura Gal. admonet in amplioribus uulnerationibus siccans aliquod pharmacũ allinendum esse.

In puncto uero neruo molle & blandum et quod dolorẽ mitiget. Ex sentiendi enim quod obtinet acumine necesse esse tum dolorem incidere, quam reliquis partibus maiorem, tum ex necessitate Phlegmonem consequi nisi quis, & medelam dolori inueniat & phlegmones generationem prohibeat.

Propolis: contemplanda sunt in diuino Apum melificio prima fundamenta, periti Commosin uocant: secunda Pissoceron, tertia propolin. Paulus lib: 7. sordẽ appellat quæ legi poßit in aluearibus, inter coria cerasq; magni ad medicamina usus. Commosis crusta est prima saporis amari. Pissoceros super eam uenit picantium modo ceu dilutio, ceræ initium populorumq; è mitiori gummi, propolis craßioris iam materiæ additis floribus, nondum tamen cera, sed fauorum stabilimentum, per quam omnes frigoris aut iniuriæ aditus obstruuntur: odore graui, ut qua plæriq; pro Galbano utuntur. Præter hæc conuehitur rhitace, quam Sandaracam & cerinthum uocant. Hic erit apum dum operantur cibus, qui sæpe inuenitur in fauorum inanitatibus sepositus, & ipse amari saporis, sed plenus humoris cibus. Plin. lib. 11. cap. 7. Quibus addendum quod idem li. 24. cap. 8. Populi (inquit) ferunt in folijs guttam ex qua apes propolin faciunt, unde etiam remedium per quam efficax est. Porro de melle ipso elegantißime li. 22 ca. 24. Et Gal. li. 7. ca. 7. huius Methodi.

Metis autem est purgamentum ceræ ex quo partem al uel priorem apes illinũt. Propoli quoq; si Dioscoridæ credimus in calefaciendo & extrahendo uis maxima inest. Surculos corpori infixos extrahit, suffitũ antiquis tußibus opitulatur, imposita impetigines emendat, ceræ natura & aspectu suo adsimilis.

Sagapenum sententia ueterũ ferula fert ipsa in medicinis nullum usum habens: quod uero in ea expetitur liquor solus est. Plin. lib. 20. cap. 18. in Italia inueniri dicit, sed in totum transmarino alienũ. Prodest laterũ & pectoris doloribus, conuulsis, tußibus ueteribus, excreationibus præcordiorum tumoribus, sanat uertigines, tremulos, opisthotonicos lienes, lũbos, pfrictiões.

Cyrenaicam lachrymam. Plin. lib. 9. cap. 3. magnificè cõmendat (inquiens) clarißimum Laserpitium, quod Græci Silphion uocant in Cyrenaica prouincia repertum. Cuius siccum uocant laser, magnificum in usu medicamẽtisq;, et ad põdus argẽti denarij pensum. Multis iam annis in ea terra non inuenitur, quoniam publicani qui pascua conducunt maius ita lucrum sentientes depopulantur pecorum pabulo. Vnus autẽ caulis nostra repertus memoria Neroni principi missus est. Si quando incidit pecus in spem nascentis hoc depræhenditur signo, oue cum comederit dormiente protinus capra sternutante. In Perside Media Armenia nascitur laser, sed multo infra Cyrenaicum est.

C. Valerio M. Hermioq; Coß. Cyrenis adnecta sunt Romã publicè laserpicij 30. pondo. Cæsar autem dicta tor initio belli ciuilis inter aurum argentumq; protulit ex ærario, laserpicij pondo 3. In Aphrica laserpicium gignebatur res fera & cõtumax, & si coleretur in deserta fugiens, folijs deciduis uesci pecora solebant, primoq; purgabantur, mox pinguescebãt carne mirabilẽ in modũ iucunda. Post folia amissa caule ipso & homines uescebãtur decocto, asso elixoq;. Eorũ corpora 40 primis diebus purgante auicijs, meminit eius bonitatis etiam cap. sequẽti. Syrpe aũt primũ appellata fuit odoratis radicibus, uirgulto herbido magis quam arbusto similis planta. Cuius è culmo exudat æstatis tempore pingue roscidum, dictũ lac hyrpicum deinde usu deriuante laser & laserpiciũ, factum est. Magnæ autem æstimationis fuisse apud ueters hoc Silphiũ indicat par œmia βάτου σίλφιον Batti laserpicium, de ijs dicta, qui summos honores adsequuntur. Cyrenæi enim suo regi Batto Silphiũ tanq; rem omniũ preciosissimã dono obtulisse tradũtur. Vide Chilia. Eras. Rotero. Solinũ cũ suo Camerte cap. 40. Diosco. lib. 3. cap. 85. et lib. 5. de Compos. secundum genera in medicamentis Cephalicis Strabo lib. 17.

Galenus duobus capitibus neruorum uulnera sanare docens calidas & desiccantes medicinas censent cõ miscẽdas esse ut Sulphur Euphorbium calcem & simi

les. Rationem habes, in argumẽto huius libri sexti, uenabere item aliquid fauente Delia doctis auribus & acri lotis aceto dignum apud Ioan. Vigonium lib. 3. tract. 1. cap. 15. Vbi neruorũ medicamina innuit quatuor conditionibus esse insignienda. Prima est caliditas temperata doloris obtundendi gratia, qui huius generis uulnera plærumq; infestat. Secunda siccandi facultas uehemens, quæ humorem extrinsecus neruosæ parti ingruentem absumat, nerui enim per quam facile putrent & spasmo obnoxij fiunt, nisi humoris exiccetur eximaturq;. Tertia, congruentius est medicamẽ puluereum uel liquidũ quo facilius uirtus eius ad neruũ læsum poßit contingere. Quarto attrahandi facultate perditum sit, ut materies in intrinsecis neruorum spacijs detenta ad externas partes euocetur.

Sulphur cal. & sic. in 4. meta, decoctũ una cũ oleo sambucino lumbricis terreis & pauco aceto ad neruos punctos medicamẽ est saluberrimum. Vigonius, Multas uires huic tribuit. Dios. lib. 5. cap. 78.

Calcem lib. 5. cap. 4. absoluimus. Addit Vigonius Viuam calcem cum cæra & oleo terebinthino & flore æris omnijuga putrida ulcera à putore suo reddere immunia.

Lixiua aqua, est lixiuũ. Græcus enĩ Gal. habet ἤτισα κονίαν ςατλὼ, id est, poposci lixiuium stillatum. Gal. lib. 4. cap. 2. Simp. Medic. scribit acetum esse quid

dam compositũ ex partibus contrariæ facultatis partim calidis partim frigidis: sicut ustorum lignorũ cineres. In quibus aliquid quasi fomes quidã igneus per partes est dispersum quod calidũ est, reliquũ tum terreum est tum frigidũ. Iccirco cum cinis aqua maceratur, ac per rara corpuscula paulatim colatur, calidæ acresq́; partes una feruntur, reliquum quod est, frigidũ est, nempe quod igneas suas particulas in aquã deposuit. Vocant hanc aquam κονίαρ et latini lixiuiũ, respondetq́; aquæ marina et muria facultatis ergô, illa enim ex aqua sale q́; constant. At lixiuiũ tum ex ipsa, tũ ex partibus quas secum rapuit compositũ est. Lix autem cinis foci est. Vnde lixiuius, id est, cinericius deducitur. Repetit ad eandem curam lixiuam aquam. Galen. lib. 3. cap. 2. de Compos: κατὰ γένη.

Sinopis. Miltos Sinopice hæc est rubrica Sinopica apud Dios: li. 5. ca. 65. Eruitur aũt ex specubus quibusdam Cappadociæ, per qualũ traijcitur, colatur et aduehitur ad Sinopen, ubi uenditur. Vnde nomen est ei inditum, uim habet exiccantẽ, emplasticam et stypticam, quare Emplastris miscetur uulnerarijs. Eligitur q̃ grauis est, densa, iocinoris colore, nõ calculosa, sibi concolor et copiose cũ diluitur se diffundens. Georgius Agricola sibi uisam scribit Venetijs è Bizantio aducctã, nõ in pastillos redactam, quemadmodũ Manardus ipsam à se uisam scribit, sed glebas potius fuisse quasdam.

Ochra. Argillarum multa genera celebrantur à medicis, quarum quæ Lutea est: Manard exponit pallida: Ochra Græcis, Sil latinis dicitur. Quæ cerulea Cyanon.i. ceruleum: quæ uiridis Chrysocolla: quæ rubra Sandaraca: q̃ nigra melanteria.i.atramentũ metallicũ ab Albano Torino reddita: quæ candida diuersa nomina habet. Ochra prorsus lutea est ut ea ipsa pictores uti possent: sed facticia q̃ è plumbo fit, hodie magis ipsis in usu est, aut si qui fossili utuntur, malunt Pannonica uti, quod cæteris præstare credatur, nec ita magno precio uendatur, fit igitur ut quæ in Valle Ioachimica effoditur, neglecta iaceat, nec à quoquam ferè colligatur. Diosco: Paul: Vitruuius Atticã probant, q̃ tamen Vitruuij tempore desierat, quod argentifodinæ amplius nõ foderentur. Hæc ꝑ Magna parte Georg. Agricola, qui singulari quodam in metallicis Genio pollens pluri mum mihi præstitisse uidetur. Diosco: Ochræ uim erodendi adscribit, collectiones et panos disijciendi, excrescentias carniũ reprimendi cũ cerato caua explendi, et articulorũ tofos cõminuendi. Manard. lib: 10. Epist. 1. inquit, Rei uocatæ Silurum genus lucidum est, aliud marmorosum in argenti et auri metallis inuenta, quæ coloris est lutei. Vide Vitru: li. 7. ca. 8. et Pli. li. 35. c. 6.

Flos salis in totũ diuersa res est q̃ sal et humidioris naturæ, coloris crocei aut ruffi ueluti rubigo salis. Eius natura aspera est & calefactoria, stomacho inutilis, su-

dorem cit, aluum soluit, in uino & aqua acopis & sinegmatis utilis. Detrahit ex palpebris pilos efficacißime Plin.lib.31.cap.7. In Aegypto inueniri dicit. Dios. & alijs paludibus & fortibus quibusdam innatare. Hodie salis flos in medicinis parum agnoscitur.

Quod colorem eius immutet. Exigit aliquando rusticitas hominũ huiuscemodi lenocinia, & in unguentis colorum uarias permutationes. Sic uno quopiam unguento quamuis subinde in manus reuocato et nunc pauxillo luti Armenij, nũc sphragide Lemnia, aut ochra aut croco tincto, tautologiæ opprobium tamen uitabis. Quod neque hoc loci damnatur à Galeno, Exigit enim neceßitas hoc moliri. Quia idem pharmacum uel ab idiotis non minus deridetur, si crebrius in usum adduxeris, quàm.

Ridetur chorda qui semper oberrat eadem.

Pineam humidam, intelligo resinam pineam. Nam Plin.lib.23.cap.8. Nuces pineæ (inquit) quæ resinam habeant, contusæ leuiter additis in singulis sextarijs aquæ ad dimidium decoctæ, sanguinis excreationi medẽtur, ita ut cyathi bibantur bini ex eo.

Resina frixa expressa est in scholijs lib.5:cap.3. et de omni resina lib.3.cap.8. Stroboli autem sunt nuclei pineæ, de quibus agit Dioscor.lib.1.cap.82.

Euphorbium arbor nascitur in Athlante acerrimo liquore plena: quem ob nimiũ eius feruorẽ timẽtes

colligunt, excipulas ex ouillis lotis uentriculis factas, in arbore suspendentes, tum eminus supra excipulas illas hastilibus eam uulnerantes, qua percussa statim ueluti ex rupto uase aliquo copiosius prosilit in excipulas liquor, Dioscor. lib. 3. cap. 88. Fuit Euphorbius præclarus medicus itidem celebris medici Antonij Musæ frater Germanus. Qui aliquando Iubam, quemadmodum Musa Augustum utrumq; lœtaliter ægrotantem uterq; seruauit. Antonio Romani statuam, ære collato, iuxta signum Aesculapij erexerunt ut refert tranquill. in Augusto. Euphorbium autem ab altero fratre (ut quidam uolunt) nomen hoc inuenit, qui primus eius uim & usum medicis monstrauit. Manardus uero in mendose translata à Marcello, ostendit Iubæ ipsi acceptam referendam hanc inuentionem, quia hoc insinuent uerba Diosco: & Plinij.

Dieuphorbium describitur lib. 3. de Comp: secundū genera, et recipit Euphorbij partem. 1. Ceræ. 3. olei 12. Cerā quidem Euphorbij triplicatā, oleum uero ipsius ceræ quadruplum esse conuenit. Hanc ipsam unctionem audacter puncturis imponito, ubi oras hiaremetus est. Si imbecillius fuerit auge mensuram Euphorbij, pro imbecillitatis ratione, interim partem dimidiā inijciens, interim duas, nonnunq̄ pares ceræ & plures si uetus nimium extiterit. Primus sane usus in puncto neruo uel tendone ad secundū te ducet &c.

CAPVT. III.

Si autem non punctus, sed plane cesim uulneratus neruus sit.

THEREVM. Plinius lib. 2. ca. 89. prodit inter Cycladas Olimpiadis 135. anno quarto Theram & Therasiam insulas enatas esse: q̃uis Mela li. 2 Theram inter Sporades reponat. Terion autem circa Rhodon non procul à Gnido insula sitam esse refert Pli. li. 5. ca. 31. Lucis quoq; nõnihil sperabis ex his quæ Pli. lib. 14. ca. 18. scribit. Apud Thasios uitem Thereã uocari, cuius & uinum et uua contra serpentiũ medicetur ictus. Vide Scholia nostra lib. 12. cap. 4.

Caryinum uinum Plinius uidetur describere li. 14. cap. 18. In Achaia, dicens, maximè circa Caryinã dicitur abigi partũ uino, atq; etiã si uuam edant grauidæ, cum non sit differentia in gustatu.

Phalernum extulit egregie Pli: li. 14. ca. 6. Secunda, inquiens, nobilitas phalerno agro erat, qui à ponte Campano leua petentibus urbanam coloniã Syllanam nuper Capuæ contributã incipit, faustianum uero nobilius est: nec ulli in uino maior authoritas q̃ faustiano monti. Quidam ita distinguunt: summis collibus Gauranum gigni, medijs faustianum, imis phalernum. Non omittendum autem nulli eorum quæ celebrentur iucundum saporem uuæ esse. Et ca. 3. se expertum scribit Gauranas à Phalerno agro translatas uocari pha-

lernus, celerrime ubiq; degenerantes. Idem li. 23. ca. 1. admonet hoc uini genus phalernũ nec in nouitate, nec in nimia uetustate corpori salubre esse. Mediamq; eius ætatem à 15. anno incipere. Creditũ est obscuritatem uisus facere, nec prodest neruis aut uesicæ, Prodit Gal. li. 4. ca. 1. de Cõpos: κατὰ γένη Vinũ hoc plane giluũ et substantia pellucidũ esse. Et 5. de Valet: Tuen: Senes à balneo postq̃ comederint, bibere iubet faustianũ phalernum. Similia huic fuerint, quæ dulcia simul et pallida sunt ut Therenum et Cyrienũ. Vide Gal. li. 12. ca. 4 huius Methodi et Diosco: cap. de Vino.

Diachalciteos. Huius Cõpo: Gal. li. 3. ca. 2. de Cõp: κατὰ γένη refert multiplices formas. Inter duas autem tertiã quandam mediã excogitauit, quia ipse subinde se usum fuisse affirmat. Cæterũ Diachalciteos, quod à palma Græcæ Phœnicinon appellauit Gal. cuius inuentor ipse fuit, recipit Adipis quem institores axungiam uocant pondo. 2. olei ueteris pondo. 3. argenti spumæ tantumdem. Chalcitidis pondo Vnc. 4. Ex his & palmæ succo pharmacum hoc constat. Quod omnibus sui generis preciosius esse usu et experientia comprobatũ est. Siquidem innumerabilibus malis hoc succurritur. Illitum enim facit ad ulcera, quæ cicatricem ægre ducunt. Oleo liquæfactum ualet ad cruenta, phlegmonas, podagrã, arthritin, bubones, phymata, ambusta, perniones, fracturas oßium, contusiones, rheumata, hernias.

Porro in immensum exurgeret noster labor, si omnia commoda Diachalciteos percensere pergeremus, tam enim plane sunt ἀθέσφατα, ut non aliundeq̃ ex Galeno sint haurienda.

Oleo sabino: Huius reddit caussam Gal.lib.3.ca.1. de Compo: κατὰ γένη. Oleum dicens, omni adstrictione uacet, neq; crudum, hoc est, ὠμοτριβὲς uel ὀμφάκινον adhibebis. Optimũ oleum est tenuißimũ, quale in Italia Sabinum, alibi uero, quæ nullã obstringendi uim occupant. Et li.3 de San: Tuen: Oleũ Sabinũ relaxat, si bimum trimumuè sit, tenuius et calidius est.

Ἐν κριομύξοις ἀνδράσι, ὡς Κερκίδας φησὶν εὐδοκιμήσει. Inter Criomyxos uiros, ut Cercidas ait in precio erit Thessalus. Scribit Suidas Κερκίδαν ἕνα εἶναι τῶν τὰ μακεδονικὰ φρονούντων, hoc est, Vnũ ex his, qui partes Macedonũ fouerint, oratorem quidẽ professione, sicut Aeschinem, qui et ipse semper stetit à macedonibus corruptus scilicet largitionibus, erant.n. δωροδοκότατοι ῥήτορες: quorum Athenis id ætatis multi fuerũt, id quod et orationibus Demosthenis uerum esse colligitur. Alterius Cercidæ meminit Cœlius Rhodig.lib.2.ca.22. Sed nihil ad institutum nostrum. Quid aũt cum κριομύξοις uelit, non facile diuinarim, cum nec Linacrus istud uerbulũ uoluerit latinitate donare. Antiquus interpres reddidit, quorũ emicatio fuit ac si essent pecudes. Sunt aũt κριόμυξοι mucosi, nam

κριόσ arietem et μύξα mucum (quidã muccũ ſcribũt) ſignificat. Eſt. n. mucus huic animaliũ generi familiaris potiſsimũ. Vult igitur Gale. Theſſalum inter uiros mucoſis naribus præditos, hoc eſt omni iuditio deſtitutos & ſtupidos eſſe in precio. Vſus eſt ſimili dicendi modo lib. 2. cap. 5. huius Methodi, dicens. Deuouet Dialecticos, ceu malorũ cauſſas, quod uidelicet mucũ ſeu pituitam: κορύζαν habet Græcus contextus, à naribus ipſorũ detergent. In ſumma κριόμυξοι ſunt obeſæ, ut Horatius uocat, naris homines, ſeu mucoſis naribus ut arietes defœdati. Pituitam aũt et mucum ouibus atq; arietibus præcipue accidere teſtatur Columella li. 7. ca. 5. ubi nonnulla eius morbi remedia cõmemorat. In quem etiã modum Eraſmus ad nos ſcribens dicit κριομύξουσ appellari uiros nullius iudicij, hoc eſt, naris minime emunctæ. Oues enim ſemper habere mucorem in naribus.

CAPVT. IIII.

Neruea uero ligamenta ſiue copulæ ſyndeſmi.

GALENVS PRIMAE NOTAE MEDICVS hic tractat medicamenta quæ ſyndeſmis ſolent mederi, atq; illis quæ ſunt eiuſdẽ hoc eſt nerueæ naturæ, cuiuſmodi ſunt nerui, tendones, abdomen, omẽtum, inteſtina quouis modo uulnerata.

Tendones Linacrus, & Tendines Guinterius de

Anatomicis administrationibus appellāt, quas Auicen. li. 1. Doc. 5. chordas ex neruo et syndesmo cōstructas uocant. Ligamenta, sic. n. Syndesmos reddimus, duplicia repeiriuntur. Guido. n. Cauliacius insigniter lapsus est, quādo censuit hæc omnia ab oßibus tantū oboriri, cum tamen quædam à chordis procedāt, uti aperte hic etiam Galenus exponit & Aliabas libro secundo capite undecimo.

CAPVT. V.

Ac de reliquis quidem corporis partibus dictum.

HOC ADMODVM PROLIXO CAPITE Gal. principe loco tria oßium cōtinuitatis solutionis discreta nomīa interpretatur. Prima. n. fractura oßis fit per trāsuersum, in qua fracti oßis partes iam prorsus separatæ sunt diciturq́; καυληδὸν γεγονέναι. i. cauli in modū facta (nolo aūt credas certo me hoc definire magis poſſe q̄ diuinare. Nam et hic fortaßis in eodē luto nobiscū hærens Linacrus obmutuit) Caulus aūt præter alia significata portendit etiam uirgam et stipitem cuiuscūq́; plantæ. Horum uero plurimi per transuersum leui momento franguntur. Secunda per longitudinem facta, fractura non omnino, separatis à se partibus affecti oßis σχιζακηδὸν inflixa dicitur. σχίζω. n. idē est quod scindo findo aut diſſeco σχίζα idem qd' sciſſura uel rima. Tertia fit ad raphani speciē,

et ꝑpterea ῥαφανηδὸν facta ꝓnũtiatur. Quãuis iunio res uno nõie Os quod uarie sit fractũ Hippo: exemplo appellare potuissent. Purgat se deinceps Gal. de ꝓlixitate. Nã Hipp: ἐπιτόμως hæc oĩa tradidit. Sunt igitur et particulatim quædã agenda, q̃ indefinita relicta sunt ab illo. Fracturæ itaq; curãdæ, finis primus est unitio. Secundus si per siccitatẽ partiũ id fieri nequit, interuentu alicuius glutinẽtur. Si hic quoq; impetrari nõ poßit, uitiũ in sanabile dixeris. Deinde in transuersis et longis fracturis deligaturarũ modos ꝓponit, et perspicue tradit, qua arte fieri queat, ut fracturæ uel per unitionem uel per porũ uel sine poro coalescant. Fracturæ plures sunt species, ut erudite ex Galeno repetit Paul: li. 6. ca. 89. Alia siquidem Raphanatim, alia scandulatim, Vnguatim alia, alia farinatim quædam etiam per abruptionem facta dicitur. Raphanatim facta est ruptio oßis per transuersum, quam etiam nonnulli cucumeratim & Caulatim, à fractorum cucumerum & caulium similitudine appellant. Scandulatim est ruptio oßis in longitudinem scißi. Vnguatim est ruptio oßis, quæ cum aliqua in parte recta sit, in fine tamen lunaris euadit, quæ etiam harundinatim ab aliquibus nuncupatur. Farinatim est ruptio oßis multiplex in minutas partes, nucatim etiã dicta. Est aũt Abruptio uel abscißio partis alicuius oßis detractio per abruptionem sup ficiẽi, sic ut pars quæ detracta est, et receßit sup natet.

Belle uero secum actum putauit Translator Arabs, qui concisum hoc caput, ut omnia, inuertit potius q̃ cõuertit, è cuius Translatione constat nostram ueterem factam fuisse tralationẽ. Vinum aũt Diuo Hieronymo adstipulante in tertiũ uas transfusum, acescit. Oportet igitur quouis pistillo obtusiores esse, qui fastidientes Linacri, Copi et Guinterij trãslationes: ueterem deluxatã solam miris uehunt laudibus. Quãuis Albertus Pigius Campensis Batauus nuntius Pontificius in omnibus ꝓfeßionibus uelut quidam omniscius Hippias, adhæc & medicus: cũ nuper hac iter faceret ab eadem pertinaci steterit hæresi. Vt uero tuis luminibus (o bone) plus fidas, consideres bonam partem huius capitis ab Arabibus esse intercœptam.

Respondeatur illud poëtæ, nempe Nestoris. 2. Iliados. Qui græcos grauiter increpat, quod propter insomniũ Agamemnonis Troiam sibi relinquendã putarent. Ominatur itaq; Nestor unum aut alterum periturum esse in mari, si temere soli sint nauigaturi, non comitantibus omnibus Achiuis. Quem locũ Nicetes Magirus noster his carminibus uersum nobis exhibuit.

Quare Atrida teneus uelut ante immobile pectus,
Acer in æratos Graios educito pugnas.
Atqui discordes à nobis forte seorsum
Consultant, missos facito, quorum unus & alter
Officio nullo nobis prodesse studebunt.

Splenium

Splenium Polluce teste est caput splenis pinguis. Vnde splenia quasi ad similitudinem dicuntur facta ex panno quæ ad curam corporis super imponũtur. Sunt autem emplastra quæ in longitudinem magis q̃ latitudinem extenduntur, & fronti plærumq; imponuntur, quasi fasciolæ ad arcendos dolores, aut in alium usum aliquem. Vnde latini poetæ talem Spleniatam frontem appellant, id est, quasi flagellatam. Martialis, Splenia tolle leges &c.

Cerotum humidum require inferius in contextu lib.10.cap.9. Nostrates hoc uocant, Cerotum Galeni album, et recipit Ceræ albæ Vnc.1. olei rosacei unc.4. (melius autem est tale si ex omphacino sit factum) aquæ fontis uel rosaceæ quantum sat est. Quo itaque sæpius lauabitur oleum, eo feceris præstantius. Postremum concutiatur cum pauco aceti albi, clari, et reponatur. Iacob: Manlius in suo dispensatorio.

Porus. Enucleatius hoc tradit Cor: Celsus lib.8.ca.10. ad finem, Nonnunq̃, dicens, recte quidem ossa cœperunt, superincreuit uero nimius callus ideoq; locus intumuit. Quod ubi incidit, diu leniterq; id membrum perfricandum est oleo et sale et nitro, multũq; aqua calida fouendum, & imponendum malagma, quod digerat, astrictiusq; alligandũ, oleribusq; et præterea uomitu utendũ. Per quæ carne callus quoq; extenuatur. Confertq; aliquid de sinapi, quod cum ficu in alterum

pariter membrum impositum, donec id paulum erodat eoq; cuocet materiam.

Solen est genus Ostreorum (Albanus Torinus in Pauli lib. 1. cap. 91. Vnguem interpretatur) unde Solenistæ piscatores ij dicuntur, qui tales solenes uenantur colliguntq;, qualis sit Philoxenus principio, qui mox Demagogus & tandem tyrannus euasit. Cœlius Rhodig. lib. 7. cap. 25. Est alius Solen Mechanicus, quod etiã Glottonicõ Mechanicũ dicitur instrumentũ quod plurimũ cruri fracto, uel luxatæ alicui parti cõmodat præsertim cũ reponitur, uel cũ æger cubile mutat, aut etiã è uentre aliquid uult excernere: cuiusmodi aliquot monogrammis delineata uidemus in nõ contẽnẽdo Schilansij Argẽtoracensis chirurgico libro. Chirurgi nostro æuo plæriq; ferulis deligatis ad crura rẽ agunt, hæc artificum organa neq; norũt neq; usurpãt post dies aliquot tabulato ligneo è tribus asseribus conflato utuntur, in cuius tertiã tabellulã pedem collocãt. Albanus Torinus breuibus nobiscũ ægit his uerbis. Solẽ canalis est, & eius nimirum specici organum mechanicũ. Cuiusmodi aũt fuerit, qđ cruribus fractis subijcitur, potest ut mihi quidẽ uidetur, haud difficulter ex Gal. cõijci. Certe Aegineta noster li. 6. ca. 91. ulcere naribus foris cõflictatis, canalibus plũbeis, quas Solenas dicũt Græci, usos tradit quosdã inter curandũ donec cicatrix induceretur. Est aũt Solen & Solenariõ idẽ teste Suida.

CAPVT. VI.

Ac de reliquis quidem fracturis, hæc nosse cum iis quæ Hippocrates præcepit sat fuerit.

CONSIDERAT HIC GALENVS FRACTVras Caluariæ, quas uti præcedentes tum per organa tum per medicamenta apposita strenua opera despicere docet medicationis ergô.

Δίπλους quid sit, Pollux in Onomastico recenset ad hunc modũ, sed tamen latina uerba sufficient. Quod intra caput, est cerebrum, diplus (idest ex duabus pelliculis dura et pia matribus compositum) per commißionem duplicatio (nempe piæ & duræ matris) quarum quæ intro uergit rubicundior, quæ extra prominet firmior existit. Nominantur etiam Ilamides (quasi dicas inuoluentes) quid celebralem medullã inuoluunt. Alio nomine Μήνιγγεσ appellantur.

Cyclisci sunt caua excisoria scalpella. Phacoti uero existunt lenticulata & ampliora excisoria παρὰ τῆσ φακῆσ, id est, à lente sic appellata, cuius usum Galenus in hoc capite designat. Prioribus numero multis, et magnitudine imparibus, utuntur Chirurgi in fracturis cranij capitis à principio: paucis uero excisiõibus factis ꝑ caua excisoria relinqtur locus excisorijs lẽticulatis.

Abaptistam terebellam uocant quæ mergi non possit, præsertim usq; ad cerebri substantiã, circũcurrẽte

parum supra terebellæ cuspidem circulo pusillum extante. Chirurgi illam perforationis actionem trapenationem uocant. Cuiusmodi Abaptista terebra in uulnerarijs Chirurgorum libris utcunq; uidere licebit lineis quibusdam depicta.

Chynicides uel Chynicia instrumēta dicta sunt quæ Cor: Celsus latinorū medicorū princeps li. 8. ca. 3. proprie Modiolos trāstulit, quorū hāc ponit finitionē. Modiolus (inqt) est ferramentū, concauū, teres, imis oris ferratū, per quod mediū clauus ipse quoq; interiore orbe cinctus demittitur, quo cū exciditur os, quod læsum est, si non spatiosum sed paruulum est. Et adiungit inferius, Modioli usus ferè superuacuus est, quia latius pateat necesse est, quod iam alte processit.

Engisoma est caluæ ictus, in quo læsum os ad interiorem cerebri membranam descendit. Sic dictum, quum nullo relicto inter os caluæ & cerebri membranā spatio duo illa corpora sibi inuicē ꝑpinquant, ab ἐγγύσ id est, prope et σῶμα, id est, corpus.

Camarosis est diuisio ob quam ossa intestudinis formam, et quasi camerata uidentur, quasi dicas testudinationem caluæ, quia in cameræ formā suspensa relinquitur altrinsecus pars aliqua à reliqua calua separata.

Ostagram ad satietatem usq; explicat hic Galenus. Est autem instrumentū Chirurgicum ad cranij præcipue fracturas utile. Sic uocitatum quod ossa fracta co

arripiantur et extrahantur. ὀστέον enim os & ἀγρῶ uenor, apprehendoúe significat.
Αρχὴ ἥμισυ παντός. Hemistichiũ est Hesiodi, citatũ a Luciano in Hermotimo, quo significatur maximam difficulatis partem in aggrediundo negotio esse situm. Refertur et ab Aristotele lib. 5. Polit. ἡ δὲ ἀρχὴ λέγεται ἥμισυ εἶναι παντός. Principium dicitur dimidiũ esse totius: Ausonius.

Incipe dimidium facti est cœpisse, supersit.
Dimidium rursum hoc incipe, et efficies.

MEGIS chirurgi eruditi meminit Celsus li. 5. ca. 28. de struma, & li. 7. in procemio. Fuit aũt Sidonius, ut testatur ad finem huius 6. Galen.

Isis. Emplastrum hoc ueluti ruffum Melinũ, quod διὰ δικτάμου uocatur, sacrum appellatur. Quoniam aiunt ea ex sacris Aegypti locis adferri Gal. lib. 2. de Cõp: κατὰ γένη. Sed altera Isisut li.. 5. ca. 5. ex authoritate Heræ, facit inquit, ad omne uulnus, ad capitis affectus cũ oßium præcisione. Valet ad pũctus neruorũ, quos νύγματα uocant. Item scolopas et hominũ morsus, curat fracturas artuũ cũ uulnere callũ obducit citius, tutiusq; fistulas omnes recentes et ueteres. Parotidas, abscessus in mãmis et alis. Sistit oculorũ fluxiones, in summa ad quoduis bonũ. Recipit Ceræ denar. 100. Terebinthinæ denar: 200. Squamæ æris rubri dena: 8 Aeruginis rasæ, thuris, salis ammoniaci, Aristolochiæ

rotundæ, Guttæ ammoniaci æris usti singulorũ dena. 8 Aluminis cõbusti denar. 6. Myrrhæ, aloes, galbani singulorum denar. 12. Olei ueteris heminã aceti acris heminas. 2. Quæ liquari solent, siccis in mortario superfunduntur. Hãc appellat Isidem Epigoni, libro uero 4. circa finem iisdem uerbis depinxit, si ad compositionẽ spectes, uocatq; Isidẽ κεφαλικὴν. Et ἔναιμον quia sit idoneum cruentis medicamen. Epigonus tamen adiecit succi radicis dracunculi, succi marrubij utriusq; denar. 12. Sorios denar. 8. & inscribitur etiam Isis uiridis. Isis uero emplastrũ aliorsum et cõpositione et usu tendit, ut extat lib. 4. eiusdem operis non procul à Calce apud Ga. Recipit aũt argenti spumæ dena. 100. minij sinopici denar. 8. diphrygis, ceræ, chalcitidis cõbustæ singulorũ denar. 1. in alio quatuor, Chalcitidis crudæ denar. 2. olei heminas 2. argẽti spuma et oleũ coque dũ iterũ ac tertio efferuescant, deinde atq; modicũ digitis instilla, donec non amplius medicamen inter coquendũ strepat, ubi constiterit, ceram indito. Sint autem chalcitis cruda, et miniũ ex oleo modico contrita, cum bene habet pharmacum, hæc immittito, continuè mouens. His rite peractis in pilam conijcito ac rursus tundito, subigitoq; : excipiens utitor. Affingit compositiones plures Gal. ad hanc formã pertinentes ex Scribonio et Aphroda, quas contemplabere, si quãdo necessitas oborietur. Idem saxum uoluimus lib. 5. cap. 10.

CAPVT. I.

SCHOLIA IOANNIS AGRICOLAE MEDICI in Librum Septimum Therapeuticæ Methodi Galeni.



PROXIMIS SVPERIORIBVS quatuor libris (qui ſunt ueluti gemmeum quoddam myrotheciũ omniiuga eruditione & remediorũ unitatis diuortij facultate refertũ) prima acie inſtructis, tum potiſsimum ὡσ ἀυτὸσ ἔφα: quia ſoluta unio rudiorũ etiam oculis magis eſt expoſita et conſpicua. Iam nũc intemperiem cuiuſuis aut particulæ aut corporis totius in hoc libro tractare et redolere ad Symmetrian, id eſt, cõmenſurationem uel æqualitatẽ, docebit: quatenus tamen Febris aliqua nondũ accenſa eſt. Quæ ſicubi radices egerit, iam non hoc libro ſed potius octauo aut 9, aut 10. aut 11. aut 12. certum ſaluti accerſiueris præſidium.

Capite primo affirmat Gal. libros hoſce poſtriores aliquamdiu poſthabitos fuiſſe propter immaturum Hieronis, cuius nomini priores libros conſecrauerat, rurſus tamen ſeſe uictum ſtudioſorum, & præcipue Eugeniani flagitationibus, hos in manus reuocaſſe. Quamquàm conſilium fuit, ut quicquid ederet operum, hoc ſine nominis ſui prætitulatione prodiret. Neq; enim tenuiter uiros bonos grauari nouerat famæ inuidia et nominis celebritate, Αζίζηλορ autẽ omnino

uitam esse quæ nugarum eiusmodi sit planè expers, ut omnino qui latuerit bene latuerit.

CAPVT.II.

Ergo in horum comentariorum tertio, quarto, quinto.

HOC CAPITE NECTIT GAL. LIBRVM *hunc superioribus rationē reddens ordinis sui. Carpit item Erasistratum Phlegmonem perperam describentem. Similiter & imbecillitatem subinde in consilium uocantem. Cum enim quis caussam cruditatis uentriculi ignoret, & dicat uentriculi imbecillitatem in caussa esse, ille nihil aliud dicit ab eo quod manifestum est, puta cibos non probe concoqui, atq́; infirmā esse functionem. Verū nō hæc sed quæ huius imbecillitatis caussa, quærēda est. Vnde li.1.de Tuen.inqt. Non enim functionum imbecillitas, morbi statim nota est, absolute ita citraq́; exceptionem loquenti, nisi adiectum sit quæ præter naturam cuiusq́; sit.*

CAPVT.III.

Cæterum immorandū his diutius nō est.

SVBINDICAT HIC GALE.INTEMPERIEI *curationem generatim. Geminū tempus requiritur. Alterum in quo prauas opiniones dediscat. Magno eim tedio dedisci tandē uix possunt quæ semel perperā sunt inbibita: Qua ratione commotus doctissimus Themistocles Simonidi et Sceptio Metrodoro artē*

memoriæ à se inuentam offerentibus respondit, malle se admitttere aliquem qui obliuiscendi artem monstraret qua ad obliuisceudum uti possent, eorum quæ semel ni=grata uel legissent uel fuissent experti. Sic præcla=rus musicus Timotheus duplo plus mercedis exigebat ab eo quem instituendum assumebat, qui forte apud de teriorem musicum inuito Apolline primordia tractan da citharæ prius hausisset.

CAPVT. IIII.

Sane te scimus & ex iis quæ in uni=uersum dicta sunt.

FOELIX INGENIVM QVAE IN VNIVERsum dicta sunt exiguo labore potest particulari=bus accommodare. Verum nō sic sentiendū est de tardis, qui per se ipsos propter τὴν ὀψιμαθίαν suam particularia inuenire nō possunt. Profectum itaq; præclarum feceris candide lector, si hoc caput diligenter tecum reputaueris. Non enim tunc solis Empiricorum & Agyrtarum confisus fueris, quæ statim inermem quemuis destituunt, experimētatiunculis. Quin potius iuxta intemperiēi lapsæ exigentiam medelam instiues Galeni præceptores superabis, Galenoq; euasurus es quàm simillimus.

Hapsus latinis dici uidetur idē qđ Græcis πλῆμμα Ita enim Linacrus duobus locis uerbū illud uertit (quā quam infra lib. 8. cap. 5. et rursum lib. 10. capi. 9. pro

πιλήματι peniculus ab eodem repositus sit) Pilema itaq; Suidas exponit per σκέπασμα.i.uelamen. Hesichius ζώθλω cincturã. Hapsus utiq; significat sacculũ, crumenã, uel huiusmodi aliquid, aut tectoriũ, aut uelamen, aut cingulum sacculi aut crumenæ modo factum. Hæc doctißimus Ioan: Cæsarius. Vtitur enim hac uocula latinorum medicorũ Coryphæus Cor: Celsus lib.7. ca.26. in curatione euulsi calculi uerbis hic subscriptis. Tum multo is oleo perungendus, inducendusq; Hapsus lanæ mollis, tepido oleo repletus, qui pubem & coxas et inguina & plagam ipsam contectam eôdem ante se linteolo protegat, isq; subinde oleo tepido madefaciendus est, ut neq; frigus ad uesicam admittat, & neruos leniter molliat.

Epithemata uulgus medicorũ hodie tantũ cordi et iecinori accõmodat, pro cõfortatione et alteratiõe per aquas destillatas et pollinem aromaton, quæ cordi & iocinori sunt sacra. Vocis etymus docet hæc longe pluribus cõgruere. Est enim Epithema omne medicamentum, quod ex liquoribus et aromatibus confectum apponitur: Id quod pulchre ex hoc loco colligitur: uentriculo, capiti et oĩbus ferme corporis applicari idoneũ.

Malabatrum facultatẽ habet similem Nardo (unde mihi uidetur Pli.li.13.ca.1.uersu 46.foliatũ et nardinum pro eodẽ reposuisse) Nascitur in Indiæ palustribus locis, foliũ fluitans instar uluæ marinæ, radicem nõ

habens: quod accolæ filo traijciunt, exiccãt et ita repo nunt. Vide Diosc: li.1.ca.11. Hodie nõ habet usus Sepla siariorum, fortaßis ꝓpter precij excessum, pro quo fo lium Indi usurpatur, cuius figura folio nucis iuglandis non est absimilis. Antiqui Malabathrum foliũ appella=bant. Hinc est quod Malabathri unguentum, foliatum à Martiali et plerisq; alijs dictum est. Meminit huius Galenus lib.4.cap.9. Methodi.

Rubrificatio, Phœnigmos, Dropax et Dropismus, hodie Synapismus uulgo dicitur nõ multũ dißidens cũ eo quod potentia est cauteriũ. Talẽ describit Pampirus Rasius de dolore capitis cronio. Quandoquidẽ recen=tiores hoc nomen ad puluerẽ tantũ extendunt, qui uel ad confortandũ cerebrum uel ad exiccandũ fluxionem aliquã cõmissuris capitis inspergitur. Meminit horum Gal. supra li.4.c.4. Cœlius Aure: li.2.ca.1. Chroniõ. Paralytico phœnigmon adhibendũ esse suadet, harena littori uicina, quæ sit sole ignita, ut circũtecta gremio foueat ægrotantẽ. Tunc etiã fomentationibus ex aqua salsa, uel marina, aut decoctione baccarum lauri: uel omnium quæ ita corpus òfficiunt, manente paßione etiam cataplasma ex sinapi adhibendum, uel contusam atq; liquatum ferulaginem, quomodo Græci Tapsiam uocant (hanc Plin. lib.19.ca.9. ferulacei generis facit & fœniculo pq̃ similem asserit) qua corpus ungendũ usq; ad cutis ruborẽ atq; mediocrẽ partiũ inflationem.

Etenim uulnerari, siue uexari quasdam ex istius herbæ usu, immoderationis est uitiũ, tanq̃ sinapismi usus immodicus. Et cap. 3. de dolore Auriculæ. Sinapi liquido atq; etiam admixto fico erunt exteriora cataplasmanda, donec rubor maximus fiat, quẽ Græci Phœnigmõ appellant, infra plura lib. 13. cap. 16.

De bis cocta nihil reperio. Videntur Romani sic appellasse aquã postq̃ ferbuit refrigeratã. Nam et id uulgus persuasum habet, talem aquam plusq̃ natura solita fuerit, refrigerationi inseruire, ut indicabimus lib. 8. cap. 3. ab initio.

De Melca nihil apud Catonem posse reperire scio: neq; apud Columellam eius esse mentionem puto. Aliàs quoq; nihil de hac me legere memini. Antiquus interpres uertit Iuncata. Ex Galeno cõstat esse cibum temperaturæ frigidæ, et Romanis solis usurpatũ. Ioàn: Pinicianus elegantiæ et proprietatis linguæ curiosus indagator, in sui etymologici lib. 1. ca. 4. Iuncatã scribit esse cibum è lacte recens coagulato, & iunceo instrumento inuoluto. Id quód à coagulo opinor (quod uulgata lingua ein renn oder ein leb appellant) Germani uocitent ein Renn milch.

Aphrogala diuinare soleo (nihil enim determino) simile genus edulij esse ei quod nostri homines conficiunt ex lacte, quod eò usq; concutiunt, ut totum in spumã abeat. Quam, quia niuis præ se fert speciẽ. Niuem

appellare consueuerunt. Græca enim compositio omnino quadrat ad hanc sententiã. Siquidem ἀφρὸσ spumam γάλα autem lac significat.

Surrentinum. Pli. li. 14. ca. 2. in Vesuuio monte & Surrentinis collibus Gemellas uuas cognominatas asserit, quibus hoc nomẽ uuæ semp geminæ dederint, asperrimi saporis, sed uirium præcipuarũ. E quibus ait minorem Austro lædi cæteris uentis ali. Capite itẽ 6. scribit Vina Surrentina cõualescentibus maximè pbata esse, ppter tenuitatem salubritatẽq;. Tyberiumq; Cæsarem dixisse, consensisse Medicos, ut nobilitatẽ Surrentino darent, alioquin esse generosum acetum, C. Cæsarem, qui illi successit, nobilem uappam. Et rursus li. 23. ca. 1. comparat Surrentũ Phalernis, hæc concoctionem minus adiuuare & stomachum modice implere prodens. Illa uero nullo modo, nec caput tentare, sed stomachi et intestinorum Rheumatismos cohibere. Proindeq; ueteres Surrentina maximè probasse, sequentem uero ætatem Albanum aut Phalernum.

Marasmo. Medici Hecticam quæ solida membra calore qui est præter naturam depascitur, secant in Hecticam febrilẽ et Hecticã sine febri quæ dicitur Marasmos et Hectica senectutis. Prior est non intermittens febris humores substantiales et cõnutrientes, imò totum corpus exedens et absumẽs. Altera est tabefactio corporis totius, ex intemperie nimium sicca, proueniens citra

febrem libro octauo de Caußis pulsuum.

Bulbus, Auicennæ est cepe exiguum comestioni aptum, quod propterea Græcis ἐδώδιμος dicitur, habens porri folia similia, flores uiolis. Dios. lib. 2 ca. 158 E libya afferri scribit. Hinc est quod nec Genuēsis neq; nos examussatim huius historiam prodere poßimus, facit autem omnino cepe syluestre. Pli. tamē lib. 19. ca. 5 in hæc uerba cōmentus est. Bulbi quidem crudi mandūtur, ut in Taurica, post hos in Aphrica nati maxime laudantur. Mox Apuli, in quo mirum, imas eius radices crescere hyeme. Verno autē cum apparuerit uiola minui ac contrahi, tum deinde bulbum pinguescere: amaritudo plærisq; in uertice est, media eorum dulcia.

Cestiana mala. Plin. lib. 2. cap. 109. Cestiā gentē in confinio Persidis ponit. Verū hæc poma nō ab illa gente sic sunt cognominata. Siquidē Gal. li. 13. ca. 9 huius Methodi testatur hæc mala copiose abundare Romæ, naturæq; esse adstringentis, sicut cotonea mala.

CAPVT. V.

Nam sicut in libro de demonstratiua.

GALENVS HOC CAPITVLO GENERAles collationes facit inter temperies & constitutiones uentriculi. Quarum omnium periculosißimam, pronunciat siccam, quippe immedicabilem prorsus, si sit ad unguem consummata.

CAPVT. VI.

Nam est & altera siccitas cũ ea sunt líquata, quorum substantía constat ex humore.

PRAELONGO HOC SEX PAGINARVM capite Gale. speciatim intemperiem siccam, sine affluxu substantiæ id est sine materia, factam, medicari docet. Quia uero hoc opus hic labor est, omnem rudentem omnemq; lapidem mouet Gal. quo poßit aliquando omni telorum hoc est remediorum iactu, infixa membris siccitas, quæ πανολεθρίαν minatur, oppugnari & extirpari.

Pyelos genere masculo uel neutro scyphum sonat Græcis, uel scapham, in qua aliquid eluitur: aut labrũ prægrande, quo homo lauandi gratia excipi potest. Pyelos etiam capitur pro annuli parte, qua gemma includitur, Cicero Palam uocauit. Græci σφραγιδοφυλάκιον.

Venetus uel Ceruleus color est sententia Actuarij, qui ex puro albo atq; nigro æqua ratione confusis gignitur. Etsi idipsum sensu uelis nosse cerussam uel lectißimam calcem atramento, uel pici uel bitumini alijsué puris nigroribus si miscueris æquis ponderibus, uenetum colorem eo modo productum uideris. Praßinus autem color uiridis ad similitudinem porri, quia Prason Græci porrum uocant: nunc iccirco hic color,

Antonio Thylesio teste uiride porrum ab infectoribus uocatur. De studio autē colorum huiuscemodi in equis Cato, Varro, Columella et Plinius nihil sunt cōmenti.

Aequinoctialium horarum spatio. Aequinoctiales horæ sunt horæ æquales. In hunc modū docet Gal. li. 8 ca. 4. huius Methodi tres æquinoctiales horas quatuor uè inter balneū & paroxismi febrilis tempus interponendas esse. Meminit harum Pli. lib. 18. ca. 25. dicens. Cardo temporū quadripartita anni destinctiōe cōstat. Per incrementū lucis, augetur hoc à bruma, & æquatur noctibus; neruo æquinoctio in 90. diebus 3. horis. Deinde superat noctes ad solstitiū diebus 94. horis 12. usq; ad æquinoctiū autumni. Et cum æquato die ꝓcedit ex eò ad brumā diebus 89. horis tribus. Horæ nunc in omni accessione æquinoctiales, non cuiuscūq; diei significantur, omnesq; hæ differentiæ sunt in octauis partibus singulorū. Bruma capricorni ad 8. Kalend. Ianuar: ferè. Aequinoctium uernū, Arietis: Solstitium, Cancri: Alterūq; Aequinoctiū, Libræ: qui et ipsi dies raro non aliquos tempestatū significatus habent. Sunt et quædā aliæ horæ Inæquales, quæ Temporales. Philosophorū Planetarū uel Iudæorū quoq; dicuntur. Quarum usus quantā Palastinis Iudæis, Phœnicibus, Syris, Chaldæis et Babylonijs celebris fuit. Omnis enim artifitialis dies dissecatur in 12. horas temporales, in totidem quoq; et nox. Nec reperiuntur in Veteri aut Nouo instrumēto

aliæ ꝗ

aliæ q̃ temporales horæ. Sic.n. Mathæi 20. pater familias primo diluculo cõducit operarios in uineam suam. Idem facit circiter horam tertiã, sextã, nonã, et undecimam: hoc est: Oriente sole, et iuxta nostra horologia circiter sextam, duodecimam, tertiam pomeridianã et sextã. Est igitur nostra hora 12. tam diei q̃ noctis semper illorũ sexta, tã diei q̃ noctis. Ad hanc supputationẽ intellige qđ ca. 27. dicitur: A sexta tenebræ factæ sunt usq; ad nonam. Idem deprehendes et Marci 15. Lucæ. 23. Et rursum Ioã. 11. Nonne duodecim sunt horæ diei? Et actorũ 2. Non ij ut uos putatis ebrij sunt cũ sit hora diei 3. De his accipiendus est & Gal. tũ hic tũ infra li. 9. cap. 4. Iuuenis dicens, ubi febricitare hora prima noctis cœpisset, postridie eum mane circiter horã diei tertiã uidimus. Diuiditur dies & similiter nox talis in historiographorũ monumẽtis in quatuor uigilias, et tres eiusmodi horæ in æquales constituunt unã uigiliã. Vide Ioan. Steflerũ in Kalendario. Orosiũ li. 7. ca. 3. Dionysium Arepagiten in epistola ad Apolophanẽ. Macrobium lib. 2. Somnij.

Alica Plin. li. 18. cap. 11. testimonio præstantißima saluberrimaq;, palma frugũ indubitanter Italiã cõtingit. Fit etiã in Aegypto sed spernẽda: In ueronẽsi, Pisano agro, & Campania laudatißima. Et fit alica è Zea quã semen appellat Plin. Tunditur granũ eius in pila lignea, nam lapidis duricia conteritur, nobilius ut notũ

est, pilo uinctorum pœnali opera. Primori inest pyxis ferrea, excusis inde tunicis: iterum iisdem armamentis nudata cõciditur medulla. Ita fiunt Alicæ tria genera minimum, secundarium, grandissimum uero Aphereũ appellant. Non dum habent colorem suum quo præcel lunt. Postea mirum dictu admiscetur creta, quæ transit in corpus, coloremq́; & teneritatem adfert &c. Libro quoq́; 22. cap. 25. Alica ait, res Romana est, & non pridem excogitata, alioqui non Ptisanæ potius laudes scripsissent Græci. Nondum arbitror Pompei Magni ætate in usu fuisse, & ideo uix quicquam descri ptum ab Asclepiadis schola. Nobilitatem & stupendos ipsius in medicinis usus excipies tum inde, tum è Gal. lib. 1. & lib. cap. 3. de Alimentorum facultatibus. Con diebatur etiam Alica & Hecticis administrabatur, sicut inferius docebit lib. 10. cap. 3. & cap. 11. Recipiebatur enim far & ex aqua cum exiguo porri, anethi, salis, olei & aceti fiebat conditum.

DE ALICA IVDICIVM DOCTISSIMI Ioan: Manardi ex libro 12. Episto. 3.

DE alica & Zea nihil scribo. Quoniã nihil plus compertum habeo, quàm quod Hermolaus & Marcellus tradidere. Nam & Galeni quoq́; tẽ pore res obscura erat, & possumus nos hoc tempore, absq; humanæ uitæ dominio utranq́; ignorare.

Testiculi animantium coctu difficiles sunt & caco-

chimi, cõcocti uero probe nutriunt. Soli tamen Gallorum & præcipuo altilium testes optimi undecunq; et suauissimi & toti in uescentis naturam conuerti apti, pascunt enim egregie, & nutrimentum elegans ingerunt corpori. Gale. 3. Aliment: cap. 6. De Euchimia capite tertio.

Suilla Caro Gale. Aetijq; sententia omnium edulio rum maxime enutriens est, boniq; succi, meliusq; omnibus concoquitur lib. 3. cap. 1. De aliment. Magna est inter suillam & humanam carnem similitudo. Periculum huius factum esse prodit Galen. in Misanthropis illis hospitibus, qui nonnunq̃ conuiuis humanas carnes apposuerunt, quas tamen gustu tanquam porcina esset temere nunquam deprehenderunt. Vide Epidem: 6. parte. 3. aphor. 4.

Sabinũ uinũ. Hoc breuibus attigit Plin. lib. 14. ca. 3 Veteres inquiẽs peculiaria nomina fecerũt uuis, qualia sunt Irtiola, Pumula, uua Pompei, Oleagina, et nouissima hæc uuarum ad hoc tempus reperta est. Vinaciolam soli quidem nominarũt Sabini & Laurenti. Et capite præcedenti, in Sabinis collibus frequentem memorat Bituricam, quæ est uua indecora uisu, sapore tamen iucunda, quæ nisi matura protinus rapiatur, etiam nõ putrescens cadit: quam contra grandines tuetur foliorum amplitudo, atq; duritia. Vinũ ipsum aquosum est, de quo infra plura in contextu.

Arſynium infra li. 12. ca. 4. Arſynion appellat Gal. De quo Plin. li. 14. ca. 7. obiter hæc annotauit. In ſumma, inquiens, gloria poſt Homerica uina, quæ ſupra diximus tranſmarina uina, fuere Thaſiũ Chiumq́; è chio quod Arſium uocant, his addidit Leſbium Eraſiſtrati maximi Medici authoritas.

Oligophorõ uinum appellatur quod minimũ aquæ ſuſtinere poteſt quãdo diluitur, utpote prius aquoſiſsimum. Nam & nomen ipſum ab ὀλίγω, id eſt, paulo & φέρω compoſitum eſt.

Oenode uinum, id eſt, uinoſum Hippoc. appellat, quod ualidum plenum & uehemens eſt. Locus extat li. 3. de rat. uic. in morb. acut. ab initio dulce uinum non adeo ut uinoſum, capiti grauitatem adfert, & minus tentat mentem, Et rurſum apho. 8. Vinum album uinoſum, facilius ad ueſicam tranſit, urinã ciet, quia per ueſicam purgat magnificè liberat.

Albanum uinum, inquit, lib. 5. cap. 6. Dioſ. falerno craſsius eſt, dulce itidem, ſtomachum inflat, aluum mollit, concoctionem non adeo adiuuat, neruos minus infeſtat, uetuſtate auſterum hoc etiam fit. Ad eundem modum Plin. lib. 23. ca. 1. neruis utiliora Albana uina pronuntiat. lib. 12. cap. 4. huius Methodi Galeni Albates appellat, quãuis Codex Græcus mẽdoſe legat Abbates.

Titacacenum. Meis Coſmographis ſatis incognita eſt Titaca. De uino tamen Gal. etiam lib. 5. de Valetu.

Tuent. sequentia prodidit. Vina quæ calidioris naturæ sunt, aptißima senibus. Qualia sunt in Græcia Aruisiũ & Lesbium, ex Italicis falernum, Surrentinum, Tiburtinum, Signinum. Secundo ab ijs loco Adrianum Sabinum &c. Sabino autem & Adriano Titacazenum et Aruisiũ sunt similia. Ergo de his modicæ antiquitatis utiq; quibus ualẽtius caput nõ est, senibus bibendũ est.

Analeptice est renutritoria & refectoria uictus ratio. Sicut Anadosis fit cum cibus coctus in uentriculo à calore natiuo in diuersas corporis partes trahitur, in quibus sanguis et quod aliud opus est fiat. Et hæc est uera digestio. Nam ἀνὰ præpositio distributiuam uim habet. Quod & in latino uerbo digero agnoscitur. In diuersas enĩ partes huc illucq; fieri aliquid indicat. Ad hanc formam Euanadota & dysanadota quæ facilem aut difficilem digestionem habent, dicuntur. Concoctio autem fit cum natiuo illo calore uentriculus conficit cibum ingestum. Huc pertinẽt quæ lib. 9. cap. 17. in scholijs adnotauimus de digerendi uocabulo.

CAPVT. VII.

Scire autem licet solidorum corporum.

GALENVS HOC LOCI REVOCAT SVB incudem curam malæ crascos siccæ & frigidæ uentriculi.

Nardinum unguentum multifariam conficitur, malabathri folio, scilicet & sine eo, plerumq; autem ex

unguentaria glande expresso, aut acerbo oleo. Misce-
tur pro spissatione rotundus odoratus iuncus. Pro re-
dolentia autē costus, amomū, nardus, myrrha et balsa-
mum. Extenuat Nardinū unguentū, acre est, abstergit,
humores rarefacit, calefacitq;. Diosco: li. 1. ca. 66. At-
tigit hoc nonnihil Gal. li. 11. ca. 16. huius Methodi, et
li. 6. de San: Tuen. Nardus enim adstringit, est substan
tiæ acris et calidæ non multum (apud Gal. de Simpli.)
& leuiter amaræ. Ex quibus constans facultatibus ra-
dix & ad iecur et ad stomachum cōuenit tum pota tum
extrinsecus imposita. Ad quem scopum etiā unguentū
Nardinum lib. 11. ca. 16. applicabit. Præsenti aūt ani-
mo nunq̄ nō expendere debes Stymma idest spissamen-
tum in unguentis et rusticis salgamis fuisse: quod super
ponebatur extremū, ne fluitaret quod condiebatur, sed
conditura humor superueniret, ut fœniculū supra olu
satrum, ferulam aliudue huiuscemodi, ut minore spatio
et angustiore stipata quæ condita fuissent bonitatē suā
diutius seruarent, ut extat apud Columel. li. 13. de ole-
rum conditurис. Ab his ad unguenta usus et uox trans-
lata sunt. Et q̄ oleo ad augendas eius in unguento ui-
res aut minuendū eius odorē aromata sic miscerentur
à græcis Stymmata à Romanis Spissamēta dicta sunt,
& qui id agerent spissare oleū dicebantur. Nec aliter
differebat oleū et unguentū, q̄ quod in illo nulla est ex
aromate aliquo ad maiores uires præparatio, in hoc

propter odoris gratiam uel ſanitatem tam multis aromatis in ſuos uſus bonitatem uires acquirere et melioreſcere cogebant, quæ tuſa uel integra et admixta tenuitatem eius ſpiſſabant. Plin. lib. 13. egregia breuitate dixit. Ratio faciendi duplex ſuccus et corpus. Ille olei generibus ferè conſtat, hoc odorũ. Hæc ſtymmata, illa Hedyſmata uocant. Idem ſimili laconiſmo Nardinum lib. 13. ca. 1. deſcribit. Nardinum, dicens, ſiue Foliatum conſtat omphatio, balanino, iunco, nardo, amomo, myrrha, balſamo.

Maſtichinum unguentũ. Dioſco: li. 1. ca. 41. iſthæc ſcripta reliquit. Ex conciſa maſtiche Maſtichinũ conficitur oleum ſimiliter (intelligas quemadmodũ laurinũ, quod fit lauri baccis in aqua decoctis, pinguitudinem quandam ex ueſtiente eas cute remittentibus, quam manibus conchula exprimentes colligunt. Quidam in confectione eius acerbũ oleũ anguloſo rutundoq; odoratis iuncis, et odorato calamo antea ſpiſſantes, tum lauri tenerrima folia in id conijcientes, ſimul omnia coquunt. Miſcent aliqui præterea ſtyracem & myrrham) Eſt leniter calefaciens, ſpiſſans ſimul & molliens. Conuenit duriciebus uentriculi.

Maſtiche Chia. Eſt enim gemina. Quoniam & in Aſia Græciaq; herba reperitur è radice folia emittens, et carduum ſimile malo ſeminis plenum, lachrymaq; erumpit inciſa parte ſumma, uix ut dignoſci

poßit à Masticbe uera. Tertia in Ponto est bituminis similior. Laudatißima autem Chia candida cuius precium in libras 20. nigræ uero 12. Chia è lentisco traditur gigni gummi modo. Adulteratur thure & resina. Plin. lib. 12. cap. 17. Diosc. quoq; huc alludit lib. 1. cap 77. Plurima, dicens, & probatißima nascitur Mastiche in Chio Insula, bonitateq; in ea antecedit quæ pellucet & Tyrrhenæ ceræ candore suo similis est.

Hadrianum & mamertinũ in Sicilia, Dioscoridæ lib. 5. cap. 6. sẽtẽtia, ex æquo crassa sunt, mediocriter adstringunt, uetustatem celerius contrahunt, & ob tenuitatem suam neruos minus infestant. Paretypianum quod ex Hadriano agro itidem affertur, odoratum molliusq; est, ea propter neq; latet copiose potum, diu ebrietatem seruat, somnoq; sopit. Cognominata autem ita sunt non ab Hadriano principe, sed ab Hadria unde etiam mare superum, id est, Hadriaticum dictum est. Sic enim paulo inferius scribit Diosc. Habent præcipuũ in sanitate usum falernum, Surrentinum, Cecubum, Signiunũ, & ex Campano agro multa alia, et ab Hadria Paretypianum. Siculumq; quod Mamertinũ uocatur.

Picatos explanabimus lib. 14. cap. 16.

CAPVT. VIII.

Ab hinc multæ ut propositũ est siccitati.

AGITVR HOC CAPITE ORDINE DE curanda intemperie uentriculi calida & sicca.

Oleum crudũ Omphaciõ uult Gal. Eſt enim hoc maturo, quemadmodũ in plæriſq; Græcis uſu uenit apud Medicos longe familiarius q̃ apud noſtros homines.

Melinum oleum eſt oleum pomorum, non quorumlibet, ſed cotoneorum tantum & Struthiorum. Quod tamen Plin. conſilio lib. 23. cap. . fieri debet è pomis non in humidis natis. Cuiuſmodi omniũ utiliſsima ſunt quæ ex Sicilia ueniunt: minus utilia Struthia quamuis cognata. Adſumitur hoc oleum in unguentum Melinũ quod recipit Plinio adſtipulante lib. 13. cap. 1. oleum melinum, admixtis Omphacio, cyprino, ſeſamino, balſamo, ianco, caſia, abrotano. Decerpere poteris nõ pro trita è Dioſcor. lib. 1. cap. 46.

CAPVT. IX.

Proponamus itaq; rurſus exuperare.

AGIT HOC CAPITE GALENVS DE REductione ad temperamentum, intemperiẽi calidæ & humidæ. Fit inſuper & collatio inter hanc & eam quæ ſuperat in calore & ſiccitate. Item quæ curatio medeatur humidæ ſoli & quæ nam frigidæ & humidæ.

CAPVT. X.

Et quoniam de his abunde tractatũ eſt.

BREVISSIMO OMNIVM HOC CAPITVlo Gal. in memoriam reuocat ſub compendio, quicquid effuſis habenis & diuite eloquentiæ ue

na, hactenus disseruit de uiciosa crasi uentriculum infestante.

CAPVT. XI.

Deinceps ad eas quæ ex eiusmodi quapiam occasione fiunt.

HACTENVS ADMIRANDO ARTIFItio *Gal. de praua dispositione uentriculi quam nullus alit humor (Auicennistæ sine materia morbũ uocant) copiose disputauit. Hoc et sequenti capite eidem incumbit negocio, ubi tamen uentriculus humore quopiam sit imbutus.*

Cæterum quõ supflua translata ex minus momentaneis reuellenda sint expendit ex professo Leonardus Fuchsius in scholijs in expositione aphoris: 19. Particulæ 2. Epidem. 6.

Diarrhœa est copiosus uentris sine inflammatione exulcerationeuè fluxus. Febricitant aũt nonnulli et ex ijs quos diarrhœa post cruditates male habet. Quibus proritatur febris ex desurgendi frequentia. Galenus lib. 8. cap. 5. huius Methodi.

Cholera nõ est bilis abundantia, ut ex Gal. placitis elicimus. Nec Cholerici sunt quos docti biliosos uocãt. Sed quibus multa bilis fluit per inferna et supna. Plinio teste, cum multa deiectione & uomitu bilis: in quo malo contrahuntur suræ, algent extrema membrorum, fiuntq; exigui uenarum pulsus.

CAPVT. XI.

Corryza Paulo teste est destillatio facta è capite ad nares, quæ est uox Attica. Hipp. enim Myxã appellat.

Picra Galeni accipit Aloes drach: 100. ligni balsami, mastiches, croci, spicæ nardi, asari cinnamomi singulorũ drach: sex. Sunt qui etiã iunci rotundi odorati floris et caßiæ uniuscuiusq; drach: sex admisceant. Exhibe drach. 1. in hydromelite. Paul: lib. 7. cap. 11. Hæc picra spissam & crudã materiem dissoluit et absumit, obstructiones recludit, & totam habitudinẽ corporis tuetur inoffensam. Neq; tantũ ieiunus sicut alia eclegmata uentrẽ subducentia Picram uocare poteris, uerũ etiam pransus et probe potus. Comedones enim illos et decoctores gulosos, è quibus quauis hora olenti anhelitu, ꝓpter perpetuã crapulam exhalat grauis mephitis, longißimo tempore seruat incolumes. Ne elephante, aut scabie Hispanica, aut Hydrope aut quopiam deteriori malo corripiantur. Delicatis autem pollinem picræ per haustum porrigere licebit &c. Plura fondit in hæc uerba Galenus lib. de Curan. Rat. per sang: non procul à calce libri, atq; in hoc ipso quo uersamur capite.

Verum quibus lenta pituita uentriculo infigitur, ijs prius exhibenda sunt, quæcunq; hanc dissecent, post deinde purgandum. Polypirastes Rasius lib. 9. ad Almans: nullibi meminit coctionis materiẽi ꝓpliciendæ ꝑ pharmaca. Quæ res qbusdã bellis homululis ansam in

errorem impingendi dedit. Vt concoquendi illam per tot Syrupos rationem plane censuerint superuacaneã. Nullus aũt est, quisquis ita delirat, cum liquido constet hic ex Galeno quouis modo illum syruporum ante subductionem per medicamenta faciendum usum non esse calumniandum.

CAPVT. XII.

Dictum autem & de iis est in opere de sanitate tuenda.

HOC CAPITE TRACTATVR CVRATIO ueteris compositæ malæ craseos una cũ uicioso humore in cauo uentriculi eiusq; pelliculis immerso.

Siue hæ firmius ei ex mora inhæserint siue leuiter. Græce habetur, εἴτε καθ' ἕξιν εἴτε κατὰ σχέσιν ἐν αὐτῇ γένοιντο, hoc est, Siue secundũ habitũ, siue secũdum dispositionem, in eo fuerint. Qui dicendi modus uidetur, præsertim in rationalibus disciplinis exercitatis aliquanto planior interpretatione Linacria.

Vlceraq; una cum Phlegmone supius ostendimus.

CAPVT. XIII.

Semper enim cõparandum remediũ.

SATIS FIT HOC CAPITE CVRATIONI prauæ cõstitutionis per opifitium mediciũ, sumpta indicatione ab oblæsa particula corporis.

Renes uero & ſicca et iecinoris gibba. Locus hic p Chalcographos eſt labefactatus. Quod mendũ ex Græco inſtaurabis. Gal. n. νεφροὶ dixit, καὶ κύστις καὶ τοῦ ἥπατος τὰ κυρτὰ πολλῆς μὲν ἐμπεπλησμένα κακοχυμίας διὰ τῶν ὑπηλάτων τε καὶ καθαρτικῶν ὀνομαζομένων φαρμάκων ἐκκαθαίρεται. i. Renes et Veſica et Epatis gibba multo uicioſo ſucco referta p deiectiones et Pharmaca deiectoria, quæ Græci Catoterica uocant, expurgantur. Vide ſuperius lib. 5. cap. 5. ab initio.

At quæ acuti ſenſus ſunt eorũ uires dolore reſoluuntur. Huius generis ſunt particulæ multis neruis circumuallatæ, quibus neutiq̃ acria medicamina adhibebis, cuiuſmodi generis ſunt Tithymalorũ ſpecies. Offenſis autẽ talibus particulis triplicia medicamina ſunt abominanda, ut docetur Quarta Primi ca. 1. Primum nimiũ reſoluentia, quemadmodũ illa quæ in quarta meta ſunt calida. Secundo potenter refrigerantia ut opiũ, hyoſcyamus, mandragora. Tertio pollentia qualitatibus contrarijs, quæ uidelicet ſub idem momentũ & per os et ſolutam aluũ proritãt egerenda: cuius farinæ ſunt flos æris, ceruſſa Chalcos cecaumenos et ſimilia.

SCHOLIA IOANNIS AGRICOLAE MEDICInarum profeſſoris in librũ Octauum Therapeuticæ Methodi Galeni.



STHOC LIBRO CORYPHAEus medicorum omniũ Galenus post libros de Febrium differentijs, & post consideratione͂ febriũ ad Glauconem, repetit ex integro medendi febribus ratione͂, quantũ Methodo curatiuæ congruebat hæc tractatio. Primo autem capite generatim quædam proponit studiosis degustanda. Lauacra item & baptisteria toto hoc uolumie multipliciter Diaria laborãtibus cõmendat. Noui enim & ego qui uno hoc remedio tempestiue adhibito in immensum multos & Diaria & putrida febre laborantes releuarunt malo. Non probanda uero eorum sententia qui plenis buccis hunc librum nunquam licet frustillatim in ore habeant, quoties balnea indulgenda esse febrientibus ructent, cum Gal. fateatur se de Diarijs tantũ scribere in hoc libro: quod repetit rursum lib. 9. ab initio. Humore enim aliquo accensa febri, prudentiam et præuisionem accuratiorem requirit balneum. Quemadmodum libro sequenti qui non incogitans fuerit liquido depræhendet.

At in libro quo de differentijs agitur. Vide librum quem inscripsit de differentijs Morb. cap. 4. & ca. 10 unde mutuati sumus quæ huc spectãt hæc uerba. Quintum genus morborum unitatis solutio siue illa simplicibus quæ similares uocantur, partibus adueniat, siue cõ

positis, quippe cuius paulo ante inter cõmunes utrisq; partibus morbos mentionẽ iam fecimus. Cum enim ligamentum uel arteria diuellitur: & totius instrumenti, & ipsius diuulsæ partis cõmune erit pathema. Nam utriusq; soluitur unitas: totius, quia partes sibi inuicẽ non cohærent, partis diuulsæ, quia nõ manet una. Hæc in osse fractura nominatur, in carne ulcus, in neruis cõuulsio, in carne ruptura. Quæ si in instrumentis dumtaxat fiant Apospasmata. i. auulsiones uocantur.

Hecticas febres appellãt, quæ ægre discutiuntur, & difficile solubiles sunt. Scheticas autem facile solubiles & discutiendas pronuntiant. Hæc omnia quantum ad etymon spectat nihil aut parum distant, quia tam ἕξισ quam σχέσισ habitum Græcis nunciat. Σχέω itẽ uel σχεωσέω: quo uerbo Didymus supra θ Odysseæ utitur sic ἔχω, unde ἕξισ & ἑκτικόσ omnia habere & tenere signant. Disciplinarum tamen conditores ita constituerunt, ut hexis habitũ confirmatũ, σχέσισ autem qui nondum radices ægisset, significaret. Hoc ipsum deprehendere licet huius lib. 8. cap. 3. pone mediũ, & ca: ultimo sub colophonem. In præfationeq; frugifera Linacri, apposita libris de Tuend. Valet. Neoterici mendose Ethicam pro Hectica proferunt.

CAPVT. II.

Dictum nanq; est in iis corporibus.

EXORDITVR GALEN. AB EPHIMERA Febri, & corporibus huic celeriter destinatis et obnoxijs, nempe halituosis uaporibus non facile transpirabilibus. Ad hæc sermonem accommodat et febribus alijs. In quibus Diatritarios, quantum satis est, rationibus & exemplis reuerberat, docens quanta pericula fames febrientibus accersat.

Atmodes, ἀτμίζω idem est qđ exhalo uel uaporo, ἀτμὸσ uel ἀτμὶσ uaporem aut fumigationem sonat. Nonnunq̃ sumitur etiam pro anadosi de qua libro præcedenti disseruimus.

Diatriton explanauimus lib. 4. cap. 4.

Abulæ aquæ non longæ à Roma absunt lauacris salutiferæ: quemadmodũ Gal. ipse paulo inferius significat: sed tamen adstringentes & stipantes propter aluminis abundantiã. Scribit.n.li.3.de Tuen: San: ad finẽ: Densari cutem corporis solere, tum ex ualido frigore, tum aluminoso balneo. Libro itẽ.1.ca.7. Simpl. Medi. uidetur easdem aquas Albulam uocare. De quibus Pli. li.31. cã. 2. inquit. Iuxta Romam Albulæ aquæ uulneribus medentur prægelidæ. Et Strabo li. 5. Geographicorũ. In hac planitie (quæ est inter Tibur et Romam) Anio fluit, et quas nuncupant, Albulas, aquas frigidas multis è fontibus edentes, uarios ad morbos salutares cum potu tum insessionibus admissas.

Cremor ptisanæ. Cremor est ex tota materia partè

ue eius aliqua concisa tusaue adspersis aliqñ aqua ui-
noue aut humore alio, tum manibus aut torculari aut
igni expressus exudatusq; humor. Et apud Catonem
accipitur pro lacte expresso ex grano aqua macerato.
Apud Celsum quoq; ptissanæ cremor pro similiter ex
presso succo ptisanæ ponitur. Conficiebatur aũt Ptisa-
na ex ordeo, aut tritico, aut alijs frugibus. Tale uero
frumentũ tundebatur et non molebatur. Nam et πτίσ-
σειν Græcis tundere signat. Primũ itaq; tusum in sole
siccabatur, mox iterum tusum iterum siccabatur, et ut
diutius perduraret cum polline suo adseruabatur. Co-
quenda uero est una eius pars in aquæ quindecim par-
tibus, addito ex igno oleo, et similiter aceto cum intu-
muerit. Et postq̃ exacte coquitur, superinijciendũ est
parum salis friati. Consule lib. 1. de ra: uic: in mor: ac
aphoris: 18. 29. 30. ubi eulogiũ & coniecturã promit
Hipp: Porrò Gal. ad finẽ libri 12. huius Methodi, lau-
dat hũc in eruginoso humore intestina poßidente. Tum
enim, inquit, inijcere per sedem cõueniet quod eluere
eiusmodi humorem sit aptũ. At id detersiuũ sit omnino
oportebit, cui rosio absit. Cuius generis maximè est pti
sanæ cremor. De quo copiose disserit li. 7. ca. 11. et rur
sum inferius in hoc quo laboramus capite. Adde quod
li. 4. de San: Tuen: cremorẽ Ptisanæ cõmendat in gluti
nosis et craßis humoribus. Quia modice nutrit, et nusq̃
per angustos meatus hæret sed permeat, ipsosq; meatus

per totum deterget, & quicquid in semicoctis crudisue siccis continetur crassi id dissecat & resoluit. Adijcit nõnihil infra li. 12. ca. 3. Gal. Polenta uero Gal. li. 1 de Alim. facul. authore, ex nouello hordeo mediocriter tosto fit probatissima, ordei tamen spicæ non sint præaridæ. Complures eam conspersam in sapa & uino dulci mulsaq; commistis bibũt, aiuntq; sentire se hac potione sitim arceri. Cum austero quoq; uino pota uentrẽ desiccat. Polenta Cyprij pro pane usi sunt: sed parum alimoniæ corpori præstat quantum satis sit otiosis, non ijs qui quoquo modo exercẽtur. Hæc cũ liquore cõspergitur atq; subigitur, Mazæ appellationem assumit. Polentam Græci Alphiton appellãt. Fiebatq; aliter ita ut uirẽtibus adhuc spicis decussum hordeũ recẽs purgaretur, madidũq; in pila tũderetur & purgatũ moleretur uicenis mẽsuris ternas lini seminis, & coriãdri selibras salisq; acetabuli pondus, tosta omnia in mola miscẽdo. Manardus cõpendiosissime lib. 8. epist. 3. Polẽta, inqt, ex uiridi adhuc hordeo parãda est. Ptisana ex sicco integro plene cocto, omelysis ex eodẽ sicco mola ĩpuluerẽ hoc est, farinã redacto. Græce legitur ὠμὴ λύσισ, id est, hordei farina κρίθινον ἄλευρον legitur & coniunctim ὠμήλυσισ. Hac lib. 14. ca. 3. huius Methodi Gal. utitur in hunc modũ. Vbi inflammatio Erysipelate laborantis membri iam desijt cataplasma illi priusquàm liniat ex ordei farina, Omelisin uocant, est imponendũ

Ad cremonem reuertor quem noueris non simpliciter dicẽdũ esse succũ. Q d' sanè aliqua cõijci datur ex li.5 de San.Tuen.uolẽte inibi Gal. etiã lini semẽ si in aqua coquas refrigerantem cremorẽ efficere. Hinc est quod Manardus in annotatiõibus in Dioscoridẽ cõtra Marcellum, inquit, aliud cremorem, & aliud succum esse.

Asellorũ Plin.lib.9.ca.17.duo genera deliniat. Collarias minores et Banchos qui nõ nisi in alto capiũtur. Et li.32.ca.12.Cõtra febriũ circuitus ex asello pisce lapillos plena luna inueniri in capite alligari in linteolo refert. Romani hunc Scarinũ & Merluzum apellant. capite est lato, pressoq;, ore admodũ dẽticulato & patulo, cætero corpore est oblongior, squamæ sunt minutæ et uergentes ad cinereũ colorẽ, sicut in Asellis quadrupedibus cõspicimus: nec quoties pariãt, inueniri potuit, ut ait Aristoteles, & Opianus lib. 1. de Piscibus. Quam rem Laurentius Lippius sic reddidit.

Nunquam fœcundi deprensus partus Aselli,
Hoc siqdem in præsens mortalia pectora clã fit.

Syncopes tota ratio consideratur lib.12.cap.3.4 huius Methodi.

Hippocrates in sexto depopulatim grassantibus. Locus extat lib.6. Epidemiorum. Tomo.4.aph.13. Cuius enarrationem claram & dilucidam exige Leonardo Fuchsio sexti Epidemiorum commentatore.

Picrocholi, de quibus etiam capite tertio sequenti

& cap.5. diligenter disputat Gal. sunt, quorũ Crasis amara bili scatet. Nec abludit hinc quod Hipp. lib. 2. aphoris.30.de.rat.uic.in mor. ac. Grauißime, inquit, ferunt has noxas ij quibus supiores partes amara bili redundant.

Cnidias sententias à Cnido Insula in quam prisco-rum Medicorũ secta quædam est oborta. Cuius authores propter a Cnidij uocabantur. Est autem Insula Cnidus una ex cicladibus, nonnulli adserunt esse quinq; Pom. Mela.12. Alij 53. Strabo lib.10. breuius, inquit, Creta magis quam Peloponesus circumadiacentes Insulas ad orientem spectat, in istis & Cyclades et Sporades sunt. Illæ quidem memoratu dignæ. Hæ autẽ parum insignes.

In libro de acutorum uictu locus est 2.lib.24. Quẽ paulo aliter conuertit Guliel. Copus, sed quia liber omnium manibus teritur, hic dimittere eundem placuit.

Emplatomena uide lib.3.cap.4 in Emplasticis.

In malua braßica, beta, lactuca & omnibus oleribus & fructibus exiguũ est quod nutrit, nõ exiguũ est quod est inutile. In pane puro, ouis & carne et farre plurimum est quod nutrit, minimũ quod est inutile. De hac transmutatione alimenti in carnem uescentis erudite multa differit Gal.li.1.de Poten.natur. unde moti et nos ad ea subscribendũ. Aßimulatio, inquit, est operatio nutricis potẽtiæ. Aßimulari aũt atq; inuicẽ trãsmu

tari oĩbus entibus eſt impoßibile niſi aliquã habeant communicationem atq; in qualitatibus affinitatem. Propter primũ non ex omnibus cibis omne animal nutriri natura aptũ eſt, deinde neq; ex quibus nutriri poteſt ex his ſtatim nutritur, & propter hanc neceßitatem pluribus inſtrumentis alimenti alteratiuis unumquodq; animal indiget. Vt enim flauum rubidum fiat, et rubidum flauũ ſimplici atq; una opus eſt alteratiõe, ut uero album nigrũ & contra, omnes mediæ ſunt neceſſariæ, ſic mollißimum nõ ſubito durißimum nec cõtra. Neq; fœtidißimum ſtatim ſuauißimũ aut contra. Quomodo igitur ex ſanguine os unq̃ fieret, niſi pluriã antea craßitudinẽ atq; albedine acqreret? Vel quomodo ex pane ſanguis niſi paulatim albedinẽ amitteret et paulatim ruborẽ accipet. Natura quidẽ carnẽ fieri ex ſanguine facillimũ eſt, ſi modo ipſum ita craßũ natura reddat ut aliquo modo cõſiſtat, & nõ amplius fluat, recens coagulata, ita utiq; caro exiſteret. Verũ ut os fiat multo opus eſt tempore multaq; operatiõe, ac tranſmutatione ſanguinis. Ab herbis lactuca, beta & ſimilibus nullo modo nutriri poſſumus, quamuis eisdem pecora nutriantur. A radicibus quidem nutriuntur ſed non ſic à carnibus. Has enim ferè omnes noſtra natura ſuperat, tranſmutat, alterat, & optimum ſanguinem ex ipſis conficit. In radice uero quod quidem familiare eſt & tranſmutari poteſt, uix et hoc plurima elaboratiõe

omnino paucißimum. Tota uero radix fermè superfluitas est, & coctionis instrumenta pertransit, pauco ab ipsa sanguine ad uenas recepto, et neq; hoc omnino optimo. Cornelius quoq; Celsus Latinißimus Medicus pedibus concedit in hanc sententiã lib. 2. ca. 17. dicens. Minus mirum est imbecillißimam materiam esse omne olus, et quicquid in cauliculo nascitur, qualis est cucurbita, cucumis & capparis.

Aphronitrũ spumosum Gal. anteponit lapidoso inferius li. 14. ca. 7. Nitri aũt natura. Pli. li. 31. ca. 10. nõ multum a sale distans optimũ copiosumq; est in Clitis Macedoniæ quod uocãt Calastricum, candidum purũ q;, proximum sali, quod mira fonticuli scatebra ebulit. Aegypto aũt fit factitium nitrũ, & fit penè eodem modo quo sal, nisi quod saliuis mare infundunt. Nilum aũt nitrarijs. In Nitro optimum quod tenuißimũ, & ideo Aphronitrum melius. Probatio Aphronitri, ut sit minime ponderosum et maximè friabile, colore penè purpureo. Nitri probatio, ut sit tenuißimũ, & q̃ maximè spongiosum fistulosumq;. Idem sentiunt Paulus Aegineta, Georgius Valla & Diosco: li. 5. ca. 84. & Gal. li. 3 ca. 2. de Compo: κατὰ γένη. Inuentionem ex nitro uitri scribit idem Plinius lib. 36 ca. 26. Belus fluuius est, inquit, Syriæ prope montis Carmeli radices nascens, adhunc aliquando nitri mercatores dicuntur appulsi, & cum sparsi per littus epulas pararent, nec esset cor-

tinis attollendis lapidum occasio, glebas nitri è naue subdiderunt, quibus accensis permista arena littoris, translucentis nobilis liquoris fluxisse riuos, quæ fertur origo uitri fuisse.

Radiculam expreßimus libro.4.cap.4.

Soleas Plinius libro 9.cap.15. in Propontide æstuare scribit, non tamen Pontum ingredi: & cap.mox sequenti. Terra quidam, hoc est, uado maris excauato, condi per hyemes torpedinem, psittam, soleamq; tradunt. Appellatur alio nomine Planus, & fertur forma esse crepidæ similis. Ex quo argumento Solea dicitur græce Buglosson. Paulus Iouius in contextibus operum Galeni memoriter citandis, incredibili uir ingenio, iuditioq; exacto in libro de Romanis piscibus scribit. Soleam apud Varronem appellari Lingulacã, quod bouinæ linguæ effigiem imitetur, hodie in lautioribus conuiuijs in summa cæterorũ piscium copia magnam obtinere claritatem. Soleæ maleficos quoq; pisces defugiunt, argumento itaq; sunt maleficos non esse, quia solutæ metu ea solum frequentant loca, in quæ beluæ minime accedunt. Leuißimum nutrimentum generant, facile concoquuntur, in secunda uenarum & iecinoris digestionibus nulla fermè noxiarum superfluitatum excrementa relinquunt.

Torpedo (νάρκη Græce) nouit uim suam ipsa non torpens si Plinio libro nono, capite 42. credimus,

mersaq; in limo se occultat, pisces qui securi natantes obtorpuere, corripiens. Et lib.32.cap.1. Torpedo etsi procul & è longinquo, uel si hausta uirgaué attingatur quamuis prævalidos torpescere, quãlibetq; ad cursum ueloces alligare pedes proditur. Quod si necessum habemus fateri hoc exemplo esse uim aliquam quæ odore tantum & quadã aura sui corporis afficiat membra quid non de remediorum omnium monumentis sperandum est? Oppianus lib. 2. de piscibus copiose describit Torpedinem. Consule Laureti, Lippium eius interpretem.

Lupus Paulo Iouio teste Romanis Spigola dicitur Hic hamo captus, uulnera contẽpto dolore fortißime laxat, & excusso hamo protinus refugit. Inclusus uero rhetibus imis in uadis sulcum crebro motu caudæ reiectis arenis facit, atq; ita subterlabitur, ut Opianus author est. Propterea ab ipsa uehementia à Græcis Labrax appellatur. Meminit Erasmus Roterodamus in parœmia Labrax Milesius, quæ in stolidum & auidũ dicitur. Vnde apud Plautũ Lenoni Labracis nomen. Apud Milenũ autem Asiæ urbem prægrandes & itẽ plurimi labraces esse dicuntur, propter stagnum influens in mare. Gaudet enim hic piscis aqua dulci Suidas. Cæterum Gal. luporũ carnes in ratione ualetudinis mirifice laudat, quod subtiliorem generent sanguinem, & perdicis carnibus æquiparentur.

Mullus Græce Trigla uulgo barbo dicitur, à gemi na barba inferioris labri. Plin li. 9. cap. 17. hoc illis elogiũ tribuit. Ex reliqua nobilitate & gratia maxima est copia mullis, sicut magnitudo modica, binasq; libras pondere raro exuperant (quanquã cap. mox sequenti, mullum 80. librarum in mari rubro captum prodidit) Nec in uiuarijs piscinisq; crescunt. Septentrionalis & proxima occidentis parte tãtum gignit Oceanus. Ita sentit Vollaterran. Porrò Paulus Iouius diuersum probat his uerbis. Aliqui mulli barbam habẽt. qui, Barbati & Barbatuli à Cicerone quoq; dicuntur. Alterum genus est imberbe, cui præponitur barbatus Mullus, sicut Sophrõ poeta indicabat. Barbi autem uiuaces illi & ab ouorum malicia ualde noxij & fluuiales, non sunt Mulli Barbati. Quoniam tales marini sunt testéq; Plinio, sicuti & nos sæpe uidimus, cum primum extra reti rhetibus fuerint, protinus expirent. Contra uero Barbi uenales in lacubus ligneis, ut in Ticinensi foro uidere est, diutißime uiuunt. Mullum autem expirantem, uersicolori & numerosa uarietate spectare proceres gulæ narrant, rubentiũ squamarũ multiplici mutatione pallescentem, utiq; si uitro spectetur inclusus.

Mugilum natura, inquit Plin. lib. 9. cap. 17. ridetur, in metu abscondito capite totos se occultare credentium. Propter quam rem Romani Cephalos Græco nomine appellarunt. Horum tanta est astucia, ut no

uerint esse in esca hamum, insidiasq́; non ignorat, auiditas tamen tanta est, ut cauda uerberando excutiant cibos. Sunt enim uelocitate admirabili, ut sagittæ arcu emissæ, quum lasciuiunt, uel rhetia saltu transuolant, esse uideantur: e mari aliquando amnes ingrediuntur. Probat eos Galenus, qui marinis fluctibus exercentur, eos uero qui in stagnis et fluminibus urbium sordes & sterquilinia alluentibus, maximé detestabiles asseuerat, quod ex eo alimento admodum feculento uitium contrahunt.

Οινάνθη est syluestris uitis fructus, & ut Suidas author est, ἡ πρώτη ἔκφυσις τῆς ἀμπέλου. Diosco: addit, ἀγρίας, id est, prima enascens germinatio uitis syluestris, q̃ dum floret reponitur in fictili: Dicta quasi οἴνου ἄνθος, id est, uini flos. Vnde à Gaza nonnunq̃ dicitur uitiflora. Adstringendi uis et natura illi est, ea propter stomacho utiliter bibitur, urinam cit, aluum sistit, sanguinis expuitiones compescit. Est autem labrusca, id est, uitis syluestris duplex. Alterius non maturescit uua, sed usq; ad pubertatem ꝑducit eam, quæ œnanthe, id est, flos uini appellatur. Fructum absoluit altera minimis acinis, nigra, & adstringendi ui. Vide Diosc: lib. 5. Cæterum labrusca nunq̃ est Bryonia, id est, uitis alba. Licet Marcellus non sine confusione alterius nomen etiam alteri accommodet. Olei uero ex œnanthe, quod est eiusdem cum illa uirtutis, absoluit Dioscori:

libro 1. capite 47. & Georgius Valla lib. de natura Simplici.

Lentiſcino τῷ σχινῷ. *Quia Græci Lentiſcum: ſicut libro 4. cap. 7. monſtrauimus appellant* σχῖνον. *Plinius lib. 14. cap. 20. de generibus picis ſecundam bonitatem tribuit ei quæ ex Lentiſco exudat his uerbis. In oriente optimam picem & tenuiſsimam Therebinthi fundunt. Deinde lentiſci quam & Maſtichen uocant, poſtea cupreſsi &c. Schininon autem oleum docet conficere Dioſco: libro 1. cap. 41. ex fructu immaturo lentiſci, inſtar laurini inſpiſſatum. Cui inter cæteras utilitates tribuit facultatē ſudorem compeſcendi. Plinius item lib. 18. ca. 25. de lentiſco uerſiculos quoſdam Ciceroni tribuit, quos ſubſignabimus.*

Iam uero ſemper uiridis ſemperq; grauata
Lentiſcus triplici ſolita eſt grandeſcere fœtu,
Ter fruges fundēs, tria tempora monſtrat arandi.

INSOLABATVR *Græce dixit Galenus* εἴξαμεν δὲ καὶ τὸν εἰληθεροῦντα καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν, *id eſt, Inhibuimus expoſitum ſoli quottidie: id quod ueteres per uerbum inſolare efferebant. Columella li. 5. Super hoc materiæ quæ fructum habent, melius conualeſcūt, & uuæ commodius inſolatæ percoquuntur. Rurſumq; Plinius lib. 21. ca. 14. Ceram fieri candidiſsimā ſcribit poſt inſolationem etiamnū recoctā. Et lib. 2. de Valet.*

Tuen: Calefiunt corpora noſtra et balneis et calidarũ aquarũ lauacris, et cũ per calidiores tempeſtates inſolamur, et cũ calidis medicamentis ꝑfricamur. Εἱληθερεῖν autẽ idem eſt, quod ἡλιάζεσθαι. i. apricari. Reperitur itẽ ſub uoce paßiua εἱληθερεῖσθαι παρὰ θέρεσθαι. i. in calefieri et cõburi in ſole, εἵλησις etiã æſtũ ſignificat.

Hiſpanum oleum multũ aſtringens eſt. Antiquus interpres Spatiũ. i. Omphacinon pro palato ueſcentium cardius fortaßis repoſuit. Græci aũt Hiſpanos uocant Spanos, quãq̃ ꝓpter id uocabuli ringitur Stunica, ubi in annotationibus ſuꝑ Mathæum in Eraſmũ cuſpidem ſtringit calami. Oleum idem probat Gal. li. 6. Medic: Simpl: cap. de Elæo. Rogandũ: inquiens: nõ eſt quo pacto oleum ſit præparatũ, ſed guſtandũ eſt potius, et ſi præferat adſtrictionis quippiã, eatenus etiã frigidũ eſſe exiſtimandum, ceu illud quod ab Iberia portatur, quod Spanũ. i. Hiſpanicũ nominant. Hiſpania aũt olei prouentu celebris eſt. Nã et Pli. li. 17. ca. 12. in Betica Hiſpania arborẽ non aliam olea maiorẽ naſci tradidit.

Sabinum oleũ ſuis coloribus quaſi penicillo pingit Gal. lib. 6. Simplic. Medic. ad finẽ. Oleum, dicens, adamußim dulce id modice calidũ eſt. Porro ſi tenue quoq; cernatur (tale eſt quod purũ eſt, quodq; intuenti tranſlucidum uidetur) ac modicum eius latißime ꝑ cutem extenſum ſibi maneat cõtinuũ, celeriterq; á cute combibatur, id utiq; ꝓ optimo ducendũ, ac olei uirtute q̃ maxi-

me pollere, quale est Sabinum. Et li. 3. de San. Tuen. in Curatione ulcerosæ laßitudinis, q̃ recentes cruditates sequitur, cũ exercitãtur corpora immoderatius, aut in sole morãtur. Remedia huius si q̃ redundãt euapores. Sane euaporabuntur frictione multa, molliq; cũ oleo, à quo omnis adstringendi uis abest, quod genus maxime Sabinum est. Aduersißimũ uero Hispanũ est, quia Omphacinon et Omotribes. i. crudum existit. Et infra in remedijs deusitatis cutis. Validiore exercitio et balneo calidiore utendũ est. In prima domo pinguiter in oleo uolutetur. Esto uero oleũ ex eo genere, quod relaxet, cuiusmodi est in Italia Sabinũ, quod utiq; ad eiusmodi affectus est utilius, si bimũ trimumuè sit. Id nanq; tum tenuius tum calidius fuerit.

Xerotribian Greci frictionẽ siccam appellant sine lauacris, pro euocandis halituosis & flatuosis uaporibus. Quarum rerum segetem per q̃ copiosam disquiras apud Gal. de San: Tuen: li. 3. p folia aliquot postrema. Huc pertinent quæ Gal. li. 2. ca. 20. Simpli. Medic. scribit dicens. Duplex in laßitudinibus affectio nascitur. Nam similares partes resiccantur, humectantur uero uacua spatiola non utili humore, sed tenui et acri mordaciq;, proinde remedijs indigent duplicibus, tum ijs q̃ siccitatem irrigent, tum ijs q̃ humorẽ acrem euacuent. Quod si aqua corporibus inhærere posset, nec facile deflueret, ipsa quidem per se sufficeret. In hoc sane itaq;

utiliter miscetur oleum, maximeque iuuat, si ex utroq; quis diutius fricetur, id quod ueteres Græci χυτλοῦσθαι nominabant: cui oppositum imposuerunt uocabulum ξηραλοιφεῖν quod est sicca uti frictione. Est sane & hoc laßitudinem sanare potens, sed multum relinquitur ab eo quod χυτλοῦσθαι nuncupant. Meminit Paulus lib. 1. cap. 57.

Et puluere. Aliquot locis de Tuen. San. explicatur exercitatio & frictio cum pulueribus. Nimirũ lib. 2. ubi Gal. Vtendarum inquit exercitationum rationes quædam sunt, quod cum puluere exiguo multoue usurpentur. Item quod cũ oleo exiguo multoue, aut etiã sine utroq; administrentur. Et lib. 5. Frictiones rotundæ mediæ sunt durarum ac mollium, fiunt alias à superioribus alias ab inferioribus partibus incipiendo. Aliquãdo uero & puluere prius inspersis cruribus, oleum infundes. Esto uero puluis qui appellatur pinguis in quo nec asperũ quippiã nec acre subest. Quippe extenuat potius quã carnẽ auget, quisquis aut punicosam asperitatẽ aut nitrosam salsamue acrimoniam in se habet.

CAPVT. III.

Veluti uero iam dictarum maxime naturarum.

HOC PER ELEGANTI CAPITE GAL. DOcet quomodo medendũ sit animæ affectionibus, frigori, ustioni, laßitudini, unde Diaria febris

contrahitur, per olea frictiones & balnea. Meminit etiam instituti sui, quo peruenerit ad tantam in medica arte consummationem & perfectionem.

Efficies hæc magis frigida. Hippo. lib. 6. Epidem. Par. 4. aph. 8. monstrat duplicem modum aquã faciẽdi uehementer frigidã. Primus ut decoquamus eã, adeo ut aërem suscipere eò promptius queat. Ita. n. aqua tenuior fit, et frigiditas æris eandem fortius oppugnabit, in hanc aget, & penetrabit. Secundus fit p appositionem alterius rei frigidæ ut niuis uel aquæ, atq; in utrouis modo operculum aperiendum est, neq; uasculum totum impleri postulat, quo promptius aërem frigidum suscipere poßit. Legitur tamen in quibusdam exemplaribus non ἐπίθημα. i. appositio, sed ἐπίθεμα, id est, operculum. Et tunc erit is tertius modus, ut uasculo diligenter operto idipsum aqua frigida mergentes, frigidißimam reddamus aquam. Quem modum usurpat Gal. li. 2. Simplic. Medic. cap. 7. Hippo: Aenigmaticως loco citato, dixit. Aquam decoctam suscipere quidem aërem uas uero non plenum esse, et appositionem habere oportet. Alopex nostr.

Veluti in libris de Sanita. Tuẽ. osteendimus, nempe lib. 3. non procul à calce libri & rursum libro 6. Circa medium.

Irinũ unguentũ diligẽtißime perscriptũ est à Diosc. lib. 1. cap. 67. Quæ descriptio quoniã longiuscula est,

uideatur ibidem. Petrus Argilatensis cap. 1. de phlegmone. Bartholomæus Montagnanius. Leonardus Prædapalcanus describũt quoddã Irinum longißimo interuallo ab hoc Diosco: & Gal: Irino à tergo relicto. Pli. li. 13. ca. 1. his uerbis meminit, Irium Corinthi diu placuit, postea Cyzici, simili modo Rhouinum phaseli. Quam gloriam abstulere Neapolis, Capua, Præneste. Molliendi autẽ ut Diosco: author est calefaciendiq; uires habet. Repurgat quæ medici usserunt, putrescentiaq; & sordida hulcera, atq; ad alia innumera est utile, ut idem author abunde recensuit.

Constat Hippocratem in febribus acutis uinum dedisse. Locus extat ab initio libri 3. De rat: uic: in Mor: ac. Vbi nõ temnenda de uino in acutis morbis exhibendo scripsit. Quibus libris cũ nihil sit Medicinæ studiosis uulgatius: cõmodum sup sedeo à describendo.

In sexto autem Epidemiorum citato loco, nihil expreßis uerbis de Vini usu statuit Hipp. Non tamen magno lobore adsequeris: præsertim Galeni expositione adiutus: ut calidis temperamentis ex uerbis Hipp: conijcias, uina minime: aut certe non semp: cõducere. Habetur id in nuper citato Epidem li. 6. tomo. 4. apho. 13 In calida natura refrigeratio, aquæ potio, quies.

Proditum mihi prius est, quod contraria contrariorum sint medicamenta. Probationem perelegantem huius uulgatißimi et uerißimi principij require lib. 4. cap. 2.

capite secundo. Et inferius libro undecimo capite 9.

Archigenes. Huius præclari medici enormes errores satis profligauit Gal. in li. de locis affect. li. 2. ca. 2.

Quod Hipp: monuit lib. 1. Aphor. 7. ὅκου μὲν οὖν κάτοξυ τὸ νόσημα, αὐτίκα τὸ καὶ ἐσχάτους πόνους ἔχει. Quam sententiam tum hic tum in Cõmentarijs Gal. eruditißime enodauit.

Quod alibi dixit. Cũ in summo uigore morbus est. Habetur & hoc apud Hippo: li. 1. aphor. 8.

CAPVT. IIII.

Etenim si ꝑpter obstructionẽ aliquando.

DOCET GALENVS HAC PARTE SPEciatim curare Diariam, ex obstructione ꝑpter fuliginosa succorũ excrementa, factã: per uenæ sectionẽ, corpis inanitionẽ, & detersoria medicamẽta.

Apomel Paulus li. 7. ca. 15. ex Monumentis Philagrij accipere scribit, fauorũ melle insartorũ libram unã aquæ fontariæ libras tres cum dimidia, fauum in minutas portiones dissecando, emolliendo, & uiuendo, aquã cum melle decoquendã, tantisper dum spuma eius et ueluti crispum cereumuè, plenum ex parte relinquatur, atq; tum refrigerans deniq;, summa cura in uase cõuenienti recondendũ. Et iuxta Gal. lib. 4. de Sani: Tuen: sententiã. Apomeli optimũ aqua cõficitur, bibiturq; tota æstate refrigerantis uice. Confectum ex aqua nõ pluuia, sicut mulsa, sed qualibet. Pluuiam enim aquã non

probo. Sane cura conficiendi in eo est, ut nec fauus admodum sit uitiosus, coquaturq; bene in fontana aqua, quæ & pura sit, & dulcis. Oportet enim expresso à fauis melle, eatenus in aqua coquere, quoad nulla inde spuma existat.

Oxymeli acetũ mulsum latine dici potest. Et Diosc. lib. 5. ca. 14. sententia, fit ex aceti sextarijs quinq;, marini salis pondo uno, mellis põdo decem, aquæ heminis totidem, mixta simul omnia coquuntur, dum decies deferbuerint, tum refrigerata omnia in dolia diffunduntur. Gal. li. 4. de San. Tuen: summa atq; elaboratissima cura confecturas aceti mulsi expediuit. Cum melli optimo super carbones spumam abstuleris, conijcies in ipsum aceti tantum, unde gustanti nec acidum nimis, nec dulce uidebitur, ac denuo super prunas coques, quoad plane unitæ amborum qualitates sint nec appareat gustanti acetum adhuc crudum. Cum uti uoles aquam ei miscebis, ita nimirum temperans ut uinum. Non probo qui sub una quapiam mensura id conficiunt. Satius ergo sit, ex sumentis gustu, non nostro, iudicium de modo facere, id esse, sumẽtis naturæ cõuenientissimũ oxymeli, quod est iucundissimum, proinde etiam utile. Cõtra aduersissimũ esse quod iniucundũ. Prima cõpositio, uini aceti parti, mellis à quo spuma detracta sit, duplũ est miscendũ, deinde ambo in leni igni coquẽda, donec eorum qualitates in unum coierint. Secunda. Melli qua

druplũ optimæ aquæ miſcebis, dein coques modico i-
gni, quoad ſpumare deſinat, plurimũ certe quartã par
tem eius qđ ab initio eſt inditũ, amittit, poſt uero dimi-
dio aceti adiecto, rurſus coquendũ donec qualitatũ om
nino ſit unitas, nec acetũ crudum etiã appareat. Tertia
aceti uni parti additur mellis duplum, & aquæ qua-
druplum, atq; hæc ad tertiam partem coquũtur uel eti
am quartam, ſpuma interim detracta. Quod ſi ualenti
us id facere ſtudes, tãtundẽ inijcies aceti, quantũ mellis.

Saccharum ex planta bene contrita expreſſus ſuc
cus decoctus pfectiſſimũ à fine dicitur coctũ usq; ad cã
dorẽ & duriciẽ maximã. Huic cõtrariũ humidũ, nigri
cans, feculentũ primæ decoctiõis dicitur. Cui proximũ
eſt aliud duarũ coctionũ. Tertiæ uero decoctiõis eſt ꝓ
ximũ ſummo. Mannã itaq; et uerũ ſaccharũ eandẽ rẽ
putat Manardus lib. 5 epiſt. 2. ad Camertẽ nõnihil cũ
Crinito in hac re cæcutientẽ. Cãdi aũt à maioribus no
ſtris ex India allatũ eſt id quod hodie Itali apud ſeſe ma
ioris lucelli gratia decoquũt. Nicolaus Leonicenus fer
mè eadem ex ſententia Dioſc. & Gal. refert. Saccharũ
dicens, ſpecies mellis inuenitur in India & Arabia in
calamis. Simon Genuenſis quandam mannæ ſpeciem
putauit. Quo nomine Meſueus citat Galenum de mã
na ſcribentem, hoc eſt, non niſi de ſaccharo. Iſthoc pa-
cto Serapion Tereniabin, id eſt, mannã, mel roris appel
lat Auicenna ſaccharũ haoſcer mannæ ſpeciẽ eſſe ꝓdit

Qui uidetur salem Indũ à melle & saccharo distinxis-
se. Saccharum rubrum maioris est lenificationis. Can
di est res facticia, cuius materia est saccharum album.

Detergentium facultatem exposuit Gal. li. 3. ca. 4. huius Methodi. Quod si medicamina quæ hic nominatum adfert negocio adiunxeris, nihil quicquam desiderabitur. Detergentia uero quibus extrinsecus præcipit detergeri & ablui lauacrum egressos, eruum, aristolochiam, et reliqua. lib. 3. cap. 2 excußimus.

Nitrum & aphronitrum expediuimus cap. 2. huius libri. Quod autẽ Gal. plus probat ex tenuibus partibus compositum est, testem habes Plin. lib. 31. ca. 10 dicentem. In nitro optimũ quod tenuißimum, & ideo spuma melior. Et deinde. Vtile est ijs quæ euocanda sunt aut discutienda et leuius mordenda atq; extenuanda, sicut in papulis pustulisq;. Quidam in hoc usu accensum uino austero restinguunt, atq; ita trita in balneis utuntur sine oleo. Sudores nimios inhibet cum arida Iride adiecto oleo uiridi.

Berenicium nitrum uocat Gale. ab urbe Berenice, non procul ab Aegypto sita, Siquidem Aegyptium nitrum etiam Plin. præfert alibi locorum prouenienti nitro. Berenice uero urbs Troglodytarum. Plinio lib. 5. ca. 5. teste, una est ex Cyrenaica regione, quæ à quinq; urbibus Pentapolitana dicitur, in Syrtis extimo cornu, quondam uocata Hesperidum, uagantibus Græciæ

fabulis. Nec procul ante oppidum fluuius Lethon, lucus sacer, ubi Hesperidum horti memorantur fuisse. Idē lib.1.cap.75. numerat Berenicen, sicut & Syenem inter ea loca, in quibus Solsticij die medio nulla umbra iacitur. Puteumq; Syenes eius experimenti gratia esse factum totum illuminari, ex quo apparere, solem illi loco supra uerticē esse. Ad quod alludit Lucanus li.2 Pharsaliæ, cū dicit. Calida medius mihi cognitus axis.

Aegypto atq; umbras nusquam flectente Syene.

Sapo inquit in Simplicib, Paulus, est abstirgentis potentiæ. Serapion huic abstergendi, humidificandi, calefaciendi, fortiterq; ulcerandi facultatem tribuit. Ad maturitatem uero dura apostemata reducere, emollire & detergere fœliciter posse. De inuentione saponis conuenias Plinium.

CAPVT.V.

Quoniam igitur diariæ febres in propositis corporū tēperamētis

IAM NVNC GAL. DIARIAE febres medicamina enumerat, quæ respōdēt Ephemeris ex immodica crapula et cruditate inde contracta obortis.

Peniculus, cuius locus in Gal. Græce πίλημα scriptum est, explicatur lib.7.cap.4. ab initio in dictione Hapsus, & infra lib.10.cap.9.

Purpuræ ad hunc sensum meminit Plin. li.9.ca.39. Cor: Nepos, q̄ Diui Augusti principatu obijt, me inqt,

iuuene uiolacea purpura uigebat, cuius libra denarijs centũ ueniebat (Lazarus Bayfius supputat decem aureos solatos) nec multo post rubra Tarentina. Huic successit Tyria Dibapha, quæ in libras denarijs mille non poterat emi (Lazaro calculatore, mille Iulijs uel centũ aureis solis) Cicerone Cõsule Dibapha tũc dicebatur, quæ bis tincta esset ueluti magnifico impendio: quemadmodũ nunc omnes penè commodiores purpuræ tinguntur. Dibaphũ appellat Cicero li. 2. Epist. ad Cœliũ. Porrò ut sentit G. Budæus in libro de Asse, purpuræ usus est nobis ignotus. De purpuræ exacta cognitione nihil habeo persuasius, quã quod Bayfius prodit, cuius hæc sunt uerba. Longe omniũ præstantissima habetur Tyria purpura. Tyrus aũt quondam Sarra dicta fuit. Vnde Sarrana apud Iuuenalẽ. Dicuntur quoq; absolutæ Tyriæ, uestes purpura Tyria infectæ. Porrò aũt ex Plinio satis cõstat immensum purpuræ precium fuisse, quum ait, Conchylia quoq; et purpuras omnis ora atterit, quibus eadem mater luxuria, paria penè etiam margaritis precia fecit. Et paulo post. Congregantur uerno tempore, mutuoq; attritu lentorem cuiusdã ceræ saliuant. Simili modo & Murices. Sed purpuræ florẽ illum tingendis expetitũ uestibus, in medijs habent faucibus, liquoris hic nimium est in candida uena, unde preciosus ille bibitur sanguis nigrantis rosæ colore sub lucens. Hodie Cerottis, Scutis, Epithematisq; Scarla-

tum, Sericum & Sindonem accommodamus. Est autẽ Sindon: ut ait Pollux Bayfio interprete: amictus ex lino Aegyptiaco, quod nunc Dicrossum appellatur, dicta ut opinor, quia primũ in Sidone urbe huiuscemodi amictus fieri cœpit, ob id Tyria à Martiali dicta. Erãt enim uicinæ urbes Tyrus & Sidon.

Melinum explicauimus lib. 5. ca. 8. & lib. 7. ca. 8.

Spicatum dinosces ex nardino lib. 5. cap. 3.

Foliatum excußimus lib. 7. cap. 4. in Enarratione Malabathri.

Cera in medio calefacientum & refrigerantium est, humectantium & arefacientium Dioscori: lib. 2. cap. 47. subscribente. Habet autem partium craßitudinis quidpiam & pigmentarium, ideoq; arefacit & per accidens humectat, inhibens difflationes, quamobrem aliorum medicaminum materia est. De optima Cera uide elegans Plinij caput 14. cap. 21. historiæ mundi. In quo ordine recenset etiam punicam ceram, ponticam, creticam, corsicam, quoniam hæc ultima ex buxo fiat, & habere aliquam uim medicaminis putetur. Corsica autem in Tyrrheno mari sita est.

Cera insuper non sola lauanda est, sed & pix & resina & oleum & quicquid aliud aquæ misceri non patitur. Primumq; modicum concalfactum, mox in uas lati oris ac magnum, cuiq; insit aquæ copia purissime simul, & omnis qualitatis expertis, infundito.

Nam in eo quicquid id sit quod abluitur, acrimoniã suã exuit. Deinde conterito, cõtundito, frangito, manibusq́; impense subigito: ut unaq́q́; uidelicet medicaminis particula aquã possit contingere. Posthæc rursum excalfaciens in aquã synceram inijce & diutissime cõtundito, donec qualitatem suã in aquã deponat, quod gustu datur cognoscere. Mox uero & tertio et quarto et sæpius idem faciendum est, donec aqua nullam ex abluto medicamento qualitatem recipiat. Gal. Simpli. Medic. lib. 2. cap. 15. Adhunc modum omnia quæ excalfieri et fundi sustinent, lauanda sunt.

Ex œnanthe medicamentũ uidetur Paul: li. 7. c. 18. Malagma δι' οἰνάνθης uocare. Quod recipit œnanthes, aloës, acaciæ, aluminis fissi, rosarũ aridarum, absinthij succi, gallæ, omphacij, rhoos syricai, mannæ, cuiusq; denar. 1. olei myrsinati, ceræ, utriusq; libram. 1. dactylos palmæ ingẽtes, uini Aminæi quantũ satis est. Quisquis aũt ad unguem hæc deprehẽdere desiderat, Paulũ Aeginctam li. 7. ca. 21. diligenter cribret, et nõ in tacito sinu cælãda, sed admodũ plausibilia inuenies. Quæ ob prolixitatem, renato nuper Torini præsidio Paulo, uoluimus pluribus chartis allinere.

Palmularum carnẽ describunt Aristo. in 7. ꝓblem. Plutarch: in 8. Symposiacon. Plin: li. 23. ca. 4. 13. ca. 4 Diosc: li. 1. ca. 129. Ex palma, inquit, colliguntur palmulæ in Autumno, paulo anteq̃ maturescere incipiant

myrobalanis naſcentibus in Arabia ſimiles. Vocaturq́; palmula illa Poma, id eſt, poculum à copia ſucci quo ſitim arcet: colore uiridis, mali cotonei odore, acerbo ſapore, adſtringēdi uim habens. Cōficitur ex his oleū cū cotoneis malis & labruſcæ floribus ſubacta cera &c.

Oxilypes panis eſt qui parū aceti habet. Neq; inuenire aliud quicq̄ licuit, q̄ quod 4. de Sanit: Tuen: his uerbis extulit. Exiguum inquiens farris eodem quo ptiſana modo præparatū, cum paulo aceti adiecto, præſertim ſi cruditatis abundantiam, uel in uenis uel in toto corporis habitu ſubeſſe ſuſpicamur. Quippe ſi nihil prorſus aceti ſit alicæ admixtum, glutinoſior erit, q̄ ut propoſitis conducat, itaq; obſtruet magis q̄ detergebit habitus meatus.

Saxatiles uocantur piſces uerſantes inter ſaxa, ſunt et littorei. Optimus inter hos uoluptatis cauſſa eſt Scarus, poſt quē ſunt Coſſyphi, cichlæ, Iulides, phacides et parcæ. Nutrimentū ex his non modo facile concoctile, ſed etiam ſaluberrimum eſt ſanguinem gignens temperamento medium.

Medicamento quod ex ſucco Citomorū fit. Accurate hoc obſeruatū hactenus & quaſi per manus medicis ſemper traditum eſt. Dyſenterias, atq; alios uentris fluores ſucco citomorum curandos eſſe.

Aut quod ex carne eorum componitur. Id eſt quod hodie quoq; uocamus Diacitouiton ſine ſpeciebus: qđ

etiam Simplex appellant in crudis ſtomachi & inteſtinorum fluxibus & diſſenterijs perq̃ egregium.

Tradita eſt horũ medicamentorũ compoſitio in li. de San: Tuen: Cum enim Gal. utiliſsimis illis cõmentarijs ſupremũ faſtigium impoſuiſſet, amicorũ quiſpiam toto opere perlecto unũ omnino reſtare Diocydonium dixiſſet, quod in ſex libris relictum, poſt eſſet dicendũ. Quod tum ad expetentiam excitandam, ijs quibus ea languet, eſt utile, tum ad concoctionem, ijs qui parum fœliciter cibos concoquunt, & in ſumma, uentri robur conciliat. Laudato igitur homine quod admonuit, appoſuit Galenus, & ad compoſitionem recepit Succi malorum citoniorũ, mellis optimi utriusq; pondus ſextariorum Rhomanorum duorum. Aceti ſextarium unum & ſemiſſem. Hæc cum ſuper prunas modice coxeris, et ſpumam detraxeris, immittes zinziberis unc. 3. piperis albi unc. 2. Dein rurſus in ſimili igni recoques donec mellis craſsitudo exiſtat. Qua utiq; craſſitudine ſtomachica medicamenta præparari ſolent. Salutare inprimis eſt ijs, quibus in ualidum eſt iecur, Ieiunis id maximè dandum eſt mediocris myſtri modo. Commodum etiam dabitur poſt cibum. Maximé uero tempeſtiuum 2. aut 3. horis ante cibum obtuleris, Myſtrum autem magnum P. Aegineta lib. 7. teſte, habet unc. 3. Myſtrum paruum denarios. 3.

Quale habeat ructus. Horum rationem nemo un-

quàm pulchrius aut plenius monstrauit Galeno lib. 1. de locis affectis, quem uolo omnino legas. Est enim locus asteriscis dignissimus. Nos ob affectandam scholiastæ breuitatem, tendimus ad ulteriora.

Diatriton pipereon in opere de Sanitate Tuenda laudauimus, libro uidelicet quarto, ubi descriptionem eius in hæc uerba exarauit. Ad cuiusq; trium piperum drachmas quinquaginta abunde addũtur anisi, thymi, zinziberis cuiusq; drachmas octo, ut simplicissimum quidem, hoc est, etiam hoc ipso magis simplex a quo detractum est zinziber. Aliter conficitur, ad cuiusq; triũ piperum drach. 50. inijciendo, pondus reliquorũ cuiusq; drach. 16. Nempe anisi, thymi, zinziberis, quo etiã ad proposita utimur commodissime.

Glandem appellat uulgus medicorũ suppositoriũ, ficto à barbaris uocabulo. Qui uero eruditiorum medicorum libros triuerit, is crebrius glandis uocabulum latine, & Græce Βάλανορ reperiet. Est enim glandiũ figura formatũ medicamen, quod sedi inseritur ad soluendam aluum.

Seui anserini, gallinacei & caprini. Assertionis huius considerationem ad animi iudicium reuocare licebit, cum naturam harum rerum è libro primo, capite tricesimoquarto erueris, ubi hæc leguntur. Adeps caprinus omnibus quæ aut gustu aut facultate sunt adstringentia, aduersissimus est, uelut innumera eorum

quæ habent uim tum Emplasticã, hoc est, illinendi, tum mitigatoriam, atq; acrimonias hebetandi, eaq; ratione ijs, qui acria, mordaciaq; per aluum excernunt, auxiliantur. Sic cera adeps suillus tum gallinaceus & anserinus, chondri tragiq; succus. Nam hæc quoq; infundimus. Verũ efficatius auxilium affert caprinus, quia scilicet facilius, & intestinorum morsus obtundit sic quod nulla insit frigiditas aut adstrictio, et intestinis inungitur, plurimoq; tempore inhæret. Et deinceps li. 11. c. 3. Qui mordicationes perpetiuntur aut in recto intestino aut in colo, ijs potius caprinũ adipem q̃ suillum inijcimus, quod ob craßiciem citius concrescat, suillus aũt instar olei defluat. Plura suppetent tibi lib. 13. ca. 8. huius Methodi. Et li. 3. Cõpos: κατὰ γένη caput de Acopis, quo proditũ est. Suillũ pingue moderatißime relaxare, Gallinatiũ uehementius. Anserinũ his adhuc magis. At pingue leoninũ & pardi ualidius est, ut iam uehementer calfaciat, coq; insigniter discutiat. In medio horum cõsistunt bubulũ, caprinum, uulpis & hyenæ.

Sinonem Rizotomis nostri sæculi Brunfelsio, Fuchsio, & Gerbicchio peruestigandã relinquo. Ego postq̃ me diutius torsisset hic locus, nihil consecutus sum aliud, q̃ ut larus hians frustratus sim. Pandectarius in medicaminibus parum bonæ fidei Compilator, immutatis literis Sinonum putat esse petroselinum Macedonicũ Reclamat aũt ei sententiæ, qua nõnulli Senonũ pedem

Milui definierunt. Cum pes Milui habeat folia magna & pinguia, flores uero crebros & albos in capite stipitis simul coeuntes instar caudæ cati, herbam uero proportionem Valerianæ subire. Cæterum sinonum recta oriri simillinum Petroselino. Vnde colligit nihil aliud esse q̃ Petroselinon Macedonicum.

Sane mutationes crudi alementi in acidã qualitatẽ nec incidere in Picrocholis cernuntur. Quoniã acida qualitas potius ex pituitosis crudis & incoctis humoribus oritur. Quo nomine ij minus pleuritide, illi uero sæpius capiuntur. Quod per belle in commentatione apho: 33. lib. 6. Gal. enodauit.

De qua postea diligẽtius definiã li. uidelicet 11. ca. 9

Est de ijs tractatio ad opus de San: Tuen: pertinẽs. Nanq; hoc egit lib. 4. iuxta medium. Accedit huic. Paulus lib. 2. cap. 37.

CAPVT. VI.

Quando qui ex bubone febricitant.

MOLITVR HIC GAL. MEDICATIONEM Ephimeræ, q̃ puenit ex Apostemate, et specia tim repetit Diatritariorũ ueteratoriã ignauiã in quos propter triduanũ ieiunium exacuit genuinũ.

Bubones posthac ad sacietatem expediet Gal. li. 11. ca. 2. Iam nunc non ignores priscis medicis Bubones dictos fuisse tumores præter naturã in quacũq; corporis particula obortos. Post tamen cœpit ea uox accõmo-

dari tantum eiuſcemodi tumoribus qui aut ob læſum proximum conſentiens membrum, aut ex ulceribus aliis, aut ex doloribus immenſis coorirentur, aut peſtilentiam comitarentur, & é fœmoribus collo uel alis protruderentur, ut teſtis eſt Nicola. Leonice. in lib. de morbo Gallico. Penſiculatione igitur nonnulla Hipp. Epidem. 6. par. 2. aph. 4. digna ſententia iſthæc. Abſceſſus ueluti bubones, ſignificant menbra unde ſuppullulant. Mali omnium membrorũ, ſed maxime maligni qui circa uiſcera. Hoc eſt, ſi in collo apparuerit bubo, cerebrum. Cũ uero ſub alis cor, ſi aũt in inguinibus iecur affectum eſſe, & has redundantias egeſtas ab eo indicat. Longe aũt peßimi ſunt qui à uiſceribus, id eſt membris quæ principatũ aliquẽ in corpore gerũt, emergũt ueluti eſt cerebrũ, cor & iecur, tũc enim officiũ illorũ ſaluti animantis neceſſarium intercidit, & egro præſens exitiũ imminet. Indicabit aũt Gal. li. 13. Tomo. 2. ca. 2. huius Metho. Bubones excitari celerrime, ubi ꝓpe magnã arteriã aut uenã ulcus ortũ ſit. Per arteriã intelligẽs aortã, per uenã, iecorariã, cauã dictã. Q̃d' prior dixerat Hippo. 6. Epidem. 7. par. 4. aph. Eo quod iecoraria afficiebatur, ideo ut plurimũ Bubones excitabantur, id quod et arteriæ male affectæ ſignum erat.

CAPVT. VII.

Abſoluta uero in iis naturis quibus amara bilis redundat.

CAPVT. VII.

HOC LOCI GALEN. AGIT DE DIARIIS *quæ ingruunt intemperiei calidæ et humidæ.*

Hæc intemperies omniū maxime morbis putredinis est exposita, eoq́; ubiq; damnata à Gal. *ex professo aūt, in enarratione 3. lib. aph. et lib. 1. de temperaturis.* Ego *dicens, tantum abest, ut aut uer, aut si quid temperatum est, calidum atq́; humidū dicam, ut quod planè contrarium est, id affirmem, omnium aëris temperamētorū peßimū id esse qd' humidū ē et calidū qd' temperamētum, in quatuor anni tēporibus inueniri nequeas incidit aliquādo in graui et pestilenti aëris statu, ueluti* Hipp. *in* Epidem. *li. 2. citat æstatē calidū per quā in* Crauore *pluebat imber largus aßidue, quo tempore umores in cute liquidiores incalescebant, & prurituū faciebant deinde uesicæ ueluti in igne adustis excidebantur ac sub cute exuri uidebātur.* Et *rursus in tertio* Epidem. *cum totus annus* Austrinus, *humidus & mollis fuisset, putredinem maximam obortam, & fluxionem multā uariamq́; & in pudendis carbunculos æstiuos prodit.* Ex *qua putredine multis brachium & cubitus totus deciderit, multis fœmur uel sura sit nudata totusq́; pes.* Quinetiam *magnos oßium, carnium, neruorū, articulorumq́; prolapsus incidisse.* E *quibus malis colligit calidā & humidam temperiem, salubri temperiei quam maxime dißimilem esse, & necessario in ea omnia putrescere.*

Athanasia dolorem costalem placans. Paulo Aegineta li.7.ca.11.teste, conflata est ex caßiæ drach. 8. spicæ nardi, amomi, croci, opij styracis, myrrhæ, costi unius cuiusq; drach. 4. mellis despumati, quod satis est. Dosis eius cũ Philonis datione miscetur. Nam adultis nucis auellanæ quantitatẽ exhibebis minoribus natu fabuli instar, pueris ciceris magnitudinẽ. Atq; hæc Athanasia Pleuritica Oribasij inscribitur à Paulo. Cũ uero Oribasius Galeno posterior sit, ponderãda uenit Athanasia hepatica quã Alexander Trallianus lib.3. scribit sumere cinamomi dena. 2. caßiæ, myrrhæ electæ, schœnãthus cuiusq; denar. 8. Mellis Attici quantũ ad ea cõprehendenda satis est. Dosis est fabæ Græcæ quantitas. Febre correptis cũ aqua mulsa hydromelitéue. Hominibus autẽ temperamenti natura calidi hoc antidotum minime exhibendũ est, sed his potius qui gelidã & udã temperaturã sortiti sunt. Obambulant hodie quoq; officinarum Athanasia maior Mesuĉi, & altera Athanasia minor, quam describit Nicolaus. Cæterum in immensum distant ab illis ueterum descriptionibus. Manifestum fiet conferenti singula.

Horum trium medicamentorũ meminit Gal. lib.5. de San: Tuen: iuxta mediũ, ubi senibus docet Antidotũ ex uiperis .i. theriacen exhibendam: potißimũ ubi post obstruentes cibos, ea quæ obstructiones liberent ante hanc exhibueris. Pari modo & quam Ambrosiam & quam

quam Athanasiam uocant, & quæ ex prædictis aromatis sunt composita.

CAPVT. VIII.

Cũ uero octo intemperies in uniuersum.

TRADIT HIC GAL. COMPENDIOSA ET grata breuitate, quæ temperies plus soleat esse febri obnoxia. Quæq; faciliori momento uergere poßit ex Diaria in putridã. Quod saxum plæriq; longiuscula traditione uoluunt, et inuoluunt, adeo immensa distinctionum sylua ut nil præter fastidium & stomachum misero pariant lectori.

CAPVT. IX.

Enimuero eiusmodi omnibus uictus ratio alteranda est.

OSTENDIT HIC GRAPHICE GALENVS uictus rationem sumendam esse ex temperamenti indicatione.

Contraria contrarijs curanda, similia similibus seruanda, tum hoc capite obiter, tum li. 4. ca. 2. & li. 11. cap. 12. fusißime demonstratur.

Quæ enim uicio carent similia perpetuo postulant, quoniã has seruare expedit. Quæ uitium habent aliàs similia, aliàs cõtraria ueluti in opere de sanitate est dictum, libro equidem 2. ad finem, ubi ait. Non alterare sed plane seruare optimũ corporis statum conuenit. Et lib. 5. non procul ab initio. Semp memineris excessum

omnem contrari⁹ excessu esse emendandum. Quippe omnium quæ præter naturam incidunt, omne huc consilium curationis dirigitur. Quare si huic præcepto, corporum quibus præficeris dignoscendorum peritiã adieceris, & singulorum remediorũ facultates adiunxeris, uniuersæ iam artis quæ corpori hominis tuendo dicata est, peritus fueris. Cuius ope non sanis modo suam ualetudinem tueberis, sed etiã ijs qui ægrotãt pristinum statum restitues. Et infra. Sæpe testati sumus incipiendum esse ab illo medendi præcepto. Contraria esse contrariorum remedia. Vbi igitur remediorum materiam compertam habueris, ac simul uires eius intellexeris, male affecto corpori semper contraria, optime se habenti similia uiribus adhibebis.

Gaudent naturæ consuetis ut Hippo. de acutorum uictu adstruxit, hæc enim scripta reliquit lib. 2. aph. 18 Non ignoro oẽs ferè medicos à debita obseruatione q̃ grauissimè aberrare, qui ab initio 2. aut 3. aut plures dies fame cruciant ægros. Cæterum ut rectam rationem uictus instituamus, salubria præcepta quæ per bonã ualetudinẽ obseruanda perpendere oportet. Quod autẽ uiciosam uictus rationem, quæ nunq̃ uariat longe tutius sit ob seruare, quã subito uel ad meliorẽ transire facile intelligitur, quippe siue bis siue semel in die qs cibũ accipere solitus est, si subito cõsuetudinẽ mutauerit noxã, imbecilitatẽq; subibit. Et inde aph. 34. Qui cibos

uel malos ac potiones quoq; (si ipsis uti cõsueuerit) facile sustinet. Cõtra grauiter ferre solet tũ cibos tũ potus, quãuis suapte natura uicio careãt, si præter cosuetudinẽ ingerãtur, et aph.52. Si uniuersum corpus præter cõsuetudinẽ diu quieuerit, nõ ꝓtinus robustius euadit si diu torpeat, et deinde protinus labores aggrediatur, id qđ effecerit, uile exit. Similiter de reliquis corporis partibus sentiẽdũ est. Neq; enĩ pedes neq; aliæ corporis partes recte sua munera ꝑficiẽt, dissuetudine laborẽ intercipiente, si aliqñ subito laborare tẽtauerit. Similiter dẽtes, oculi et cæteræ ꝑtes afficiẽtur. Nã et cubile præter consuetudinẽ aut molle aut durũ molestum est.

Humidus uictus febricitantibus est idoneus. Præcipue uero pueris, & ijs qui tali uictu refici sunt assueti. Videtur Hippo. 1. aphor. 16. in ijs tria inter se pari iure posuisse. Morbum, ætatem & consuetudinem. Atq; à morbo contrarij adhibendi indicationem accipit, ab ætate & consuetudine similium: febri namq; ceu morbo calido et sicco humida conueniunt. Pueris, ut qbus ea ætas non morbus, sed secundum naturam sit, id maxime est utile quod plane est simillimum. Pari modo cõsuetudini, utpote quæ ascititiam naturã in corporibus gignit, cõtraria dedisse in primis est noxiũ. Quæ enim corpora secundũ naturã se habẽt, ijs seruari custodiriq; suũ habitum decet, quæ morbo aliquo premuntur, ijs cõtra alterari & ad cõtraria habitum trahi expedit.

Ac seruatur quidem similibus unumquodq́;, alteratur contrarijs. Repetit hoc idem copiosius Galenus lib. 9. capite decimoquarto.

Magnitudinem eorum quæ ad indicationem coiërunt in libris de San. Tuen. duplicem esse ostendimus. Libro uidelicet. 5. ad finem. Vbi post longam disputationē de Præmigene Mityleneo Philosopho sectæ Peripateticæ principe nunq̃ non febricitante, si quando lauacra neglexisset, sic canit receptui. Neq́; enim eius tantum meminisse oportet, quod contraria contrariorum sint remedia, sed etiam quantitatis rationem in singulis contrarijs habere. Plura reperies in libro sequenti capite 13. & . 14. quæ conducunt ad præsens institutum.

Virium respectum necessario adhibeant: quia non leue cōsilium est quod à uiribus petitur. Inde est quod lib. 11. ca. 3. inquit, Propositum medico est, uirtuti omni ratione opitulari ac subuenire. Cæterum uirium lapsum, caussas & curationem Galenus eruditißime tradit huius Methodi lib. 9. cap. 6. li. 9. cap. 13. lib. 11. ca. 3 & lib. 12. ca. 1.

IOANNIS AGRICOLAE MEDICI SCHOLIA in librum Nonum Therapeuticæ Methodi Galeni Pergamensis in omni eruditionis genere principis.



NONO LIBRO OSTENDIT GAlenus curationem Synochorum ex ſanguine (Linacrus nonnunquam has continentes uertit in lib. 11. ab initio) Vt uero ardentiſſimus æſtus intra præcordia inſtar feruentiſſimi præfurnij accenſus, frigore temperetur: frugiferam humanæ genti uenæ inciſionem, neutiquam negligendum remedium, perquàm gnauiter expendit. Quippe quã nonnunquam adusq; deliquium mentis cenſeat utendum eſſe. Rurſumq́; docet egregie quando quantamue frigidæ potionem hoc morbi genere oppreſſos haurire, atq́; intolerabilem ſitim detergere liceat. Expaciatur quoq́; in neceſſariam uirtutum explanationem omnium. Quan do conſtet: ut ipſius uerbis utar: uitã aut ipſas eſſe uires aut earum actiones. Mox indicationum genera ad pauciſſima reducit. Quæ omnia ſimulq́; cũ conſuetudinibus & corporum differentijs multiplicibus, quaſi ſupra pondium aliquod Synochorum tractationi adiecit, atq́; adeò iuſtæ prolixitatis librũ cõfecit

Capite primo uenatur & colligit Gal. connexionẽ præſentis libri noni cum octouo. Germanã item eruditionem ſapiunt ea quæ de tranſitu Diariarum in alias duas febrium ſpecies præſtitit. Differet plura in hunc modum lib. 10. cap. 2.

Conniuentiam exiguorum meatuum Gal. appellat

Μύσιν τῶν πόρων. Verbum. n. μύειν unde μύσις deriuatur claudere et occultare ſignificat. Quam rem Gal.li.3.de San: Tuen: nõ ita procul à calce libri ita deliniauit. Simplices affectus ſunt, quos Stegnoſis excitat. Voco ita meatuũ cutis uitiũ, quo tranſmittere ſuperuacua ꝓhibetur. Incidit is affectus, aut obſtructis meatibus, aut denſatis. Sane denſationem eiuſmodi μύσιν Græci.i.conniuentiã appellant. At obſtructio quidẽ ex lentis craßisq; excrementis oritur, cũ conuertim ad cutim ruunt. Denſitas tũ ab ijs quæ adſtringunt tum quæ refrigerant. Contingere id uitij ſolet etiã ob aluminoſa balnea. Hinc 6.de San: Tuen. εὐδιαπνεύστους ꝓbat.i. eos quibus libera corporis tranſpiratio eſt. Hi enim uel citra frictionem & exercitium nec aßidue ægrotant, nec longo tempore. Eoſdem aliqui Aræoſyncritus appellant. Huic enim hominũ generi Hippocrates ſanitatem magis conſtare uult, cum ait: Laxitas corporis ad tranſpiratũ, quibus plura per cutim feruntur, ſalubrius, quibus pauciora, minus ſalubre.

Quando ex ipſa noĩs ratione: Ephemeros.n.idem eſt quaſi dicas, quottidianus, diecularis aut diarius. Sic Ephemeris eſt libellus in quo acta quottidiana cõtinentur, uel commentarius, uel memoriale. Item hiſtoria in qua res per ſingulos dies geſtæ ſcribũtur. Gel.li.5.ca.18.authore. Ariſtoteles quoq; refert li.5.de natur: ani: Hippanim fluuiũ iuxta Cimmeriũ Boſphorũ, ſub ſolſti-

tio ueluti ſolliculos acinis maiores producere: è quibus quadrupedes uolucres ſoleant progigni. Quod genus auium ſtatim cum occidente ſole ſimul occidat et emoriatur, uita non ultra diem prorogata, atq; huic ꝓpterea nomen inditum eſſe Ephemero.

Dictum ſupra eſt, puta li.7.ca.6. Vbi et nos de ratione horarum uariarū gentium non nihil attulimus. Appellantur autē horæ, quæ negotio noſtro ſeruiunt: Aequales, Vſuales & Aequinoctiales, & 24. diem naturalē conſtituunt, deſumptæ ab æquinoctiali Circulo, cuius gradus 15. qualibet noſtra hora, ſupra Orizonta oriuntur atq; aſcendunt.

Ad calcem capitis Gal. conuincit Diarias nonnunq̃ ultra 24. horas prorogari. Et proinde nomen Ephemeræ non planè quadrare cuiuis huius generis febri. Nomen uero nonnunq̃ imponi ſolere quod ſæpius & frequenter accidat, licet non ſemper.

CAPVT. II.

Siquidē in quibus una acceſſio ab initio.

GALENVS NOTAT HIC VOCABVLVM Synochi deſumptum per incuriam, atq; neglecta analogia non ſine Solœciſmo inſtitutum. Quoniam à συνέχω συνεχής continuus probe dicitur, ſicut etiam συνεχύς & συνέχεια continuitas. Nequid tamen innominatum omitteretur, ueteres, Synochon fecerunt continenti febri nomen.

Diuiditur autem à Gal. in putridam & non putridã elegantissimã sententiam insuper intertexẽs, qua innuit obstructionem nunquam esse tam pertinacem, quin foris effluat aliquid tenuati humoris iuxta Hippoc. 4. apho. 2. Quibus in febribus quottidie rigores fiũt, quottidie febres soluuntur.

CAPVT. III.

Quoniam igitur ex duobus his seruari febris potest.

SVGGERIT ACCVRATE HIC GALE. LEctori diuisionem Synochorum. Siquidẽ nemo ignorat, ad percipiendam quamuis doctrinã plurimum habere authoritatis & ponderis bene diuidere. Principe uero loco in eo quod præcessit hoc capite Synochũ fieri statuit nonnunquam ex uapore feruentiũ humorũ non putridorũ, cum transpirari non possit propter uehementem stipationem, & hanc subijcit naturæ Ephemerarum. Aliquando uero cum in omnibus uasis ac potissimum maximis æquabiliter succi putrescunt. Colliguntur præterea tris Synochorũ formæ. Seruari enim febris potest per hæc duo, eò quod uapor non ex omni parte totus transpirat, & quod relictis, quæ sunt proxima quæ contigit excalfacit & adurit. Vnde fit ut si quod accenditur ei quod transpirat par fuerit nec augeatur nec minuatur febrilis calor. Et uocatur hæc species, ἀκμαστικὸσ, id est crescens synochos uel ὁμό-

τονοσ, id est, similem tenorem seruans. Quod si alterũ illorũ in multitudine uicerit, tum non ὁμόπνοῦ, id est, eiusdem uigoris febrẽ permanere noueris. Sed si transpirans uapor, qui uacuatur maior sit, tum minui febrẽ necesse est (quam iccirco παρακμαστικὸν, id est, decrescentem appellant) Sin quod adijcitur augeatur omnino increscere uidebitur. Vnde nomenclationem sortita est hæc febris, qua Επαγμαστικὸς ab increscendo nominetur.

Aut etiam calidis excrementis refertus. Hunc locũ illustriorem facit, quod idem Gal. li. 4. scriptũ reliquit, dicens. Quæ subcalida & putria excrementa sunt, ubi uehementius mouentur, non horrorẽ modo rigoremuè afferunt, sed etiã febrẽ accendunt. At quæ frigida sunt, & ex partibus tenuibus constant, ea horrorem rigorẽ q́; creant, nõ tamen febrem excitant. Porrò uim quandam utriusq́; congestam esse oportet, si hæc fecerint. Quæ uero plane exigua in sensibilibus corporibus excrementa mordacia aut multa illa quidem, sed tamen non plane adhuc mordacia subhæserunt, hæc ulcerosam laßitudinem faciunt.

CAPVT. IIII.

Ac tibi exẽpli caussa redigã in memoriã.

OPTIMVS ARTIFEX GALEN. RERVM medicarum, duas hic secundũ genus species Synochi, i. cõtinentis febris præcipuas, accõmodis

duobus exemplis elegantißime illustrat, atq; omnino ob oculos ponit. Quæ quoniã sunt planißima, neuè nos minutias quasuis insequi uideamur, explanationẽ uerbosiorem minime desiderant. Primũ equidem quadrat febri continenti quæ citra putredinẽ, Secundũ ei quæ cum putredine infestare solita est.

CAPVT. V.

Erat uero in præsenti disputatione propositum de iis febribus disserere.

IVXTA VETVSTISSIMVM PROVERBIum δὶς καὶ τρὶς τὸ καλόν, id est, iterum ac tertio quod pulchrum est. Et nihil lædat quod pulchrũ sit bis dicere Platonis authoritate: Galenus ob immensum compendium & præsentaneum remedium curandæ continentis febris, bis & ter & sæpius iterumq; (ὁ δὲ χρὴ, dicens, καὶ δὶς οἶμαι καὶ τρὶς καὶ πολλάκις αὖθις τε εἰπεῖν) mißionis sanguinis commonefaciendos putat medicos. Alioqui enim certo fore, ut uel suffocentur, uel animi deliquio lœtaliter periclitentur. Ambientis item aëris statum animaduertendũ esse diligenter ostendit. Significans insuper quàm salubris frigidæ potus tempore adhibitus in his affectibus esse soleat, & rursum quàm pestifer cum non opportuna obtingat.

Abundantia quæ ad uirtutem comparatur. De hac lib. 4. ca. 4. egimus in explanatione Pletoriæ.

CAPVT. V.

Quæ cõtineri à uasis ultra non ualet. Huius immoderatæ repletionis meminit Hipp: lib. 1. aph. 3. Habitus dicens exercitatorũ, qui ad summũ bonitatis cõtingunt periculosi, si in extremo constiterint &c. Addit Gal. Cum enim uasa cibis ac potibus fuerint supra modum repleta, periculum esse, ne disrumpantur, aut calor natiuus suffocetur, aut extinguatur.

Erasistrati persuasione inducti. Cuius insaniæ Gal. in li. de cur: rat: per sang: mis: in hunc modũ meminit. Erasistratus perperam ab hoc abstinuit remedio. Et Chrysip: Cnedius uenæ incisionẽ ex omni medicinaliũ præsidiorũ numero tollendũ censuit. Eodem quoq; lib. Erasistratũ quendam medicũ ἁιμοφόϐορ, quasi dicas, sanguifugam nominatũ fuisse scribit. Hic uero mutato numero ad finem capitis nõ absimilia substituit, dicens. Hæc quidem ad præsentia negotia de uenæ sectione & frigide potu nouisse pulchrum sit. Quæ utraq; multos inexercitos medicos uidisti timentes. Quorum illos Hæmophobos. i. sanguinis mißionem timentes. Hos uero Psychrophobos. i. frigidæ potum formidantes nominamus. Sicut Hydrophobos nominamus etiam qui à rabido cane sunt morsi. Quos constat omnem aquæ conspectum ultra modum, tremendo timore expauescere & horrere.

CAPVT. VI.

Igitur quoniã hæc nobis peracta sunt.

HOC PERQVAM ACCISO CAPITVLO Gal. conuincit nemini licere ullius artis scientiā adsequi, nisi & Methodū aliquā habuerit per uniuersalia Theoremata, & in particularibus exemplis, nimirū in ægris singulatim sese exercuerit. Consistit enim in uniuersalibus Methodus, in particularibus autem exercitatio.

CAPVT. VII.

Reuersi igitur ad Methodū, nunc age de ægrotantis uiribus agamus.

GALENVS HIC EVINCIT CONTRA Sophistas à uiribus indicationem petendam esse. Qui rectà accedendū blatterarent ad indicationem eam, quæ sumitur ab affectu. Quam cum mordicus arriperēt atq; hoc nomine bellum cōmentū suum ac indicationes, quas Endixes uocant, iactarent. Cogebantur interim non raro indicationē admittere, quæ sumitur à uirtute: quæ merito tamen opponitur priori indicationi: Antendixis dicitur, quasi indicationū contradictionem uoces: fatetur tamen Gal. indicationē à uiribus petitam ad inuenienda remedia non esse perpetuā, sed exiguum quid subinde conferre. Aliâs item omnino prætermitti, sicut accidere solet in reliquis omnibus quæ aliquid faciendum indicant.

CAPVT. VIII.

Hæc igitur dum doceo adsis animo uelim

CAPVT. VIII.

AGIT GALENVS ENCOMIASTEN HIPpocratis omnis Medicinæ parentis. Necessitas enim uidebatur exigere, ut Senem uenerabilem pluribus locis graphice & suis coloribus pingeret. Quandoquidem sectarum conditores ineptarũ flocci-facere Hippocratẽ Medicinarũ fontem iam cœperant, ob eam potissimum rationem, quod Laconismũ, quo in diuinis suis theorematis inuulgandis uti uoluit, uerborum uir paucorum, nunq̃ sunt adsecuti.

Quod uero Galen. de industria sua interim adsuit, qua usus sit in elaborandis Hipp: Aenigmatis exponendis, nemo studiosus inanis gloriæ febri correptum fuisse generosissimũ medicum, in animũ inducat. Impudentes aũt illos Rabinum Mosen & Auerroym (quẽ uero nomine præceptor noster Ioan: Capnion Germaniæ ornamentũ Auenrust appellatũ monstrauit in Dictionario Hebraico) ita magno animo prætereamus, ut solẽt generosi equi, inanes catellorũ latratus prætergredi. Constat enim illũ Iudaico liuore imbutũ, hunc uero perpetuo maledicendi, rixandi & conuiciandi sophistico studio uel agnitam ueritatẽ indulsisse sibi in Galeno calumniandã. Maledicus Auerroys utcunq; stoicus & gnosticus tamen uel unũ locũ euincere nequiuit in Gal. scriptis qui non consisteret. Nihilo tamen minus fulmina maledicentiæ suæ in hunc torquet: triũphans plerũq; ante tempus, nequaq̃ euicto cui nititur. Quid agit ?

σκιομαχῶ,aut ſi quid umbra inanius eſt. Itali tamen docti ſuperioribus ſæculis plus ſatis huic nebuloni tribuerunt,qui procul dubio Philoſophis ueris ubiq; gentium in lucem emergentibus,hunc qui Ariſtotelem nõ intellexit blattis et tineis cõmittent. Verum cur nõ amplectamur Galenũ? cur non ueneremur & oſculemur monumenta gemmea tanti uiri? Cur non hunc ſecundum Hippo. omnibus omnium ſæculorum medicis ante ponamus,ſummũ omnis medicinæ atq; medicorum omnium faſtigium & cacumen? Vehementi admodum admiratione dignum exiſtimo, quod nonnulli cerebroſi homines tam frigide de Galeno ſentiant. Cum unus Galenus plura in Medicinis præſtiterit & oſtenderit: quã ſint illa quæcunq; tot ſæculorũ medici ubiq; gentium fecerint, aut ſcripſerint,aut excogitauerint,aut prorſus quouis modo machinati ſint. Medicina quippe nulla, ne quidem triobolaris ſuperſtes eſſet in terris,niſi Galenus pleraq; ſalutifera in medicinis theoremata ſummo artificio adinueniſſet, quæ cõmunicauit poſteris. Adhæc, & niſi diuino ingenio abſtruſum, reconditũ, atq; ænigmatodes Hippocratis ſcripti genus explanauiſſet, reddidiſſetq; cognobile. Hic enim reuerẽdæ uetuſtatis inmonumentis Hipp: color ante ædita in Hippocratẽ Galeni ſcholia & cõmentarios à nemine ex omni parte intellectus eſt. Amphidoxon igitur planè uidetur, eſſet ne hodie alicubi umbra aliqua medicinæ,niſi hanc

Gal. quasi ex Orco reuocasset ad superas auras. Porrò quod nemo nostro æuo tantus in medicis rebus Panarmonius artifex terris obtingit, nõ tam ignauia quorundam generosorũ hominũ, qui medicinis animos suos desponderunt, q̃ studiorum & laborum nimis q̃ difficilis dura ꝓuincia, uetat. Galenus.n. à uitæ suæ primordijs, præclaris eloquentiæ & mox Geometriæ & reliquis Mathescos disciplinis altus est, præsidijs patris Nichonis Geometræ. Adhæc laborum omniũ uigiliarũ, famis & sitis atq; aliorũ sudorũ quorumuis tam fuit patiens q̃ qui patientißimus, quæ fecerunt ut horarum omniũ homo esset. Quã procliuem operã in præclara studia, libero homine dignã, promptãq; erga lobores subeundos alacritatẽ Gal. naturalis suus Horoscopus suppeditauit, quẽ iccirco cũ astronomico suo ope æternitati cõsecrauit Iulius Firmicus. Reliqua prudẽs prætereo, qđ plæraq; cõmodius extulerim in Panegyrico, quem in Galeni Panagathi gloriam orsus propediem per Characterographum studiosis omnibus cõmunem faciam.

Omnes uias in Italia Traianus refecit. Optimus Cæsar Traianus fuit, Qui Dione teste, edictum ad senatum misit. Nunq̃ suo iussu bonũ uirum occisum iri, aut ignominia notari. Id qđ per totum imperij tempus inuiolatũ seruauit. Bonos et studiosos uiros, honoribus et dignitate auxit. Amari et obseruari q̃ timeri maluit, populo benignus & mansuetus. Quanta autem fuerit

in eo bonitas, acclamationes Cæsaribus exhiberi solitæ declarant. Cum Augusti fœlicitatē, bonitatem Traiani his apprecamur. Hic cōplura et ualde quidem necessaria edificare curauit, ut portus & ædes publicas. Vias item muniuit. In quibus faciēdis fortunas, aut sanguinē alicuius nūq̄ absumpsit. Scribit Ammianus Marcelli: li. 16. Constantiū cū ad Traiani forū (quod sibi Eutropio li. 8. teste ædificauit Traianus) uenisset, singularē sub omni cœlo structurā, in Traiani memoriā erectam, etiā numinū assensione mirabilem, hæsisse attonitū, per giganteos contextus circūferentem mentē, nec relatu effabiles, nec rursus mortalibus appetendos. Idem Traianus, ut Dion refert, Pontem in Danubio fecit opus sanè mirandū et maximè memorabile, cui cætera illius opera uix adæquare poßis. Viginti stant ex quadrato lapide pilæ, quarū altitudo 150. pedum præter fundamenta habetur, latitudo 60. pedes cōtinet, distant inter se 170. pedibus, fornicibus uero coniunguntur. Impensa ꝓfecto ingens & uix credibilis, admiratione dignum, qua nam ratione & quibus uiribus, quouè artificio in illa gurgitū altitudine, tanq; præcipiti fluuio tum singulæ columnæ extrui ualuerint, tum tantarum molū fundamēta stabiliri. Ex hoc sane ingens Traiani animus arguitur, simul etiā ut posteris testatū maneret, nihil esse, quod hominū manu, & opibus Romani imperij effici non posset. Pilæ etiamnum extant ceu in

ostentationē

ostentationem potentiæ et Cæsaris opum fabricatæ. De
præhenderūt easdem cū quibusdam alijs ruderibus an=
te paucos annos legati diui Ferdinaudi Rom. Boem. et
Pannoniæ regis ponè Danubiū, ubi Misiam inferiorē
quā hodie Bulgariā uocant à Vualachia hic fluuius in
tersecat. Petrus quoq; Apianus Mathematicus Ingol=
stadiensis, in Chorographia Hungariæ diligenter ma=
gnificum hūc pontem suo loco designauit. Ad eundem
pontem alludit Pli: Nepos lib. 8. Epist: ad Caninū, quē
his uerbis cōpellat. Optimè facis quod bellū Dacicum
scribere paras. Nam quæ tam recens, tam copiosa, tam
lata, quæ deniq; tam poetica, et quanq̃ in uerissimis re=
bus, tam fabulosa materia? Dices immissa terris noua
flumina, nouos pontes fluminibus iniectos, in sessa ca=
stris montium abrupta, pulsum regia, pulsum etiā uita
regem Decibalum &c.

CAPVT. IX.

Nunc quod promisi aggrediar.

BREVIVSCVLO HOC CAPITVLO REPE=
tit Gal. in Diarijs indicationē curatiuā non cōsi=
derari aut prouideri à uirium constantia. Cū hæ
nunq̃ nō satis sint ualidæ in Ephemeris. Proponit item
uelut argumenta quædā eorū indicationū, quas in se=
quentibus capitibus ad uiuū exiget et copiosissime ex=
pediet. Sumuntur aūt ex ipsa corporis temperie, con=
suetudine, regione, ætate, anni tempore, et statu cœli.

CAPVT. X.

Verum nũc prius de uiribus præcipiam?

HOC CAPITE DOCETVR, QVATEnus curatiua indicatio à uiribus petatur. Recenset item quàm multos uiderit cum uitæ dispendio ad syncopen usq;, sectione uenæ ab imperitis adhibita, fuisse periclitatos.

Virtutum quæ animal gubernãt tres sunt species, Naturalis iecur ueluti pro fonte habet, hæc canalibus id est, uenis per totũ corpus propagatis alit animal, eiusq; rursus facultates sunt Attractrix, Retentrix, Alteratrix, Expultrix. Vitalis in corde sedem habet ceu fonte insiti caloris, unde canales arteriæ enati spiritus & spiritu imbutũ sanguinẽ corpori inuehunt, uitã mẽbris atq; uniuerso corpori adferentes. Animalis cõsistit in Cerebro. Ea præsidet tum sensibus, tum motui, qui uolũtate consilioq; initur καθ᾽ ὁρμὴν Græci uocãt. uelut Gal. monstrat li.3.ca.5. de loc. affec. & li.3.ca.3 de Sympt. Differe. Hæc utitur neruis per quos sensum & motũ in totum animal transmittit. Continet uero potentiam discernentẽ, mouentẽ & sentientẽ. Discernẽs opinione Philosophorũ cõplectitur imaginationẽ, rationẽ & memoriã. Medicorũ uero sententia diducitur in sensum cõmunem, qui oĩm sensuũ obiecta et actus apprehendit & dijudicat. 2. imaginationẽ, quæ sensibilium species à cõmuni sensu suppeditatos adseruat per

quas etiam rem absentem retinet, citra tamen rationis temporis discrimen. 3. in Elicitiuam, quæ sensibilibus speciebus adiuta, producit nō depræhensa sensibus. Sic ex gestibus, sermone & obtutu, inconstantiam, aut constantiā, honestatem aut inhonestatē in homine deprædendimus. In ratione priuatis hanc facultatem æstimatiuā, in homine uero cogitatiuam appellant 4. in Phātasiam, quæ species cum speciebus, imagines cum imaginibus componit, & si hæc per naturam fieri nequeūt. 5. In memoriam quæ ab alijs species receptas seruat quoad rursum operandum sit, una cum temporis præteriti exacta ratione. Nam hæc omnium aliorū sensuū quasi quoddam commune penu & repositoriū existit.

Orthopnœa est uehemēs illa anhelandi difficultas, qua ægrotus non nisi recta ceruice spirare potest.

Delirium, id est paraphrosine, tres habet species ut extat apud Gal. li. 5. ca. ulti. de Sympt: Causs: Phrenitis prima est quā febris accesßit Phlegmone cerebrū occupante. 2. est Mania quæ citra febrim accidit, & mordaces sequitur succos, qualis præcipuo flauabilis. Nascitur tamen nonnunquam à calidiori cerebri intēperatura. 3. est Melancholia quæ est furiosa demētia, à frigidiore succo, ut caussa euenire solita.

CAPVT. XI.

Memineris uero mihi ad ea quæ dicenda sunt

AGIT GALEN. HIC CITRA AMBAGES de peculiari uenæ tundendæ indicatione. Vtilẽ naturæ ſtatuens ſeruandum eſſe ſanguinem, inutilem uero eliciendum.

CAPVT.XII.

Porro una ſemp̃ eſtq̃ ab hac præſtatur.

ET HOC PER BREVI CAPITE GALEN. conſtantiæ curatiuarum indicationum ſubmonet. Quædam puta ſui cuſtodiam indicare, quædam uero amotionem. Atq; inſuper quod ſimplex eſt, ſimplicem quoq; indicationem habere. Nõ ſimplex uero non ſimplicem. Prioris Paradigma eſt in frigiditate & caliditate. Poſterioris autem eſt in calida & ſicca intemperie. Hæc enim curationem ſui per ea quæ humectant & refrigerant inſtituendam eſſe indicant.

CAPVT.XIII.

Quibus ergo roget quis rationibus.

IN HOC VERBORVM CONTEXTV GALE: ſummam laudem ſummamq; neceßitatem uirtutis commemorat, indicationemq; ab ea ſumptam non ex curatricium indicationum numero, uerum uitalium tamen. Exhibet autem modos aliquot, quibus uirtus conſeruari poßit, quaq; ſerie ab indicatione uirtutis ad alias indicationes perueniri liceat.

Totius autem negotij hanc fermè ſummam ſtatuimus. Vt id quod de ſubſtaantia eius uel inanitum uel al=

teratum est corrigatur. Secundo loco ut ea prohibeantur, quæ substantiam eius euacuare alterareué possunt, alteratione tanti momēti, quæ corruptioni sit propinqua. Proximam indicationem ab hac, ab affectibus hauriendam esse conuincit, tam docte tamq; industrie, ut nusquam non sui similis, uel his accisis & breuibus capitulis, tantū ueræ eruditionis medicæ, in medium exponat, quātum nunquam tota Synagoga Arabica, uastis & colossicis commentarijs per immensam loquacitatem adumbrauit. Dignissimus prorsus multis modis Gal. qui primus studiosorum teratur manibus. Ex quo omnē ueram medicinam solidiori fundamento edocti, quam hactenus factitatum est, firmius niti poterunt. Eò quod hic noster Pamprotos Gal. nihil non exactissima tradat & inculcet Methodo: ut in qualemcumq; tractationem incidat, & insumma infima omnia methodo discutiat, & difficillima quæq; Methodo medicari edoceat. Subit igitur mirari, quid in mentē uenerit quibusdā Aristarchis in literaria palestra alioqui non infœlicis iudicij, quod subinde Colobotis illis Arabibus plus quā Græcis tribuāt exactā Methodi obseruationē, cum illi nihil minus quā Methodo curare didicerint. Verum, ut dixi, si cui Methodus uera arridet is totus in hoc incumbat, ut Galenū sibi familiarem efficiat, hunc osculetur, hunc amplectatur, hunc somniet, & obtinebit optatum.

CAPVT. XIIII.

Nunc ad pensum rursum redeamus.

GALENVS HIC AFFABRE IN TRIA GEnera omniũ indicationũ materiã cogit, utcunq; alibi in plures partes reperiatur discerpta. Statuit igitur indicationes sumi. i. aut à morbo, siue cõstitutione præter naturã: quæ se tollendã indicat. 2. Aut à corporis temperamento, siue constitutione naturali: & hæc se tuendã indicat. 3. Aut ab ambiente nos aëre: sine quo nec tolli morbus, nec teneri sanitas potest: obtinet igitur nomen caussæ sine qua nõ. Iã si quis partes colligere uelit, nouerit corporis ægrotare incipientis temperiem ex natura, ætate, consuetudine et ambiente nos aëre ortũ habere. Ambientem uero aërem eiusmodi redditum esse, propter regionem, & anni tempus et cœli statum.

Caussa sine qua nõ à philosophis appellatur caussa efficiens priuatiua, quæ impertit rei nouã denominationem, instar absentis nautæ, qui dicitur caussa periclitãtis naufragia nauigij. Parimodo Priuatio dicitur caussa, naturalis transmutationis utcunq; sit nõ ens. Quemadmodum acutius disputat Aristot: lib. 1. & 2. Acroã. physic. Caussas breuiter Gal. lib. 3. de Simpl. diff. ca. 1. in hunc modum complectitur. Quod suapte natura inducere potest ei quod fit, aliquã suæ generationis partem, ipsum illius caussa dicitur. Cuius complura sunt

genera. Nempe materia, utilitas, scopus, instrumentũ, et unde principiũ motus. Quippe horũ quodlibet nonnihil ad pfectionem eius quod fit cõducere potest. Quæ uero nihil inferunt, sed inferentes caussas impellunt, ea caussæ sine qua non, rationem obtinent.

Si febris sola est ad refrigerandum humectandũq; omne medentis consilium, ueluti ad finem dirigatur. Hoc prior ante Galenum dixit Hippo: lib. 1. Apharis: Cuius uerba recensuimus lib. 8. ca. 9. cum explanatione longiuscula.

Euripum Pli. li. 4. ca. 12. historiæ mũdi porrigi notat ab Hellesponto 86. Mil: paß: spatio ad urbem Priapum Asiæ, indeq; expatiari æquor, rursusq; in arctum coire laxitatẽ, & Propontidem appellari. Libro uero 2. ca. 100. priuatam naturam æstus Taurominitanorum Euriporum pronunciat, quæ ad syderũ rationem non poßit referri. Et lib. 4. cap. 7. Sæpius et in Euboia septies die ac nocte reciprocatio fit undarũ Euripi. Capax aũt portus in faucibus Euripi quẽ facit obiectu insulæ Euboiæ Aulis. Vt quoq; 3. Metheo: et lib. 4. c. 12. apud Pli: scribitur. Euboia auulsa Bœotia et à modica interfluẽte Euripo, ut põte iũgatur, ad meridiẽ ꝓmontorijs duobus Gerasto ad Atticã uergit, et ad Hellespõtũ Chapharæo, insignis et à septẽtriõe Ceneo Euripus hic septies die ac nocte reciprocat, tã rapida cõuersione, ut quẽadmodũ author est Põponius Mela, uẽtos, ac

etiam plena uentis nauigia secum portet. Neq; dũ huius stupendæ rei caussa satis idonea peruestigata est à scriptoribus. Quemadmodũ aũt quilibet locus Euripus dicitur ubi mare recedit et remeat quottidie: sic organa quibus reciprocatio frigidæ in diuersorio uel cœnatione quouis modo institueretur, Euripũ appellat. Cuiusmodi cõmutationis aquarũ meminit Vitruuius li. 5 ca. 10. Vbi ahena supra hypocaustũ balinei tria scribit cõponenda esse. Vnũ caldarium, alterũ tepidariũ, tertium frigidariũ. Et ita collocãda uti ex tepidario in caldarium quantũ aquæ calidæ exierit, influat de frigidario in tepidariũ. Ad eundẽ modũ testudines aquæ alueorũ excommuni hypocausto calefient. Ita fieri potest diutinus ex aqua frigida Euripus in ægroti diuersorio ut frigida aërẽ calidiorẽ humida ui sua ad temperiẽ reducẽs, ex uaso alio in aliud crebro fluitet, non aliter q̃ olim in Dodona, oraculũ Iouis lebetibus æreis undiq; cinctũ fuit, ita ut inuicẽ sese contingerẽt. Et uno quopiam pulsato uicißim sonitu percontactũ ab alijs ad alios succedente omnes resonabant. Sunt Euripi canales aquarũ aliunde deductarũ, insublime salientiũ, quos intra domos deducimus. Spartianus in Heliogabalo scribit Principem Euripis uino plenis nauales circenses exhibuisse. Mentionẽ faciet horũ & lib. 10. cap. 8. huius Methodi. Atq; ĩ hoc in quo uersamur capite cũ inquit. Præparare domos oportet ꝑ æstatẽ subterraneas et ad

ſeptentrionē uerſas, ac pauimēta earū aßidue humore aſpgere, tū ut Euripo aliquo aura inſpiret machinātes.

CAPVT.XV.

Quare rurſus ad has diſputatio= nem reuocemus.

OSTENDIT HIC GALEN. QVO PACTO ſubdiuidi debeāt tria indicationum genera quā uis & hæc ad duo poßint redigi, ſic ut bona capita ſint eorum quæ indicent curationē. Nempe morbus & ſanitas, quorum ille ſe tollēdum, hæc uero ſe tuēdam indicat. Et quia ij affecctus contrarij ſunt neceſſe eſt per contraria fiat eorum alterius in alterum tranſlatio. Vnde rurſum una tantum generalis curationum indicatio erit, nempe contrarietas. Cæterum ut contrarium adhibeamus ſub debita menſura inueſtigare oportet corporum temperamenta. Quæ partim deprehendere licet cuiuis ex lib. de Tempera. ex profeſſo ſcriptis, partim ex ætate & anteacta uita: quæ rurſus in uitæ exercitio & uictus ratione conſiſtit. Præterea in hac regione, hoc anni tpe & hoc aere et cōſuetudine: A qbus oībus facile particulares indicationes petūtur.

CAPVT.XVI.

Ac dictum quidem prius eſt.

DOCET HIC GAL. QVOD QVENADMOdū in rebus oībus nihil aſſuetudlne maius, ita et pernecеſſariā eſſe indicationem curatiuā quæ

colligitur à cõsuetudine. A qua nõ exiguã et leuem sed omniũ maximam, principaleq; occasionẽ sumi posse demonstrat. Innuens obiter eos qui in totũ inutilẽ esse cõsuetudinem dicunt ueluti à cõmuni sensu esse alienos.

De consuetudine longe plura attulimus ad sententiam Hippocatis li. 8. ca. 9. huius Methodi.

Taxat Gal. nõnullos prouerbiali quadã sententia, qui nequaqã uersati in particularũ naturis, et uotis cognoscendis, cui tractationi peculiares libros dicauit: curationũ indicationes aggreduntur ἀλλὰ κατὰ τὴν παροιμίαν ἑνὶ καλόποδι πάντας ὑποδέουσι, hoc est, iuxta prouerbium uno calapodio omnes calceant. Erasmus Rotero: præcipuũ eloquentiæ decus, interpretatur. Eodem calceamento calceant omnes. Et nõ multum ab eo discrepat, quo dicimus, scis simulare cupressum. Quadrat in eos qui quod didicerunt, id ubiq; intempestiuiter inculcant, cũ ad rem nihil attineat. Calopodion aũt alibi Græci calceamentum ligneum uocant Καλίπεσ quoq; est forma pedis, pes ligneus, mustricula et calceamentũ. Iulius item Pollux in uita Maximini idem appellat Campagiũ. Quod in Maximino scribit pede maius fuisse hominis uestigio atq; mensura. Vnde ꝓuerbiũ tractũ, ut de lõgis et ineptis hoĩbus diceretur. Caliga Maximini. Vtitur ꝓuerbio de Calopodio li. 5. de San: Tuen: Gal. dicens. Sicut fieri non potest ut unũ Calopodiũ ad oẽs hoĩes sutor accõmodet: ita nec medi-

cus oĩbus unã uitæ ſpeciem, quæ conducat. Vnde eſt qđ quibuſdã ſaluberrimũ eſt quottidie exercitari, quibuſdã degere in quiete, quibuſdã lauari ſalutare uidetur; alijs minime. Sic de uini et aquæ potione, tũ in tuenda ſanitate, tum in remedijs morborũ, adeo pugnantiſsima inter ſe ſcribunt, ut uel unũ quippiam, quod oĩbus ijs inter ipſos cõueniat rarũ inuentu ſit. Pudeat igitur medicinæ Momos uanitatis ſuæ q ueneno imbutis labijs hoc argumento medicam artẽ eſſe humilem aut nullã incogitanter blaterant, quia certa lege rerũ non naturaliũ pro quouis morbo curando medici cõterant cerebrũ. Claret enim ex hoc toto Therapeutices opere, q̃ non eadem chorda oberret doctus medicus, ſed propter naturarum idioſyncriſian fermè nunq̃ uſu ueniat, ut in ægrum incidat, qui ijſdem medicamentis leuari poſsit, quibus ad unguem reſpondeant remedia, quæ ſalutem pepererint alteri.

Dictum autem fuſius de eiuſcemodi conſuetudinibus eſt in lib. de ſanitate tuenda. Nimirũ lib. 5. potiſsimum. Vbi ſalubre exiſtimat ſenibus, ſi conſueto opere exercitentur, etiam ſi modice noxium ſit. Contra iuuenibus ea mutanda eſſe quæ nocent, etiam ſi à puero his maximè inſueuerint. At ſenex fruſtra laborem inſumeret. Non aliter quàm ſi quis artem diſcere quampiam octogenarius inciperet (quod quàm abſurdum ſit docetur et ꝓuerbio quo dicitur, Senis doctor)

Nō ſunt aūt aſſueta mutanda, ob hāc cauſſam. Quippe qui alicui rei inſueſcūt, magna ex parte naturæ ſuæ cō uenientem conſuetudinē deligūt propterea quod ab ijs quæ non cōueniant ſubinde læſi, ipſa repudiant. Aliqui tamen uel dulcedine uicti, uel præ nimia dementia ſe lædi non ſentientes, ſi malis conſuetudinibus perſiſtunt. Verum hi pauci, plures qui non perſiſtunt. Quo magis rationabile eſt, minus errare medicos eos, qui omnem conſuetudinem ſeruandam cenſent.

CAPVT. XVII.

Quēadomodū & ætas ſiquidē ipſa quoq;.

CAPITE ISTHOC EGREGIO ANNOTAtur indicatio quæ ſumi poteſt ab ætate. Poſtremum etiam præter alia coaceruat quicquid indicationum uſpiam haberi poteſt.

Puerorum ætas facile digeritur. Quia corporū omnium quæ humida calidaq; ſunt, ſubſtātia celerrime in ambientem diſsipatur, nempe aliàs in habitū ſenſibilē, aliàs in perſpirationes, quæ uiſum fugiant, ſed quæ ratione depræhendantur. Eiuſmodi autem naturæ accedit puerorum ſubſtantia: quæ iccirco omnium facillime digeritur ac diſsipatur, propterea quod eſt omniū humidiſsima, nulla tamen alia frigidior.

Digerendi tamē uocabulū Thomas Linacrus uarie uſurpari ſolitum ſcribit in annotatione, quā adſuit lib. de San: tuen: Digerere dicēs, apud ueteres, præter alia

ſignificata, & pro eò quod eſt διαφορεῖν. i. diſcutere ſumitur, & pro eò quod eſt ἀναδίδοσθαι. Sunt et qui pro concoquere (ſicut rude uulgus abutitur, in Epiſt: Ciceronis ad Atticũ poſitum putent) Nos cũ pro διαφορεῖν eo utimur, uerbo hæc per halitum, uel per ſpiritum, adiungimus ei. Cum pro ἀναδίδοσθαι, uerba hæc in corpus, addimus. Diaphoreſis quoq; recte à quibuſdã redditur digeſtio, uel inſenſibilis euaporatio et perſpiratio. Diaphoretica medicamina item. i. diſcuſſoria, quæ humorem aliquẽ diſcutiant, diſsipant et diſpergunt. Diſcutere aũt ueteribus pro eo quod eſt τέμνειν. i. diſſecare ſiue λεπτύνειν ſiue διασκεδάζειν. i. diſijcere & diſpergere collectiones accipitur, ut apud Celſum de remedio aduerſus aſpidẽ, quo ſenſu etiã diſsipare eodem loco legitur. Et pro αἴρειν. i. tollere ſiue ἐκβάλλειν. i. eijcere, ut cũ dicitur, febrem diſcuſsit. Nos eo uerbo in ſecunda ſignificatiõe maximè utimur, priorem ꝑ diſſecare uel incidere interpretamur.

Hæ corporũ naturæ ueluti per dimetientẽ, ut gærci loquuntur. i. longiſsimo interuallo à ſe diſtant. Ἐκ διαμέτρου διαφέρειν de uehemẽter inter ſe pugnantibus dicitur. Sumpta metaphora à linea perpendiculari. Eſt enim Diametros linea recta, figurã, qua longiſsime patet, ex æquo ſecans. Latini lineam hanc dimetientẽ uocant. Nam et Græcum διαμετρεῖν dimetiri ſignificat, ut in Chiliad. docuit Eraſmus. Linacrus maluit latino

q̃ græco uti uocabulo, utcũq; διάμετρος latinis auribus esset familiarißima.

In calida regione et tempore æstiuo prorsus nõ secabimus uenã, aut parum detrahemus. Explicat huius rationẽ Gal. in li. de cur: ra: p sang: mis. dicẽs. Periculũ non leue consequuitur, potißimũ si febris accedat statu æstiuo, stomachoq; male affecto, aut toto adeò corpore natura molli, et temperie humido. Eiusmodi. n. hoĩbus multa accidit per halitũ digestio, repentinũq; animi deliquiũ, etiã si febris haud magna inuadat. Et infra. Absumitur nutrimentũ ob laborantis temperiẽ calidam et humidã, cuiusmodi est puerorũ, et ambientẽ regionis calidæ, et temporis æstiui. Quod ad ætates quidẽ attinet, in pueris: qđ ad corporis habitus, in candidis, et qbus mollis teneraq; est caro, quales Galli sunt: quod ad tempus, sub cane. Similiter etiã in regionibus et cõstitutionibus. Alia uero ratione in cõtrarijs, hoc est in frigidis tum temporibus tum locis largã euacuationẽ fugimus, propter insequentem nimirum refrigerationem.

Continui solutionem appellauimus: morbus est hic similaribus & instrumentalibus partibus communis. Perpetua aũt gloria dignus Gal. medicorũ omniũ coryphæus, qui primus rei optime quadrans nomen excogitauit. Cuius considerationem affatim exposuit in li. de diff: mor: & de Arte Medicinal: ca. 88. & deinceps. Atq; eodem modo 3.4.5.6. huius Methodi.

CAPVT. I.

Ostendam primas omniũ curationũ indicationes, tũ quæ ex harum sectione nascantur, donec ad eas q̃ ultra sectionẽ non admittãt peruenero. Quã methodũ consti tuendæ artis Plato nos docuit. Meminit et superius Phi lebi in quo dialogo id tradidit Plat. Habet. n. diuisio nõ minorẽ utilitatem, q̃ definitio, q̃ sunt potißima organa dialectices. Nam in Phedro nec oratorem agnoscit, nisi idem norit oĩa de quibus dicere oportet diuidere et dif finire, et sub cõpendio multa cõplecti. Cõfundit equidẽ minus omnia, qui crebro diuisionibus utitur, per quas pugnantia & non cohærentia separat, quæ alioquin in extricabilem labyrinthũ exhiberent. Neq;. n. res ulla sine diuisione dilucide et perspicue potest explicari.

IN DECIMVM LIBRVM THERAPEVTICAE
Methodi Galeni Medicorum principis scholia Ioan: Agricolæ Medicinarũ professoris.



IBRI DECIMI SCOPVS VER satur in curatiõe febrium Hectica rum. Pro quibus oppugnandis ido neam instituit uictus conuenientis administrationem. Hunc adiungit totum institutum quo in ordinem liceat redigere aëris beneficiũ. Quibus accedit admi= randa quædam balnearum descriptio, qua monstratur

quibus instructum esse oporteat balineum, id potißimũ é quo subito quasi de cœlo innumera commoda sperare uelimus. Quæ in uniuersum longe fœliciori Methodo, q̃ cui sordidi quidã antiquaculi innituntur, tradit. Qui Galenianos, hoc est, ueros medicos pro fungis, non hominibus habent. Quorũ ego insaniam & infantilem loquacitatẽ meo more lubens, semp̃ prætereo. Nam quid facias his hominibus qui cupiunt auriculas asini nusq̃ nõ circũferre? Agite igitur belli uiri, per me licet, illud miserũ seplasiariorũ Illuminare, Pactoli et Tagi diuitijs præferatis, similesq́; miseras Rhapsodias uel Hip: Gal: et Paulo anteponatis. Aut si mauultis in Alexandro de Villa dei reliquũ uitæ exigite. Non. n. unq̃ fiet, ut ego uobis illum quæstum inuideam, stramina puta, plũbũ, thesauros carbonarios, auriculas: et si qua sunt reliqua, quibus nos humiles flocci non facitis, arrogantiæ uestræ insignia. Noui nanq; propicio sydere natos ingenuos adulescentes, excussa sophistica, solidã medicinam amplexuros. Quibus et nos sudamus, et persuasi sumus hũc nostrum conatum aliquanto plus q̃ illorũ inconditam et confusam miscellam, cõmodi allaturum.

Principio Gal. frugifera collatione febris, caussæ et uirium naturaliũ innuit, unde sumẽda sit curationis indicatio. In consultationẽ enim referri oportet, si febris et caussa pugnent inter se. Nam si qñ contraria sunt, per ea quibus caussam adimere poßis, febrẽ exasperaturus sis

turus sis & contra. Colligit itaq; quod tria prima sint quæ in his febribus agendorũ indicationem nobis præbeant. Vna febris ipsa: altera effectrix caussa: tertia uis ipsa naturalis. Cum uiribus ergo tum febrem, tum caussam simul conferas. Quod si eadem remedia desiderẽt, ea adhibeto, sin indicationes pugnent, unam præferas, quæ sit ualentior, uel eã quæ à uiribus sumitur, uel quæ à caussa, uel quæ à febre. Nec tamen cæteras neglige.

CAPVT. II.

Ergo cum tria hæc sint ad quæ attentum te esse.

REPETIT HOC CAPITE TRANSITVM Diariarũ febrium in putridas per medicorũ imperitiam, tum uel quod caussa febriũ abierit uel etiamnum maneat. Deinde & obstructionum modos, quibus Diaria gignitur recenset, simul cum his exponens, ubi uirium imbecillitas uacuationum auxilia prohibeat, aut admittat. Diatritariorũ institutum ad Garamantas usq; penitus exterminans.

Mensis est triginta dierum secundũ calculationem Græcorũ penes quã supputationem perficiuntur fœtus in utero mense septimo, uel octauo, uel nono, uel 10. Nam si corpus infantis 35. diebus formatur, in duplicato spatio fit motus, hoc est in die 70. In triplo uero tanto longiore tempore, hoc est 210. die perficitur. Et tũc exacti sunt menses septẽ, uni mensi dies 30. tribuendo.

Quando autẽ 40. die formatur corpus. 80. die fit motus. 8. aũt mense perficitur. Ita si. 45. die formatur die 90. mouetur & 9. mẽse parturit grauida. Si uero 50. die formatur, 100 fit motus et 10 mẽse partus. Quod Hip. 6. Epidem. 8. aph. 8. subobscure dixit. Labores p circuitus fiũt, fœtus enim qui in septuaginta mouetur, triplicitate perficitur.

Atramẽtosa aqua. Græce habetur χαλκανθώδεσ Est autem Chalcanthon atramentũ sutorium, quod nostri una cum Chimicis uitriolum uocãt: in Chimica arte tam egregium de se edens specimen, quantũ non aliud quicquam. Plinius lib. 34. cap. 12. sic describit. Græci cognationẽ æris fecerunt nomine & atramento sutorio. Appellant enim Chalcãthum. Nec ullius æque mira naturae est. Sistit sanguinẽ narium et hæmorrhoidũ. Efficax & in emplastris ad purganda uulnera et excrescentias ulcerum. Nuperq; inuentum ursorum in arena & leonum ora aspergere illo tantaq; est uis in astringendo, ut non queãt mordere. Ecce quã belle hoc ultimũ Gal. sententiã confirmet, qui ex Chalcantho aquas confectas stipationem in se parabilem relinquere prodit, in ea cui applicata fuerit particula.

In libro de medicamentis est perceptum. De Simplic: Medic: uide licet libro primo Capite tricesimo secundo, tertio & quarto.

CAPVT .III.

Nec alienum ſit ſi tibi talem ægrotum.

DIATRITON INEPTISSIMAM TOTO hoc capite demolitur Gale.usq;adeo ut nemo quem non deſtituerit uis animi, & hoc caput le gerit,ægros diatrito ſit excarnificaturus. Exemplo ue ro iuuenis febrientis omnia corroborat ſicci calidiq; tẽ peramenti, & planè biliōſi. Cuius etiam mentionem fa cit lib. 12.cap.6.

Naſus acutus,concaui oculi,uide lib.1. Præſagiorũ aph.9.Quem locum inſigniter perſpicuum facit Gale. inferius lib.16.cap.6.

Sed farre ex aqua. Hæc ferè omnia repetit copioſe libro 12. cap.6.huius Methodi, ubi præcipit illis ip= ſis non eſſe adminiſtrandos cibos, qui admodum prom pte diffluant,non aquam mulſam,non ptiſanæ cremo= rem. Sed panem & ſorbitionem ex farre. Et far ex a= qua ſumptũ uino auſtero iniecto profuiſſe cholico ſcri= bit eodem lib.12.cap.7.

Tris cyathos. Noſtræ officinæ uncijs & drachmis metiũtur & ponderãt. Cæterũ ueteres nequaq̃ tã oſci tabundi,nec in hac re cõpendij fuerunt ſtudioſi: in qua conueniebat ſaltem aliquid deſpicere diſcriminis. Ela= borarunt tamen & è tenebricoſiſsimis latebris exciue runt noſtra tempeſtate difficilem & quaſi amiſſam menſurarum & ponderum rationem diſciplinarum

lucidißima lumina Andreas Alciatus, & Gulielmus Budæus, adiuuatq; negotium nonnihil Philippus Melanchthon. Quorum labores qui diligẽter introspexerit inueniet, sextarium duas heminas continere (hemina, cotyla & acetabulum eiusdem mensuræ genus faciunt) & respondet sextarius ferme dimidiæ mensuræ uinimetræ germanicæ: cõtinet autem Cyathos 12. in quos cum Romani tanquàm assem in uncias distribuerũt. Sextans uero duos Cyathos.i.duas uncias pendebat. Chœnix duos sextarios. Congius sextarios sex. Chus quatuor sextarios. Metreta uel cadus quod idem est decem congios habet. Modius ambit 16. sextarios. Amphora Græce κεράμιον tres modios continet. Medimnus sex modios complectitur.

CAPVT. IIII.

Porro hoc quæq; plerisq; fit incredibile.

GEMMIS QVIBVSVIS HOC CAPVT EST anteferendum. Quippe quo pro febrili rigore adsequendo nemo scripsit elaboratius quicquã. Eum uero qui tam undequaq; perfectis addere uelit doctiora, omnino impudẽtem dicas. Memineris tamẽ semper in offerẽdis cibis & lauacris in accesionibus, horroribus & declinationibus. Quod noster paradoxologus & paradoxopœus Galenus, hic de constitutione corporis calida et exiccata ex sole, inedia aut laboribus, disputet, ne quid erres, more quorundam, qui ad-

modū sunt præcipitis iudicij. Qui sine mēte quælibet de quauis febri, ægri corporis natura pronunciant & temere admittunt. Nam ubi ob copiam, uel obstructionem, uel Phlegmonen uel humoris alicuius putredinē febris est orta, maximo tum malo est cibus. Quos neq; in accesione neq; circa inclinationem febris citra noxam nutrias. Is enim Gal. tenuißimum uictum concedit. Exiccatis uero ex inedia & laboribus humidū nutrimentum maximo est remedio.

Locus uero allatus per Gal. extat de Sympt. caus: li.5.ca.5. unde mutuati sumus sequentia: Hæc omnia à mordacibus oriuntur excrementis (sic enim loquitur Gal. de laßitudine ulcerosa, de horrore & rigore. Differunt tamen inter se tum excrementorū multitudine tum motu, tū etiā quod alia magis, alia minus erodūt. Præterea quod laborantiū corporū, alia suapte natura nō ita facile afficiūtur, alia sunt imbecilla, alia facile sentiunt, alia hebetiori sunt sensu. Idem quoq; homo dū quiescit, solā interdū inæqualitatē sentit, cū mouetur, horrorem: dū uero exercitatur rigorē. Quamobrē sic affectis consulūt medici, ut ab omni motu sese abstineāt. Sic etiam ex ijs, qui cruditatibus abundabāt nouimus quosdam, dum quiescceret nihil perpeti, dum uero uel balneis uel soli se exponerent horrere, idq; multo magis si exercitarentur. Nā & sol & balneū et exercitatio ad motū excitāt excremēta alioq quiescentia, quēadmodū

& ex animi affectibus ira. Porrò à seipsis ad motũ insurgant excrementa, si uel calefiant, uel extenuentur, uel in spiritum degenerent. Neq; mirũ uideri debet ea minus corpus infestare, dum quiescũt, dum uero mouentur plurimũ lædere, et concutiendo horrorem, rigorẽ, & febrim inducere. Etenim dura corpuscula quæ oculis extrinsecus incidunt, si clausis genis particula quieuerit, aut parum omnino aut nihil molestiæ inferunt. Si uero moueatur, intollerabili dolore cruciant. Hic equidẽ non de succis, qui per uenas aut arterias fluunt, sermo est, sed de his qui et in carne & in uniuerso corporis habitu continentur. Quum igitur quippiam per hæc transiens uiolenter fertur ad cutẽ, in ipso per carnem cutemq; transitu, necesse est, ut & stimulet, et pungat, & diuidat et uulneret eas partes omnes quibus obuium fuerit. Facultas aũt expultrix non ita expellit ea quæ in amplis instrumentorũ spacijs continentur, puta in uentriculo, intestinis, uesicis & pulmone, ut interim ea quæ in ipsis corporibus nascuntur excremẽta, negligat. Sed ab his quoq; excernit id quod redundat, citra molestiam per transpirationẽ insensibilem, si à naturali lege animal non aberret. Si uero erodens quippiam in ipsis constiterit, quod moueatur, tunc tristantur & festinant ad expellendum, contrahunt itaq; ac constringunt sese partes, mox quælibet impellit eam, quam continet excrementi portionem. Quod si uniuersas par-

tes simul moueri intelligas, totum corpus concußione, quassatiõeq; uexabitur qualis apparere solet in iis qui rigoribus correpti sunt. Concußis itaq; musculis omnibus, necesse est, opinor, cum ipsis & articulos una concuti, atq; ob huiusmodi concußionem, laborantes inuiti distenduntur & incuruantur. Nam & quælibet pars mouetur musculo se ipsum attollente. Per illarum autem motum, totus musculus quassatus, concussusq;, articulis quibus innectitur, una secum concutit. Pluribus auidum anagnosten tum inibi, tum infra capite 10. post descriptas partes balnei Galenus excipiet.

CAPVT. V.

Misso igitur hoc genere hominum.

PERSTAT GALEN. IN DOGMATE COEpto de febribus ex calida & sicca caussa, in adsimili etiam natura & temperamento. Quibus aduersißimam docet esse inediam.

Nec Hippocrates identidem repetere grauatur. Habes hic rationem suauißime lector, cur Hippocrates medicorum omnium alpha & deus toties alicubi repetat & inculcet quædam, utcunq; Laconicam breuiloquentiam alioqui amplexus. Cuius generis est & hæc aphoristica gnome. In perturbationibus uentris, & uomitibus spontinis &c. quæ quantæ molis æstimari debeat prouectæ ætatis medicus plus minus septem mensibus perpetuis publice docuit.

CAPVT.VI.

Denuo igitur redeamus ad febres.

PERGIT MEDICORVM PRINCEPS GAL. in præscribendo uictu calidi & ualde sicci intemperamenti febri obnoxij. Quod si quis diatrito aliquem excarnificandum apud se constituet, statim adducet in Hecticā. Pro quo magis conuenit ptisanæ cremorem, et ex farre sorbitionem adhibere identidem & panem & aquæ frigidæ potū. Phlegmone tamen, aut putri humore non facessente negotiū. Tū enim: ut elegantißime omnia prosequitur hic Gale. à frigidæ potu est abstinendū. Omnia tamen ad uerbum fermè repetuntur lib. 11. cap. 15. huius Methodi.

Cuiusmodi sit Plegmones affectus. Aliter simplex caro aliter uniuersus musculus impari temperamēto est affectus. Quippe calida fluxio, ubi in musculū procubuit: primū maiores arteriæ uenæq; opplentur ac distēduntur: ab ijs minores, atq; ita res procedit donec ad minimas sit peruentum. In his ubi ualenter impacta fluxio est nec adhuc sistitur, partim eius per ipsarū ora partim per tunicas, ueluti colatū foras trāsmittitur, tū uero spacia ipsa uacua, quæ inter prima sunt corpora fluxione inplentur. Sic omnia ab humore, oīq; ex parte incalescunt ac perfunduntur. Ea sunt nerui, ligamēta, mēbranæ, caro ipsa. Ante quæ hæc arteriæ et uenæ, q̄ scilicet & primæ, & præter cætera uario dolore affi

ciūtur & infra. Fiunt hæ inæquales intemperies, maximè quidē inflammato eo qui in phlegmōe est sanguine, deinde eo qui in uisceribus habetur et corde, atq; huius maximè eo qui ī sinistro eius sinu est, in quē si uiuo etiā animante, nec adhuc febri tentato dimittere dignum uelis, uehementissimū deprehendes calorē, his finitima prodit Gal. hoc capite sub cōpendio, & infra lib. 14 cap. 1. tribuit Phlegmōe inflammationē, tensionem, renitentiā partis, incremētū partis phlegmone obsessæ dolorem, pulsationis sensum & ruborem

CAPVT.VII.

Cum igitur, ceu diximus, citra putredinem.

BREVISSIMO HOC CAPITE GALE. PER summa tantum capita colligit, quomodo medendum sit Hecticæ febri. Quamuis autē hoc longioris temporis opus esse constet, per sex tamen materiæ differentias administratur. Quarum tres foris admouentur. Nempe aër ipse qui nos ambit, pharmaca quæcumq; humectandi & refrigerandi uim obtinent, & tertium dulcis aquæ solium. Intro uero sumuntur quæ edūtur & bibuntur: & inspiratus aër. Porrò hæc omnia ordine tradentur per capita quæ reliqua sunt in hoc libro decimo.

CAPVT.VIII.

Igitur sex dictas materiæ differentias:

PRINCIPE LOCO GAL. AEREM PRAEscribit Hecticis, nempe frigidũ in uniuersum, quatenus per anhelitũ inspiratur, eò quod calorẽ qui est in corde refrigeret, quoniã primũ quod afficitur est cor. Vitandum aũt docet ne extrinsecus circũ ambiat ægrum. Quia cũ denset cutem, putrescentium humorũ effluxus transpirare prohibetur. In calce uero capitis, quædam signa proponit, quibus Hectica uel meridiano sole clarius poßit depræhendi.

In libris de simpliciũ medicamentorũ facultatibus de ijs quæ adstringunt est dictum. Locus extat li. 4. ca. 6. Vbi Gal. Ego, inquit, ut aliquid de mea offerã pronunciemq; experientia, fortaßis necessariũ fuerit. Corpus omne adstringẽs, ab alijs qđ sensu animaduerti posset, qualitatibus syncerũ, perpetuo cõperi experiendo frigidum. Et nõnulla ex ijs quæ qualitatibus mista erant, nempe q̃ modice dulcia, aut amara, aut acria, apte quoq; refrigeranda reperi. Et li. 1. ca. 32. Malũ granatũ, et malũ, et mespilum, et pirorũ quædã genera, et myrta, et sorba, uinũq; tum Amyneũ tum Marsum euidenter nos adstringũt. Et rursum li. 3. ca. 15. Adstringens aliud summũ est, ut exempli caussa alumen et melanteria, siue atramẽtũ sutoriũ et galla et rhus. Aliud adstrictionis cuiusdã est particeps, uelut pirum, uinũ, malũ, rosa, nam minimũ est in rosa quod astringit, multis numeris eo quod non est eiusmodi superante.

CAPVT. VIII.

Pingui membranæ quod Mesareon dicitur. Hoc appellatur alio noie mesenterion: est. n. locatũ inter ipsa intestina q̃ dorso alligat: cõpositũ ex pelliculis geminatis pinguedine et glandulis. Omnes quoq; q̃ ad ipsum ex epate feruntur, uenas una cum adiacentibus arterijs circũ quaq; ambit et cõplectitur. Inde Gal. li. 5. de loc. affe. Iecur, inquit, Mesarei uenis ueluti manibus, q̃ ex uentriculo ei cibũ afferant, utitur. Noiatur Mesenterion à Gal. Mesareon etiã inferius li. 11. ca. 20. ubi monstrat relaxantia cataplasmata supuacuũ omne, ad imbecillius, quodcũq; illud circa mediũ corpus sit cõtrahere, siue iecur id sit, siue uentriculus, siue septũ transuersum, siue mesenteriũ, siue ieiunũ, siue colon, siue renes. Neq; uero ꝑpetuo Mesareon hoc appellat Gal. sicut li. 12. c. 3. hꝰ Meth: ubi ait. Accidit nãq; post aquã mulsã, ut q̃ in primis uenis, q̃ scilicet circa iecur et mesenteriũ sunt colligi supuacua solent, hac cõmode deijciantur.

Scoptulæ uel secundũ alios scoptula Græcis Homoplatæ dictæ sunt, pone dorsum utrinq; duo scapularum ossa. Cor: Celsus li. 8. c. 1. sic meminit. A ceruice duo lata ossa utrinq; ad scapulas tendũt, nostri scoptula opta, ὠμοπλάτας Græci nominãt. Ea in sũmis uerticibus sinuata, ab his triangula, paulatiq; latescentia ad spinã tendũt, et quo latiora quaq; parte sunt, hoc hebetiora. Atq; ipsa quoq; in imo chartilaginosa posteriore parte uelut innatant: quoniã nisi in summo nulli ossi inhærescunt: ibi uero ualidis musculis neruisq; cõstricta sunt.

CAPVT. IX.

Sequitur iã ut de iis medicamẽtis agam.

EXTRINSECVS HECTICA FEBRI LABORANTI applicanda sunt Galeni sententia, quæ humectant, et quæ citra uehementẽ adstrictionẽ refrigerant, sintq; corporis substantia tenui. Cuiusmodi medicamen simplex cũ inueniri non queat, necessario nolimus uelimus cõpositionẽ pluriũ efficere cogimur. Quod sane consiliũ doctorculorũ quorundam insipidã sententiam percellit, qui simplicibus medicamentis qui husuis morbis censent medendũ esse. Siquidẽ Gal.lib.1. ca.3.de Compos: κατὰ γένη teste, pharmacorũ compositionis usus est maximus in morbis, qui diuersas simul facultates desiderant, expellendi uidelicet et digerendi uel detergendi ac leuigandi, uel incrassandi simul et attenuandi humores, ueluti multiplicis usus medicamẽta πολυχρηστὰ uocant, & optima, diuersas in se potestates continentia.

Ceræ naturã exponit Gal.li.7.ca.22.Medi.Simp. Quã neq; nos obmisimus indiscussã in scholijs li. 8.c.5

Oleum crudũ citra salem sit cõfectum. Tale.n.oleũ ubiq; cõmendat lib.2. de Simpli.Medi.cap.uero 27.in hunc modũ disserit. Ostensum est, inquiens, oleum ubi salis expers purũq; ad unguem fuerit, ex media esse materia. Et li.2.de Compos: κατὰ γένη. Olei nomen unũ est, qualitas et facultas diuersa. Nam omphacinũ frigi-

dius, ex maturis oleis pressum calidius est, temporis autem processu califaciendi uim auget. Sic etiã quod salẽ habet, quantũ ex illo sumpserit, tanto calidius est magisq; siccat, q̃ qđ ipsius expers est. Quod surculos oleæ θάλλους Græci nominãt, cõtinet, ualentius astringit. Vbi itaq; medicamento liquescenti caloris quippiam adijcere cordi est, commune miscebis oleum. In quibus refrigerare studes, id quod omotribes appellatur: ubi astringere, myrteum: ubi mixtæ facultatis aliquod concoquens, puta, & repellens, rosaccum. In quibus modicam astringendi uim cum maiori caliditate desideras, Cyprinum & Lentiscinum.

Rosaceũ iam citato loco describit Gal. dicens, quod sit conficiendum ex oleo, nec quid medicamentosum in se contineat, uti apparare solent unguentarij, quo uide licet tum magis duret, tũ odoratius euadat, oleũ priusq̃ rosas inijciant odoramẽtis præcondientes. Veteres aũt oleum rosaccum nominare adsolent, quod absq; odoramentis præparatũ est, (id quod etiam Gal. testatur hoc ca. 9. huius li. 10. ad finem) cui aũt & horum aliquid inditum fuerit, non id etiã oleum sed unguentũ cognominant. Et li. 2. ca. 2. de Compo: κατὰ γένη. Rosaceũ, inquit, præstantissimũ esse nouisti, quod solis rosis pluribus oleo citra salem præparato plenius imbutis confectum est. Et inde. Mitigatur emplastrũ uiride ex oleo et cerato, uel oleoso quodã, cuiusmodi est rosaceũ, myr=

tcum. Cyprinū simpliciter præparata, sine spissamētis ςύματα Græci uocant, quæ addūt odoris gratia, uel ut cōfecta diutius ab iniurijs immunia permaneant.

Oxalis. Rumicem Græci lapathiū uocant. Cuius plura sunt genera apud Dios. li. 2. ca. 106. Primū oxylapathō qd' acutū lapathiū uocāt officinæ. 2. hortense 3. agreste & rotundum lapathiū. 4. Oxalidem uocant & Seplasiæ Acetosam. 5. hippolapathon. Rumex qui nascitur in aquosis, Manardus tamē putat Oxylapathon esse nostram acetosam lib. 7. Epistol. 3.

Peniculo duplicato. Linacrus appositißime hoc, sicut oīa præterea alia conuertit. Immortali indubitato gloria dignißimi sunt Linacrus, copus, Guīterius, Martin: Gaudanus, Albanus Torinus, Romanellus, horūq; similes, qui bona fide et ꝓprijßime Gal. et Hippo. atq; alios Graios medicos latinos fecerūt. Linacri cū i interpretādo contēplor geniū, nō raro à meipso exigo demirorq́;, q fieri licuerit illi, ut tāta gratia reddiderit omnia. Aliquoties enim nō modo alios interpretes uerumetiā seipsum, aut si dicere phas est uel Gale. ipsum uicit. Neq́; uero uno in loco tātū uidetur res ipsas præclarius et sublimius latine extulisse q̄ ille Græcanice, ut igitur redeamus ἀπὸ τῆς παρεκβάσεως Gal. aliquāto tenuius dixit hoc loci ἀναλαμβανέσθω διπτύχῳ ῥάκει τριβακῷ, quasi dicas. Excipiatur duplicato panno detrito. Linacrus castißimā latialem linguā edoctus

uertit. Excipiatur duplicato peniculo detrito, pro quo noris peniculum siue penicillum in masculino uel neutro post alia significata, pannos & lintea portendere, quibus uulnera stipantur, uel ideo adhibentur ne claudantur, uel ut magis aperiant: ut sunt penicilli et linteolis concerptis, et medulla sambuci, et ex spongia. In quẽ sensum, Plin. ait: tum peniculo uuluus apertum. Omne item aliud quod ad aliquid mundandum illinendum ué utimur penicillum uel peniculum uocant. Vnde et in Eunucho legitur. Quid ignaue peniculo pugnare, qui isthuc huc portes cogitas? Et Pli. Hysopumq; cum myrrha calidum penicillo illitum. Vide nostra Scholia supra cap. 4. lib. 7.

Semper uiuũ acizoon Græce dictum est ex tertio ordine refrigerãtiũ, desiccat aũt leuiter: qua mediocriter adstringit ad erysipelata et herpetes, et phlegmonas à fluxiõe natas accõmodatur. Aizoon aũt minus respondet herbæ quam officinæ appellant crassulam.

Lens à lacunis siue palustris. Dios. lib. 4. cap. 34. teste refrigerat, congruit phlegmonis, Erysipelatis, podagris instar emplastri apposita p se & cũ polẽta. Adglutinat enterocœlas in pueris. Vide Pli. lib. 22. ca. 25. Gal. li. 8. Sim. Medi. et li. 1. de Cõp. κατὰ γένη. ca. 4.

Tribuli unum genus in hortis, nascitur ut refert Plin. lib. 22. cap. 10. Alterum in flumminibus tantum. E qbus succus colligitur ad oculorũ medicinas. Est enĩ

refrigerãtis naturæ, et ideo utilis cõtra inflãmationes, collectionesq́;. Eadẽ Gal. depromit li. 8. Simpl. Medi.

Polygonon libro 5. capite 12. absoluimus.

Intyba duo sunt, Domesticũ quã Endiuiã, Syluestre qđ Cichoriũ uocãt. Manar: li. 7. ca. 3. Dios: li. 1. c. 118

Πατητούς. Gal. sic habet. Καὶ μὲν δὴ καὶ τὸ διὰ τῶν φοινίκων ἐπίθημα τῶν λιπαρῶν ὀνομάζουσιν δ᾽ αὐτοὺς πατητούς, ἀγαθὸν φάρμακον, hoc est, Iam uero Epithema, quod ex pinguibus fit palmulis, quas πατητούς uocãt Græci, salutare medicamen est, πατητούς nemo, qđ sciã, describit. Gal. aũt. 2. Alim: sic agit de fructu palmæ. Nõ exigua est in palmulis, dicens, differentia. Aliæ .n. siccæ sunt et adstringentes ut Aegyptiæ, aliæ molles, humidæ & dulces ut Caryotæ dictæ. Cuius generis laudatissimæ nascũtur in Ierichunte Syriæ Palestinæ oppido. πατέω aũt uado calco & pessundo significat. Vnde πατητὸς uidetur appellata: quod carnẽ huius palmulæ oporteat coquere, aliàs in aceto atq́; aliàs in aqua, & ea ubi satis tenera reddita est, tunsa uti.

CAPVT. X.

Verum ego cũ iam sentiam mensurã.

HOC CAPITE GAL. PRAELONGO PLEnis eloquentiæ uelis, & uera Methodo, probat q̃ egregie cõferant Hecticis balinea. Nam ante hunc locũ obiter tantũ de Darijs et cruditate laborantibus

tibus ob temperiem ſiccam lauacrorum meminit. Hic omnia copioſe, quicquid pro his enarrandum exigebatur, depromit. De balneis uero, quæ competant Maraſmo laborantibus capite ſequenti diſputabit.

Philippum citat Pli. li. 19. ca. 31. in matutino exortu capellæ, nec plura addit. Gal. hic ſemel atq; iterum perſtringit hominẽ, eò quod nimium formidauerit balneum in Maraſmo de Hectica, in qua Galen. modo alia nulla febris, nec ex putreſcenti humore, nec phlegmone ſit adiuncta audacter cenſet lauandũ eſſe. Meminit huius etiam li. 7. ca. 6. huius Methodi. Vnde liquet hominem multa ſcriptitaſſe de Hecticis & Maraſmo.

Balnea ueterum partibus cõſtiterũt. Ante primam erat Apodyteriũ in quo ſeſe exuebant lauaturi. Quod etiã tepidarium dicebatur, q̃uis Gal. hic prætereat, in quo Celſus li. 1. ca. 4. eũ qui infirmũ caput habet, iubet ſub ueſtibus inſudare, atq; ibidem inungi. Huic ſuccedebat Laconicũ, aliàs hypocauſtũ. Pyriateriũ et Sudatorium appellatũ, locus cõcameratus, eò quo Vitruuius docet modo li. 5. ca. 10. in quo calidi uapores ſudorem excitabãt. Tertio loco calidũ ſoliũ erat, in quo ad aquã calidã deſcendebãt. Vnde nõ raro ſoliũ poſt alia ſignificata ꝓ labro et ingẽti ſcapha ab authoribus uſurpatur. Neq; uero cuiuis integrã erat circumire p oẽs illas partes, uerũ aliæ frequẽtabantur, aliæ negligebãtur, ſecũdum qđ corpus erat affectum. Quo alludit Gal. li. 3. de

San. Tuen. ubi de iuuene qui sese exercitauit. Ergo, inquit, transire tantũ ad soliũ usq;, nõ in Laconico is immorari debebit, sicutiqui citra exercitationẽ se ipsos elixãt. Quarto frigidũ solium instructũ erat, in quo corpus refrigeraretur, cutis densaretur, & uires firmarentur. Non absre à prudentissimis hoĩbus sic ordinatis oĩbus, quo uel exercitio uel balnei Laconico et Solio calido corpus concalefactum oĩa pro naturali habitu recipiat: & calor nõ modo is qui ex lauacro accesśit, uerumetiam qui prius exfrigidæ usu submoueatur. Præcedit aũt calor refrigerationẽ, ut sic impetui frigidæ occurratur, & quo minus uiolenter in profundũ ruẽs uiscerum aliquod feriat, ut sola frigidæ qualitas citra substantiã ad profundũ propagata permeet. Ioannes Maria Catanæus prodit Antoniũ Musam & fratrẽ huius Euphorbũ instituisse primos frigida adstringenda esse corpora, cum prius cõsuescerent tantum calida lauari. Et Plinius nepos in illa admirabili & artificiosisśima epistola de Larento suo, in balneo suo spaciosam cellam frigidariã se habere meminit. lib. quoq; 5. in Epistol. ad Apollinarẽ, de altera uilla Thusculana. Cohæret, inqt, hypocaustũ & si dies nubilus, immisso uapore, solis uicem supplet. Inde Apodyteriũ balinei laxum et hilare excipit cella frigidaria, in qua baptisterium amplũ atq; opacum. Si natare latius, aut tepidius uelis in area piscina est, in proximo puteus ex quo posśis rursus ad-

ſtringi ſi pœniteat teporis, frigidariæ cellæ cōnectitur media, cui ſol benigniſsime præſto eſt: caldariæ magis. Cauendum tamen à frigido ſolio eſt ijs, qui interni uiſceris Phlegmone aliqua febricitant. Quando & crudi & putreſcentes ſucci, minus apti ad exhalandū redduntur ſi quis in eo moretur. Cum ſic affectorum tum corpus totū, tum uel maxime afflicta particula diſflari euaporariq́; poſtulat, quemadmodū lib. 11. ca. 20. docebitur de balneo copioſius. Vltima balnei pars talis erat ut ſi omnia rite eſſent adhibita, poſt frigidæ uſum adhuc ſudaret, ut omnia ipſis excremēta, citra refrigerationis noxam, uacuarentur, ibiq́; poſtea ſudorem detergebant.

In lib. de cauſsis ſymptomaton, libro uidelicet. 5. cap. 5. Quem locum elegantiſsimum paulo ſuperius integrè adduximus lib. hoc 10. cap. 4.

Neceſſum, arbitror, ijs eſt aduerſos periculis ire. Galenus dixit, ἀναγκαῖον οἶμαι τούτοισ ὅδὲ ὁμόσε τοῖσ δεινοῖσ ἰέναι. Significat equidem ὁμόσε ἰέναι, aggredi odioſe, & graſſari. Linacrus tamen admodum ciuiliter tranſtulit. Quidam alij non uerentur ob hanc audaciam humanitatem deſiderare in Medicorum filijs.

Siccitas partium ſolidarum ſi poſſet ſanari, utique fieri poſſet, ut nō ſeneſceret, qui ea uictus ratione uteretur. Li. 6. de Tuen. San. hoc ita extulit ſi fieri poſſet

ut temperamentum corporis humidum perpetuo ſerua retur uerus ſophiſtæ ſermo eſſet qui ſibi auſcultantem promiſit mortalem fore (de quo lib. 1. de Sani. Tuen. hæc prodit. Noſtri temporis Philoſophus quidã, in æ=gregio, ſcilicet, opere illo in quo immortalitatis uiã do cet, immortale fieri corpus oſtẽdere eſt aggreſſus) Sed quoniã naturæ progreſſum, qui eſt ad ſiccitatẽ, effuge re corpori nõ licet iccirco ſeneſcere nobis corrumpiq́; neceſſe eſt. Erit tamen id maxime diuturnũ, quicquid erit minime ſiccatũ, & li. 1. in ſemo, oĩbus partibus ſu=pra iuſtũ ſicceſcentibus, corpus macilẽtius, gracilius et rugoſius efficitur. Artus quoq; inualidi et admotus ſu os incerti & inconſtãtes iudicãtur. Affectio hæc in ho minibus ſenum : in ſtirpibus ἄυανσισ dicitur. Eſt enim et illa ſtirpis ſemum ſiccitatis exceſſu proueniens. Vna igitur, hoc eſt, omni genito corpori corruptelæ, interi tusq́; connata neceßitas. Altera eſt totius ſubſtantiæ flu or, quem inſitus calor excitat. Hæc incõmoda nullum genitum corpus effugere poteſt. Hæc item nimis quam eleganter infra li. 12. ca. 5. & 8. admonebit Gal.

Maraſmi curationem habes lib. 7. cap. 4. huius Me thodi. Et rurſum lib. 5. cap. 6. de Sani. Tuen. in ea par te quæ ſenibus alendis eſt delegata.

CAPVT. XI.

Sequi prædicta uidetur, ut de nutri menti facultate præcipiã.

CAPVT.XI.

PRAESCRIBITVR HOC CAPITE VICTVS & nutrimentum Hecticorum, quàm queat hic adsignari omnium conuenientißimus.

Eiusmodi inuenies pulsus, cuiusmodi in oris uentris afflictione accidere nosti, subaudi, satis debiles, exiguos & paruos. Equidem non syncopen dumptaxat, ueluti cor (hinc enim ueteres os uentriculi cor nominabant) sed etiam conuulsiones, sopores, morbum comitialem melancholiam, inferre solet. Quin etiã accidentia qualia per suffusiones infestant. li. 5. de loc. affec: ca. 2. De pulsu item horum morborũ Gal. in li. de pulsib. ad medicinæ candidatos ad finem differit diligenter.

Modi lactis in septimo huius operis sunt traditi ca. uidelicet sexto.

Quæ in uisceribus, iocinore, renibus, liene & pulmone partes uisuntur, non carnes, sed Parenchymata quasi affusiones dixeris, Græci uocant. Hæc in lib. 2. de Temperamentis, in hunc sensum interpretatur. Veteres humidißimã esse dixerunt adipẽ. Secundo post eã loco carnosum genus. Eius plures sunt species. Prima quidem quæ proprie caro appellatur: quã scilicet nusq̃ in corpore ꝑ se inuenies, sed est perpetua musculi pars. Ab hoc cuiusq; uiscerum propria substantia est. Eam Erasistratus parenchyma uocat. Cuiusq; autem uisceris actio huic carni accepto referri debet, et li. 14. ca. 1 huius operis. Est uisceribus sua quædã caro: quã aliqui


parenchyma uocant. In quã uidelicet sanguis ex refertis uasis halitus specie exudans, iã dicta symptomata efficit. Et rursum li. 11. c. 1. Simp. Med. Viscerũ plurima moles ex carnis ipsis inhærẽtibus cõstat. Verũ nõnulli medicorũ carnẽ uiscerũ Parenchyma uocandã censent, ꝑpterea quod ex uenis effusus sanguis circũ uasa oĩa, concrescat, ut ipsi arbitrantur. Sed eam quæ uisitur in musculis solam carnis, appellatione dignantur.

Nec ullum cõmune est nacta, intellige nomen. Nam Græce habetur. κοινὸν οὐδὲν ὄνομα κεκτημένη.

Quippe feris subus, aut nihil oĩno. Gal. dixit. εἰγοῦν ἄγριοι σύες, ἢ οὐδὲ ὅλως ἢ ὀλίγιστον ἔχουσιν τὸ ἀπορρέον, οἱ δὲ ἥμεροι πάμπολυ. hoc est, Agrestes sues aut nihil omnino, aut minimum habent defluens, cicures autem plurimum.

Quãtoq; magis uel lapide uel carne animal abũdat, tanto cernitur in craticula copiosius qđ defluit. Veneta editio hic rursum deprauata est, sicut & in plærisq; alijs locis, quo mihi fit dißimile uero Linacrũ ipsum locos aliquot immutasse, quos in prioribus editionibus aliter legimus priusq̃ fato concederet interpres. Plæriq;.n. tales sunt ut ꝑ bene cõuersis primũ per Linacrũ, sciolus quispiã male ingeniosus in alienis laboribus, male emendata substituerit. Politianus igitur aut politiani genium spirans aliquis Italis Chalcographicas mendas, aut certe numerosiores imputet, q̃ Germanis.

SCHOLIA IOANNIS AGRICOLAE MEDICI in Vndecimum Librum Therapeuticæ Methodi Galeni.



ALENVS VNIVERSAE MEdicinæ instaurator hoc libro medicari docet eas febres, quas putrescens accendit humor. Summo autē artificio prioribus capitibus cōmonstrat, quo modo illarum intentiones curatiuæ sint inuestigandæ. Posthæc curationem ipsam aggreditur, quā per singolurū capitum argumenta et hypotheses lustrare poteris candide lector. Inuenies.n. Thesaurum non carbonariū: uerum ut aliàs semper sui similem Galenū, proferentē nihil, quod non sit magnopere frugiferum, admirandum atq; exosculandum. Addo etiam quod ad uitam humanam rite fouendam impendio necessarium.

Capite primo Gal. adamußim inquirit indicationes curatorias morborū, qui ex putrescenti humore excitantur. Hi aūt diuiduntur in affectum (id est morbum) qui curandus est: et in ægrotantis partis temperiē. Ab his itaq; duobus petendæ sunt Indicationes curatoriæ.

Haud multo aliter dixeris si statuas omniū morborum cōmunem curationis indicationē esse cōtrarietatē ipsam. Qua rursum diuisa, morbus ex ijs quæ sibi contraria sunt remedia indicabit. Aegri uero tempies una

cũ ipso morbo contrarietatis mensuram definiet. Post hæc docet remediũ tũ primi tũ ultimi rationẽ habere.

Remediorũ indicatiões dictæ sunt. Li.9. cap.14.

Fortuna et ars & artifex materiarum intermentu agunt. Natura uero per se ipsam. Ea ex tribus his partibus constat, ex spiritus substantia, ex substantia solidarum, & carne. Solidas alibi ex semine genitali conditas esse monstrauimus. Ad institutum hoc nostrum attinet quod lib. 1. de San: Tuen: scribit, dicens. Semẽ sanguine succus est: cæterum ipsum quoq; humidum fluxibileq; est. Atq; ita nobis utrinq; ex humida substantia geniture origo proficiscitur, hanc tamẽ humidam seruari non erat, si modo ex ea nerui arteriæ, uenæ, ossa, chartulagines, membranulæ, & alia id genus fieri deberent. Neq; leuiter transibis hic, quod Gal. ultra priores indicationes, addendũ censet uirtutem in his tribus substantijs comprehensam. Et hoc rursum bifariã. Vel scilicet per originalẽ naturã, uel per acquisititiũ affectũ. Illa autẽ ascita temperies indicationẽ suã cõcedit efficiẽtibus caußis ad quas reducitur. Adhæc exhibent etiã remediorũ indicatiões, ætas, ars & consuetudo.

CAPVT.II.

Consentireq; inter se omnes iam dictas indicationes.

HOC CAPITE GAL. ERVDIENDI OPTIMVS magister exemplis declarat, quo pacto in usum accõmo

dari debeant indicationes speciales, ex magis generalium sectione inuentæ, & ab effectu sumptæ. Id qđ in paradigmate febris ostendit. Potes enim dicere absoluto sermone, febrē per contraria sanandā esse: siue per ea quæ sunt cōtrario temperamēto, aut per frigida, uel diuidendo dices febres sanandas esse per ea quæ effectu frigida sunt, aut per ea quæ potestate, aut p ea q̄ ex accidenti refrigerant, aut etiā ista omnia coniungendo.

Prophylacticæ.i. ꝓuisionis officiū est, caussam quæ morbū creat adimere. Qua in diaria, quoniā in spiritibus accēditur, & in Hectica, quæ in solidis excitatur ad curationē uerā opus non est. Sed in putrescentibus curatio prophylacticē sibi quoq; adūxit. Est tn̄ duplex prophylactice, sub quarū pure syncereq; ꝓphylacticæ sensibiliter ex ipsa caussa morbus gignitur. In altera prophylacticæ est futurus. Li. itē 4. ca. 3. huius Metho. ad hāc sententiā differit. Indicationē curatiōis sumi ab externa caussa oī modo est absurdū. Nō enī ab hac, sed ab ea quæ præsens est indicatio sumēda est. Illa enim ad prouidendū pertinet, et uocatur ꝓphylacticæ expēdit negotiū exemplo ulcerū siue simpliciū, siue cauorum, quorū sanatio, si qs diligēter æstimet, ex fugiēdis ꝓspiciendisq; ijs quæ naturæ officiēt, perficitur, & in summa īquibus qđ efficitur, naturæ ipsius opus est, ueluti ulceris glutinatio & impletio, in his ad eā quæ prouidet artis partē, oīs pertinet cura. Cæterū sanatio uulgo

dicitur. Ideoq; etiã huius quæ prouidet partis in altero genere constitutũ est, quod morbosum affectũ iam præsentẽ summouet, in altero, qđ eũ qui nõ dũ urget, ꝓhibet. Plura disces ex eodẽ loco. Et rursũ li. 13. pagella 1.

CAPVT .III.

Porrho quemadmodũ ab affectu ad materias præsidiorũ peruenimus.

PER NECESSARIA TRACTATIONE ADmirabilis Gal. hic inculcat Indicationes, quæ à uiribus febrientis putrida febri sumi poßint. Primũ aũt generalem quendã ipsius scopum statuit. Quod scilicet uirtus sui custodiã, quemadmodũ morbus ablationem sui præscribat. Quibus succedunt indicationes particulares, custodiã puta indicare similium exhibitionẽ, sublationem uero administrationem contrariorum.

Quæ temperies uitio nõ caret hæc in sanis quidem uel seruãda est, uel alterãda, in ægris uero seruãda est. De hac parte copiosius decernit Gal. sup 5. aph. lib. 1. dicens. In sanis corporibus semp oportet robur seruare naturæ, uel augere alimentis, nõ demoliri: Et est quidẽ augere potẽs alimentũ quod plenũ uocatur: cõseruans uero, quod modicũ existit: quod uero cõminuit tenue. Quod quidẽ semp fugere oportet, alijs aũt ut præsentia exigunt, uti. Cæterũ in ægrotantibus raro accidit, ut robur corporis maius reddere q̃ acceperimus studeamus, magna uero ex parte properamus in longis qui

dem morbis fouere uires, in acutis autem parum debilitatas conseruare.

CAPVT. IIII.

Quoniam putredo uel æqualiter in omnibus subsistit uasis.

CAPITE HOC GALENVS MEDICORVM Alpha uiam præstruit curandæ febri ex putrefactione. Cuius putredinis caussas post eam considerationẽ, quã 2.li. 8.ca.de cauſ:morb:et li.1.de tẽp. exegit, hic gnauiter deliniat. Laconicôsq; superius li.9 ca.3. dixit. Debent quæ putrescunt tum calida humida esse, tum uero difficilem transpirationem habere, Eóq; fit ut nec in frigida ætate, nec in frigido corporis temperamento continens excitetur febris.

Synochon Gal. hic pro continua febri ex putredine ponit. Sed in lib.9.ca.2.& 3.pro continenti uel cõclusa febri sanguinis usurpat. Illa enim frequentius συνέχης hæc uero σύνοχος appellatur. Quamuis nõ obseruetur constanter differentia.

Stipatio accidet uel ex uehementi extrinsecus refrigeratiõe, uel ex succorũ qui extrorsum confertim irruerint, craßitudine, multitudine uel lenticia. Quod reliquum est recitauimus li.9. ca.1. ex 3.li. de San: Tuen:

CAPVT. V.

Quoniam has cibi potiones & spiritus mensura.

DOCETVR HIC QVAE A VIRIBVS IN febri proposita indicatio sumatur. Nempe si uires quæ corpus regunt, ualentes sint, audacter uacuantibus præsidijs utendũ esse. Item etiã tenuißimo uti uictu licere. Cũ uero sint infirmiores, nõ licere sine graui noxa. Instituit tandẽ cõtinua febri laboranti tempus dietãdi: cui inter alia nõ interdicit frigida potione.

Pro ut etiam prius est definitum, Capite uidelicet tertio huius libri undecimi.

CAPVT. VI.

Siquidem cum eiusmodi febris cõmunia quædam cum ambabus habeat.

GALENVS CONTINVAM FEBREM ACcensam ex putredine humorũ aliqua docet conuenire cũ interpollata et cum Diaria. Vnum.n. habet cũ Diaria cõmune, quia unicã habet accesionem ut Diaria. Duo cũ ijs quæ ex putredine oriuntur. Primum quod utraq; ex putredine oritur. Secundũ quod utraq; pluribus diebus pdurat. Sed Synochi li.9.ca.2. & 3. explanatæ habent duo cum Diarijs communia. Primum quod utraq; unicã accesionẽ habet. Secundũ quod utraq; sine putredine existit.

Ex quibus uerbis ansa præbita quibusdã uidetur, ut negarint Synochũ ex sanguine putrefacto fieri posse. Qui fortaßis uerbis ptraherẽt nos in suã sententiã, nisi Gal.li.9.ca.4. duorũ iuuenũ exemplis, quorũ alter Sy

nocho ex non putridis, alter ex putridis humoribus febricitarit: probasset Synochũ ex putrido etiã sanguine posse excitari. Atq; hic insup utranq; Synochon dicit conuenire cum Diarijs in hoc tantũ, quod una in totũ totius morbi accessio utriq; sit. Reliqua uero tota natura esse ex eodem genere.

CAPVT.VII.

Ad eundem uero modũ & cæteras natarum ex putredine febrium.

HIC GRAVISSI: AVTHOR, NE QVID cõfusanea traditione excuteret, collegit diligenter generales et ꝓprias indicatiões curandarũ febrium quæ ex putredine nascuntur.

Febriũ accensarũ ex humoris putredine triplex est differentia. Prima aut quia caussæ putredinis adhuc adsunt & manent, aut caussæ non adsunt amplius, sed putredo tantũ durat & febrem fouet. 2. Differentia qñ putredo diffusa et dispersa est, aut ꝑ totũ animal aut aliquã eius partẽ occupat. 3. Accensarũ febrium differentia est quando febris putredinis unius partis uel cum phlegmone uel sine phlegmone existit.

Nihilo secius cõsiderandum est, quid cõmune habeat indicatio, q̃ sumitur ab unaquaq; harũ triũ differentiarũ, nempe uel à caussa putredinis aut manente aut nõ manẽte, uel à putredine ꝑ totũ animal diffusa, aut partẽ unã tantũ occupãte uel à putredine unius partis existẽte cũ phlegmone aut sine phlegmone.

CAPVT. VIII.

Ergo ordinamur ab eo quod primum in diuisione.

AGGREDITVR HAC PARTE NOBILISsimus Medicus Galenus, explicationem generationis & naturæ putredinis. Quibus artibus huic sit inueniendum remediũ ostendens, & dispones interim, per summas tamen quasi aristas ingressus, qd quibusuis conueniat caußis transpirationis prohibitæ (quæ putredinis altrix est) oppugnãdis. Satisfacit autem binis præcedentis capitis indicationum differentiis. Putredini, uidelicet, sic enim iam inuertit ordinẽ, & caussas quæ putredinem excitauit, adhuc manenti.

Putrefactio autem est corruptio in unoquoq; humido proprie secundũ naturã caliditatis ab aliena caliditate quæ quidem est ambiẽtis. Quoniã eius naturale nõ permanet in sua essentia nisi uirtutes agẽtes agant super patientes. Quando equidem uirtutes illæ præcipue debilitantur, dominanturq; extrinsecæ uirtutes tunc ens tendit ad uiam imperfectionis. Hæc Aristot. 4. Meteor. Gal. quoq; cap. 2. libri huius. 11. Putrefactio, inquit, minime fit nisi in corpore calido & humido, cum in loco calido perdurans non refrigeretur, nec quæ resoluenda sunt resoluantur.

Dein ei quod reliquum est per spirationem refrigerantem molliuntur. Legendum, perspirationem re-

frigerantem moliuntur. Quia Galenus habet διαπυρος εὐψυχεῖς μηχανῶνται;

Quemadmodum administrãdæ sint uacuationes p urinam, deiectiones, uomitũ, & sudores paulo post æsti mabimus lib. uidelicet huius 11. cap. 9.

CAPVT. IX.

Ergo quemadmodum singulis sit opitulandum.

GALEN. MIRVS NATVRAE ARTIFEX elegantißimo instituto febriũ continuarũ ex putredine suppullulãtiũ uerã docet curationẽ cibo potu, pharmacis, potiõibus, lauacris calfaciẽtibus et refrigerãtibus, tã scite planè oĩa absoluẽs, ut mihi quicũq; se hoc speret tradere doctius posse, idem sibi per extentum funem facultatem eundi tribuere uideatur.

Totum corpus ubi uacuatum est, licebit rarefacere. Cutis densitatem Gal. 3. de San. Tuen. teste, mollis frictio cum copioso & dulci oleo medicatur. Quæ uero contracta ex frigore est, eam primum frictione sicca ac celeri, deinde cum oleo adhibito calefacientes naturæ suæ restituemus. Rarum autem bifariam usurpatur. Proprie pro eo quod meatus, quos poros uocant, magnos obtinet. Et densum pro eo quod paruos. Per Metaphoram uero de laxo & coacto dicuntur hæc uocabula. Qua ratione aërem & ignem raros dicimus. Terram & aquam densas lib. 2. de San. Tuen.

Certo noueris nos in febricitantibus de lauacro aq̄ dulcis semper loqui, nō de Bituminoso, quia hoc caput replet, sensuum organa lædit, & calfacit plusq̄ febrili calori sit conducibile. Vide Paulum li. 1. ca. 52.

Non Sulphureo. Nam et hoc calfacit nimiū, neruos emollit, uentriculum effœminat et subuertit.

Non aluminoso, ꝓpter stipationē quæ exauget putredinē. Quo potius utatur qui immodice sanguinē reijcit, aut crebro uomitu infestatur, mulier quoq́; quæ menstruis inordinatis, uel frequenti abortu uexatur.

Non atramentoso, salso, aut marino. Hæc equidem salubrius capiti et thoraci, fluxionibusq́; affecto, uentriculo humore aliquo irriguo, pituitosis, hydropicis, et turgentibus ex morbo aliquo auxiliantur. Pro atramentoso. Gal. habet χαλκανθώδης. Cuius uoculæ rationem explanauimus lib. 10. cap. 2.

Si bona corporis habitudine sit, quod Græci uocāt εὐσαρκόρ. Hoc Gal. li. 1. de temperamētis accurate describit, dicēs. Mediū temperie in toto animaliū genere homo est. Mediū uero in hominū specie est, quē Græci eusarcon, latine puto, quadratū. Is porrò est, quem nec gracilem dicere nec crassum poßis, sed nec calidū nec frigidum, nec alio quouis nomine, ex ijs quæ excessum defectumuè indicant, appellare. Quisquis sup hunc fuerit, is ꝓrsus calidior, frigidior, humidior, sicciorue est. Honestauit hoc elogio inuictißimū atq; optimū Maximilianum

milianum Cæſarem, Ioan: Baptiſta Egnatius li. 3. Romanorum principũ, ubi inter alias animi dotes, Maximiliano tribuit oris probitatem, ſtaturam quadratam, in qua imperatoria maieſtas eluceat, corpus ualidũ, ac robuſtũ, idemq́; laboris atq; operis patientiſsimũ, parẽ uictus frugalitatẽ, et ex eo ualetudinẽ pſperrimã &c.

Reliqua perq̃ accõmoda curationũ indicationibus neutiq̃ opus habent ut a nobis immutatis uerbis retexantur. Quando non erat cõſilij, ut hoc unq̃ factitaremus, niſi inſignis quæpiã aut difficultas, aut obſcuritas remoraretur lectorem. Cæterum Scholia tantũ uoluimus adornare, quibus quantũ ex reliquis monumentis Galenianis fieri poſſet perplexa illuſtrarẽtur. Nam & noſtra tempeſtate, uir inſignite eruditus Martinus Girbicchius Sileſius, poſt præclarũ aduerſus infinitos barbarorum æditum diſputatoriũ ſpecimen, quam iam præ manibus habet Epigraphen breui ſtudioſis cõmunicabit. In qua breuiter elaborabit, et ob oculos ponet, qua Methodo, iuxta Gal. ſententiã morbus quiuis tractandus ſit. Merito igitur huic in omni medicina exercitatiſsimo uiro lampada curſu trademus: quo cũ ardui negocij adminiſtrandi prouinciã libenter partimur. Verum tamen fortaſsis οὐκ ἀπροσδιόνυσον fuerit nõ nihil annotare in omniũ extremã huius capitis uoculam: quam antiquus interpres & Arabes corruptã, nec conuerſam ſeruare maluerunt. Febris dicentes pigumena

caussa. Adferunt autem Græci duplex tantum genus caussarū προκαταρκτικὸν uel προκάταρχον ἄιτιον id est, præincipiens caussa, est quæ nō inest corpori, sed extrinsecus protrahendo morbo opitulatur: ab Auicennistis primitiua dicitur. Altera, προηγούμενον ἄιτιον, id est, præcedens caussa dicitur, & continetur intra animalis corpus. Ex sentina Arabica in ueteri translatione remansit pigumena.

CAPVT.X.

Ergo qui febrem curare uolet necesse est putredinem inhibeat.

DILIGENTISSIMA DIVIDENDI MEthodo Gal. docet descendere ad carceres curatorios. Cum equidem hoc pacto à carceribus ad metam per resolutiuam Methodum quis permenso curriculo plurium specierum peruenerit. Iam primum omniū sese resolutori offeret, quod in curatione est peragēdum. Quo uero ordine hæc tractāda sint, sciet, qui cūq; hoc sequēs intra pectus suū paradigma admiserit.

Duæ indicationes sese offerunt ei qui ex putredine febrem ortam curabit, quarum altera sumitur,

A febri ipsa quæ binas habet indicationes prior ut pars febris iam flagrans & ardens curetur, deinde ut pars febris in generatione existens, inhibeatur.

Altera curandæ febris putridæ indicatio sumitur à

putredine quæ similiter binas indicationes suggerit id est, quicquid putredinis iam factum est sanes.

Secundo, ut quod in generatione adhuc existit sistas.

Sed quod in generatione existit id perspiratio impedita facit à qua aliæ duæ indicationes nascuntur, nẽpe ut uacuetur quod iam retentum est, deinde ut quod retinẽdum adhuc est, prohibeatur. Cuius rursum sunt duæ indicationes, prior ut quod iam occupauit, sanandum cogites per ea quæ obstructionem apperiunt, altera ut quod futurum est propulsetur per ea quæ compescunt & prohibent affluxum obstruentium humorum.

Ostensum enim in prioribus libris est, scilicet libro octauo capite quarto.

CAPVT.XI.
Ac si nullum quidem interim uehemens.

COMMODVM HOC LOCI CITAE VEL tardioris sanationis Gal. admonet medicum. Nam si nullum symptoma oboriatur, quod contrariam priori sanationi præhabiti capitis exigat, accelerabitur omnino curatio. Sin aliquod incidat, tentata remedia uergent in grauem perniciem, aut certe curationem tardißimam adferent.

Salubris præceptio est præterea Galeni consilio profecta non unum aliquod tantum, sed plurima sanā di instrumenta comparanda esse. Siquidem ut Mulsa crassos succos extenuat noxia tamen est quatenus calorem febris adauget. Difficiles identidem obstructiones oxymeli curat, rodit tamē intestina, neruosa lædit, & tußim excitat. Nimis igitur arduum sit fortaßis unum aliquod auxilium inueniße, quod citra ullam noxam magnificè prosit.

CAPVT.XII.

Nunquam tamen propterea præceptum illud quod contrariorū &c.

CVM NVNQVAM INCVLTVM QVICquam aut ineptum ex ore Hippocratis effluxerit, adeo ut persuasißimum sit, indoctos esse quibus ille nō sapiat. Proinde eruditißimus Hippocraticorum sacrorū Mystes Galenus, arrepta occasiōe ex præcedenti capite, hic per παρέκβασιν, conuincit hanc inter præstantium medicorum adserta, detornatam sententiam planè inconcussæ ueritatis existere. Contraria uidelicet esse contrariorum remedia. Consule cap. 2. huius Methodi libro quarto, et 6. Epidem. par. 2. aph. 1. Gal. li. 4. de Sympto. Causs. cap. 2. Itē lib. 11. cap. 8. huius Methodi, & Hippocrates in lib: de flatibus statim post initia.

Quippe actiones eorum. Discriminat Gal. inter res

eas quibus debeatur aut non debeatur contrariorum remedium. Nempe uni substantiæ ut digniori semper conuenire hoc theorema. Verum actionibus aut offensis, quas è Philosophorum scholis edocti subsistere, aut absolute esse minime dicimus, hoc ipsum haud congruit, atq;. Verum de contrarietate proprie improprie dicta disserunt paraphrastæ Aristotelici super lib. 2. Physicon acroamaton.

Nec Aristoteles suam ipsius legem in nominibus seruauit quo loco principia rerum quæ generantur, materiam, speciem, & priuationem statuit. Huius negligẽtiæ dedita opera ab Aristotele posteris offusæ hæc sunt exempla: priuatio est quadam tenus forma. 2. Physico: Materiæ mensæ inhæret nigredo, Color est materia potentiæ uisilis. In omni eo quod mouetur necesse est imaginari materiam. 2. Physico. & ibidem materia est ex quo aliquid fit cum insit. 8. Physic. Accidentia non habent materiam. Priuatio est materia, Priuatio est non ens. Materia non est non ens. Nigrum est priuatio albi. 2. de Anĩa. Priuatio est quodãmodo forma. 2. Physi: plãta habet priuationem uisus 5. Metaphysi. Talpa habet priuationem uisus, ibidem. Priuatio est negatio substantiæ ab aliquo determinato genere. 4. Metaphy. Quies est priuatio motus. 5. Phys. Priuatio est extra omnne esse. 1. Physi.

In alio opere recte à sene dictum est, in libro, uide=

licet de flatibus, in quo Medicina est appositio & ablatio. Ablatio quidem eorum quæ excedunt, adpositio eorum quæ deficiunt. Attigit huius ecphrasin nonnihil Galenus lib. 4. ca. 2. huius operis.

CAPVT. XIII.

Repetamus singula genera quæ in nobis.

PRESTAT GALENVS PRIMIPILVS MEdicorum in repetendis morborum caussarum & Symptomatum generibus. Quæ ab initio hic conglobata nemo ad unguem adsequi poterit, nisi tertium & quartum librũ de Symptomatis didicerit. Ne igitur odiose omnia retexere cogamur, consiliũ est eò ablegare auidum lectorem, ne omnis ordo pessum eat, et susq; deq; feratur. Aperit item & suum inuentum esse, glutinosis oppositum detersiuum offerendum. Item quando contraria, & quando rursum similia in consilium uocare conueniat. Continentium quoq; ex stipatione febrium in uniuersum septem indicationes producandas esse.

Obstructionis contrarium est Ecphraxis. Galenus habet ἔμφραξις τὸ ἐναντίον ταύτῃ ἡ ἔκφραξις ὑπάρχει. Ecphraxin autem commodum uertit Linacrus reclusionem.

Debent edificijs fundamenta iaci firma, & scaphis poni idonea carina. Gal. dixit καὶ τὴν τρόπιν τοῖς

σκάφεσιν, id est, Carinam nauigijs. Carina autē modo partem nauis infimā, modo nauem totā ſignificat.

CAPVT. XIIII.

Quippe ſi uires eius qui ex putredine humorum febricitat.

GALENVS MEDICINAE ACERRIMVS expenſor, in curanda cōtinenti ex putredine febri recta ad phlebotomiam adornat iter tam egregie & copendioſe de uenæ ſectione diſſerens, ut mihi cœnoſam quam puriſsimo puteo infundere uideatur, quiſquis hanc doctrinam illuſtriorem facere aggredi ſuſtineat. Dabitur autem aliquando, ut tenebrarum portenta ad claram lucem ſemel uniuerſa euaneſcant.

Siquidem cenſum prius eſt, retro ca. 5. huius li. 11

CAPVT.XV.

Nam id quoq; ſupra quo minus multa de iiſdem

CAPITE HOC GALENVS DIATRITArios erutione uacuos percellit. Localibus medicamentis probans nō eſſe præterq̃ in corpore uacuato et puro utendū. Quæ exinde notat in medicis per omnia quærant in quoſdam medicaſtros, diuitum adulatores & bomolochos, omnia citius q̃ medicos. Quorum ad eo uiuā ideam ſuis ita pingit coloribus, ut non certiori Lethargia Galenus id præſtare potuiſſet,

si præsens nostra sæcula oculis suis fuisset contempla-tus. Adnectit postea repercutientium & resoluentiũ Cataplasmatum usum & locum. Ventriculum interim & iecur in omni febri adstringentibus esse coroborandum (quod nihilo segnius etiam capite sequenti tradit) Ignauiamq; prodesse aliquando imperitis ueluti cum lineamẽtis seducti, affectum iocinoris tribuãt præcordijs aut contra.

Imò de Cataplasmatis ac præcordijs perfundendis est loquendum. Typus Græcus habet ἀλλὰ καὶ περὶ καταπλασμάτων τὲ καὶ περὶ τῆς τῶν ὑποχονδρίων αἰονήσεως λεκτέον, hoc est, de hypochõdriorum perfusione dicendum est. Nam hypochondria tum græcis tum latinis medicis sunt præcordia.

Artomeli. Gal. lib. 10. cap. 6. Conuellit Medicos diatritarios qui cibationem exhibeãt, post primã diatriton. & reliquas alternis diebus. Protinus autem ex artomelite, id est, pane & melle siccassent ægri præcordia. Nõ secus hoc loci cataplasmatis conueniẽs artomeli fuisse decernit. Cum ante cibationem cataplasma ex artomelite iubeat imponi capite rursus 16. lib. huius 11. eiusdem his uerbis meminit. Sæpe autem ut nõ ignoras, quod medici artomeli uocant pro cataplasmate eiusmodi phlegmones præparamus, atq; aquæ aliquid miscemus.

Atq; illorum quidem uniuersam ordinandi uictus

artẽ in his uerbis iam audisti, non utiq; in sex mensibus sed sex uersiculis. Quibus uerbis arrogantißime Thessalum & reliquos Diatritarios perstringit. Thessalus enim longam et difficilem medendi artẽ: cui etam uix tota sufficit humana uita recipiebat se docturum in sex mensibus. Sex autem Stichi uel lineæ, de quibus hic Gal. loquitur, supputari debent, ab exordio huius. 15. capitis. Scribit plura ad institutum hoc attinentia huius Methodi. lib. 10. cap. 6. & lib. 13. cap. 14.

Diætetice. Author introductorij uelut apicula diligens cum per omnia Gal. monumenta uolitasset: totũ quicquid medicina complectitur in mellificinam aluearij sui quinq; partibus comprehensum inuexit, ad hãc formam.

Partes medicinis sunt quinq;. Primæ Physiologice in qua hominis natura disseritur.

2. Actiologice in qua inuestigamus ea quæ sunt præter naturam.

3. Higiene quæ docet sanitatem tueri ne Corpora fiant morbis obnoxia.

4. Semiotice quæ præteritorum cognitionem, præsentium inspectionem, & futurorum prædition perdocet.

5. Terapeutice seu curandi facultas dicitur cuius tres sunt partes, nempe Diætetice quæ docet curare morbos uictu.

2. Pharmaceutice quæ instituit curationem medicamentis.

3. Chirurgice quæ manu admota medetur.

Calfacere præcordia cataplasmatis perpetuo non est tutum. Siquidem Topica medicamenta non debent ante uniuersales purgationes adhiberi. Quo nomine maximus Empiricorum Razius per totam suam Therapeuticam nunq̃ localia expedit, priusq̃ cætera sunt penitus ab omni superflua redundantia tersa, munda, purgata, & uacuata. Magnopere enim aberrant à methodo, qui Plethorica & quæ parum pura sunt corpora aliter curant. Repetit idem hoc lib. 11. cap. 20. & lib. 12. cap. 3.

Cucurbitulæ modo. σίκυορ et σίκυσ cucumer Græcis dicitur. Et σικυία cucurbitula, à nostris uentosa. Huic similiter attrahunt Cataplasmata calida, quando quidem calidi est attrahere.

Prouidentiam uidentur dixisse Thessalij conuenientem per cataplasmata repercußionem: quam per reprimentia & adstringentia medicamenta intelligas: et resolutionem, quam per relaxationem accipias. Quam prouidentiam facta uenæ sectione, præclaram omnino duxerint. Quum tamen in duplicem errorem impegerint. Cum quod hæc requiratur tantum, ubi in una particula putredo cõsistat, tum quod ab initio relaxantia remedia accersant, cum hoc ipso tempore reprimentia

potius congruant. Quod per Laconiſmum lib.1.ca.4. de Compoſ: κατὰ γένη, expreßit. Conandũ eſt, inquiens, ubi iam compoſita deſiderantur, uera methodo ex illis quæcunq; regio præbet, conficere. Cum phlegmonem ſuſpicamini futuram, uel incœpiſſe modo, quæ magis adſtringunt, in augmento quæ minus, in ſtatu et inclinatione, quæ magis relaxant & digerunt. Semper tamen utraq; miſceatur, & repellendi & diſcutiendi facultas, niſi quando fluxio prorſus conſtiterit, & corpus uacuum fuerit: tunc enim ad digerentem, ſicut in primis incurſibus ad repulſoriam uirtutẽ tuta eſt acceſſio. Et lib. 13. cap. 16. huius Methodi. Digerentia medicamenta, ubi redundantia in toto corpore ſubeſt, ſi particulis quibuſdam applicentur, implent potius q̃ educant. Ergo tum reliquos morbos, tum uero phlegmonas ſicubi curas, nullo euaporante auxilio prius uteris, quàm totum corpus purgaueris. Libro itidem 13. cap. 10. inferius numerat 4. cauſſas, cur in phlegmonis (demptis phlegmonis iocinoris) reprimentibus & repercutientibus ſit utendum remedijs. Primo quia parum eſt quod tum influit. Secũdo quia affluens tum ita craſſum non eſt. Tertio quia partis ipſius quæ recipit uirtus nonnunq̃ ualentior eſt, nondum laſſata. Quarto quod tunc in afflicta particula continetur, nõ dum uiolenter eſt impactum.

CAPVT. XVI.

Verum istos mittamus nos uel si minima suspitio

HOC CAPVT SANE QVAM DIGNISSImum lectu, mira breuitate stupendam utilitatẽ, et longe plurima Medicamẽta ac fermè uniuersi humani corporis, insignibus uisceribus opitulantia ponit ob oculos. Quibus cataplasmatis eruditißimi etiã nostri sæculi medici nunq̃ nõ fouent affectus internos uentriculi, iecinoris, splenis, atq; aliorũ curandos. Per placet igitur et nobis Ioachimi Ringelbergij ingenuo animo dignißimũ consiliũ. Vt quemadmodum illi in libro de Ratione studij, in lucubrationibus excudendis, cum speciosum aliquem uocum contextũ aut uerba duo ornata inuenit, læticiæ maioris ansam arripit, q̃ si aureum reperisset: Eaq; illi sententia est, aduitæq; exitum sperat permansurã, ut pro singulis uocibus nitidis, significantibus, oppositis, singulos recipere aureos nolit, etiã si summa premeretur inopia. Sic nos Galeni tam diuini Medici tum hic tum alibi scripta egregia theoremata, medicamina præsentia, instrumenta medendi exquisitißima, quæ per methodũ tam aptè sint commissa ut adamußim respondeãt morbo, exoptemus potius, q̃ aurũ in manibus. Hic splendor pectus illustret, hac ambrosia uiuamus, hoc dulci gaudio mens tranquilla fruatur. Quis autem non miretur Auicennæ. κακόζηλορ

ſimium, qui aliud nihil crepat, q̃ Gal. nusq̃, ut uulgus loquitur, receptas docere. Quaſi uero totus medicinæ cardo in his nugis, ſi dijs placet, uoluatur. Et quaſi Meſuëus & Nicolaus ex his Galenianis nõ raro ſua ſcripta repaſtinauerint. Quod niſi feciſſent, merito ad extremas inſulas iam pridem deportandi fuiſſent.

De Abſinthio in libris de medicamẽtis eſt traditum lib. 6. quod ſit calidũ primi exceſſus & ſiccum tertij. Succus autem longe q̃ herba calidior eſt. Abſinthium poßidet adſtrictoriã, amaram & acrem qualitates. Excalfaciens pariter & extergens, roborans, et deſiccãs. Ideo bilioſos uentris humores per egeſtionẽ infernam propellit & per urinas euacuat: pituitã contentam in uentre nihil adiuuat. De pontico Dioſco: lib. 3. ca. 24. Antecedit, inquit, bonitate omne aliud, quod in Ponto & Cappadocia, monte Tauro naſcitur. Conficitur uinum abſinthite circa Propontidem & Thraciam utile ad alia ad quæ abſinthium. Quinetiam æſtate bibendũ ex eò dant, ſanitatem eò fieri arbitrantes.

Os tendimus amaram qualitatẽ præire ac uiam adſtringenti facere de Simpl. Medi. li. 8. ca. 7. ad finem.

Oleum hiſpanum deſcripſimus li. 8. ca. 2. ad finem.

Et quod cum frondibus oleæ, præparare ſolent. De hoc li. 6. Simpli. Medic. cap. de Oleo tradit ſequentia. Quicunq; in præparando ramos inijciunt, ij & ipſi Omphacino ſimile oleum efficiunt. Cæterum rogandũ

nõ est, quo pacto sit præparatum, sed gustandum est potius, ac si præferat adstrictionis quippiam eatenus etiã frigidum existimandum, ceu illud quod Spanum, id est, Hispanicum nominant. Et lib. 2. cap. 2. de Compo: κατὰ γένη oleum quod surculos oleæ, θάλλους Græci nominant, continet, ualentius adstringit.

Istricum oleum. Gal. ibidem. Quod ex agresti oliua oleum exprimitur, non simplicem temperaturam obtinet, sed extergit simulq; adstringit. Squalidißimum id est, ex omni olei genere, & post Istricum quoq;, deinceps illis est Hispanicum. Et Plin. lib. 15. cap. 2. de utroq; ait. Reliquum certamen inter Istriæ terram & Beticæ (quæ ulterioris Hispaniæ pars est) par est.

Melinum oleum & unguentum. Dioscorides libro primo capite quadragesimo sexto, & capite centesimo tricesimo sexto. Expendit accurate, uide Scholia nostra libro 5. cap. 8. & lib. 7. cap. 8.

Mastichinum oleum ex concisa mastiche conficitur sicut oleum Lentiscinum. Confert omnibus muliebriũ locorum uicijs leniter calefaciens. Conuenit duriciebus uẽtriculi Cœliacis, torminibus intestinorum. Exterit uultus uicia, colorisq; amabilem bonitatem illi acquirit. Laudatißimum in Chio insula oleum hoc fit. Diosc. lib. 1. cap. 42.

Lentiscinum oleum ex maturo lentisci semine laurini olei modo conficitur & antea spissatur. Canum &

iumentorum ſcabiem ſanat, ſudores compeſcit &c. Dioſcor. lib. 1. cap. 41. Et cap. 77. Fit ex lentiſci ſemine oleum quod adſtringendo eſt, his quæ adſtringendo erunt præcipue accommodatum.

Nardinum unguentum require libro ſeptimo capite ſeptimo.

Laodicea urbs Aſſyriæ celeberrima ab Antiocho cõdita impoſita eſt Lyco flumini, latera alluentibus Aſopo & Capro. Appellata primo Dioſpolis, deinde Rhoas teſte Plin. lib. 5. ca. 29. In parte Syriæ cui Antiochiæ cognomen additur ſita eſt, Mela authore. Hæc urbs uirtute loci & ciuium quorundam fortunatiſſimorum plurimum nobilitata eſt. Quam Hiero ſupra 2. Mill. talent. donauit. Zeno orator & Polemo filius ab Antonio & Auguſto Cæſare ad regiæ dignitatis faſtigium eucƈti ſunt.

Myrtinum oleum componit Dioſ. lib. 1. cap. 39. addẽs quoſdam oleum malicorio & cupreſſo anguloſoq; & rotundo odoratis iuncis ante ſpiſſare ſolitos. Eſt illi adſtringendi uis, indurat, camq; ob cauſſam his quæ inducendis cicatricibus conficiuntur utiliter miſcetur. Compeſcit ſudores, cunctiſq; alijs prodeſt, quæ adſtringi aut denſari oporteat.

Quod Græci Myrabolanũ pieſma uocant. Pieſma Græcis idem ualet quod ſuccus expreſſus à πιέζω uerbo, quod eſt exprimo. Nam Marcellus ex li. 4. ca. 54.

Dioſco: ita conuertit. Myricæ ſimilis arboris fructus unguentaria glans eſt, auellanæ nuci, quam ponticam uocāt æqualis. Cum exprimuntur quæ intra eam ſunt, eodem quo amaræ amygdalæ modo, liquorem ex ſe remittunt, quo in precioſioribus unguētis pro oleo utuntur. Cæterum noſtri myrobalani ad pumorum potius q̃ ad glandium genus ſpectant. Auerroys Galenum de his nihil ſcripſiſſe putat. Plinius ab his diuerſam intellexit, & quæ ad genus palmæ referatur. Bene igitur examinanda ſunt, quæ de uiribus myrobalani à Meſueo ſcribuntur. Manardus in Errores Meſuēi.

Ita enim excrementa ad ſe trahet ſplen. Et cum corpus expurgarit ipſe rurſus in uentriculū excernet, uelut in naturalibus cōmentarijs eſt proditum. Potiſſimū quidem. 2. lib. de potentia: natural: ubi hæc leguntur. Quibuſcunq; corpus floreſcit, his ſplen decreſcit. Quibus uero magnus & tumidus augetur, ijs corpora deſtruit, & malis humoribus afficit. Et quando minus q̃ oporteat trahit ad ſeipſum melancholicum humorem, ſanguis quidem impurus, totum uero corpus male coloratum efficitur. Atqui in Anatome liquido docetur, è ſplene effundi bilem atram in uentriculum, pro appetitu ciendo, id quod tam eſt omnibus obuium, ut uel horum hoc interſit ſcire, crepundia uiderint medicinæ.

CAPVT. XVII.

Parcius uero ad pectus quam ad ea est ad ſtringentibus utendum.

HABENT NONNVNQVAM RES MINVtiſsime gratiam maximã: è quarũ genere ſunt Achates, ſmaragdus, pyropus & quicquid eſt precioſarũ gemmarũ. Ad hunc modũ hinc capitulo ſuo breuitas minime debet eſſe fraudi. In quo inſignis unio de uictu inſtituendo in phlegmonis uentriculi, & pectoris nullo auro æſtimari ſatis dignè poterit. Præcipuam enim cataplaſmatum conſiderationem habet, quæ congruant membris ſpiritualibus.

CAPVT. XVIII.

Eadem ratione nec in cerebri et eius membrana.

CERTISSIMA MEDICANDI METHOdo Gal. hic cucurbitulas, anteq̃ totum corpus ſit uacuatũ, phlegmonis cerebri uetat adhiberi. Reprimentia uero (cuiuſmodi eſt roſaceũ) ab initio admittit, quibus cõmodũ admiſcet, ut altius deſcẽdant acetũ. Illudq; ipſum medici noſtri æui nũq̃ non, & quidem docte & gnauiter imitantur. Mirandum interim quod imperiti quidã ardeliones mendatiorũ plauſtris crebro intonantes, eſſutiant. Galeni monumenta literaria, nihil conducere (ut ipſi loquuntur) ad practicam.

Phondylion, id eſt, uerticillaris herba. Marcello interprete, naſcitur in paluſtribus locis cuius ſemen pro-

dest Phreneticis ueternosis et capitis doloribus ex oleo capiti inungitur. Compescit quæ serpunt cum ruta em plastri modo impositum &c. Vide Diosc.lib.5.ca.81. Eius tum fructus tum radix acris & secantis facultatis est apud Galenum lib.8. Simplic.Medic. ut Barbarus inquit. Sphōdilium ferulam differentem non nisi folijs à panace, frequens gignunt palustres agri Patauini.

Serpyllum capitis dolorem sedat addito rosaceo de coctum, mox cum aceto inspersum. Confertq; præcipue ueterno & Phrenetidi Dios.lib.3.cap.41.

Castoreum qua ratione & quando solis Phlegmones capitis sit accommodum, diligenter discendum est ex præsenti uerborum contextu. Quicquid autem desideratur amplius illud totum lib.4.cap.3.à nobis est discussum.

CAPVT. XIX.

Illud te profecto non fugit, nos singularum &c.

INDICAT HOC CAPITE GAL. EGREGIA breuitate qui meatus aut qui pori sunt aperiendi & fluxiles reddendi, pro quorumuis uiscerum apostematum superfluitatibus expurgandis. Id quod rursum mirabiliter refert scire Therapeutici Medici.

CAPVT. XX.

Quare abunde sunt ad rem præsentem.

CAPVT. XX.

AB INITIO GALEN. HIC BREVITATIS *ſuæ tractationis in Phlegmone interna curanda rationem reddit. Poſt uero flexanimo ore et plenis tibijs balnei in febre curanda ſtupenda commoda percenſet. Quod in quauis febri uſurpandum decernit, ſi horum trium nullum obſtet: horror, imbecillitas alicuius præcipui uiſceris, multitudo crudi humoris in primis uenis, nempe quæ circa iecur, & Meſenterium ſitæ ſunt.*

Dicturus enim plura de ijs, hoc eſt, de curatione phlegmonarum. Nimirum infra lib 13. tomo. 2.

Sed præter penſum in eum ſequela quadam rerum inuitante diuerti. Galen. dixit. ἀλλ᾽ ἐν παρέργῳ διῆλθον ὥς ἐξ ἀκολουθίας τινὸς ἐμπεσὼν αὐτῷ. *Eſt autem* παρέργος *Gulielmo Budæo teſte ocioſus, uel ſuccisiuus, uel extra propoſitum. Nam in depicta area* πάρεργα *dicuntur quæ præter præcipuam & deſtinatam imaginem, ornatus gratia adduntur, ut flores, plãtæ, & ſimilia. Vnde* παρέργῳ χρῆσθαι, *uel* ποιῆσθαι, *acceßionis loco aliquid habere & ducere ſignificat, ut occaſio tulit obiter, ſine cura, remiſſè neglectimué agere.*

Podagricis & Arthriticis maxima ſalutis pars ex balneo comparabitur. Ipſis infirmis partibus quæ ſuperuacua ſunt excipientibus: & paulo inferius.

Voco inbecillam partem, uel quæ natura est intemperatior. Inde profecto palam fit, cur podagrici uiuant diu, referamq; suæ calamitatis tamen aliquod emolumentulum. Cumq; illud quod est inutile ex robustis ad infirma depellere pronunciauerimus, nolumus naturã ratione præditam dicere. Quamuis huius facultatis modum maiores nostri non demonstrauerint. Verum tamen haud difficile fuerit de oĩbus his differere quihypothesin quã præscripsimus de natural: poten. ad hunc usum accommodauerit. Particula enim aliqua imbecilla est facta, aut illicò cum formaretur animal, aut postea læsa fuit, aut etiam suapte natura talis esse debuit ut cutis (quæ nullo penitus munere fungitur, sed sicut est omniũ extrema, ita nõ absurdũ uideri debet, qđ uniuersi corporis suscipiat excrementia. Rationi itaq; cõsentaneũ uidetur, ut in corporibus impuris, & quæ excremẽtis abundãt, aliquid defluat in partes imbecilliores. Quinetiam excremẽtũ à robustiore quaq; particula sic expellatur, ut nusquàm consistere poßit in partem delabitur omnium maximè imbecillã. Gal. lib. 6. de causs. Morb. cap. 6.

Alij nanq; alia sic se habet. Gal. habet ἄλλῳ γὰρ ἄλλο τοιοῦτον, hoc est, alij homini alia particula talis uel aliud tale, quia refert τὸ μόριον, id est, particulã Græcis genere neutro.

Particula quam obstructio, aut putredo, aut phleg

mone obſedit febris ipſius ueluti focus eſt. Sic enim ait focum hunc ipſum mulierculæ illæ quæ ad præſagiendum ex urina obtundunt & enecant medicos, uidentur non ineptè huc alludere, cum hunc foculum appellant, einfieber zelten.

CAPVT.XXI.

Porro potiſſimum in febribus quæ intermittunt & repetunt tempus.

GAL. HIC PRO CORONIDE IMPONENda huic libro, attigit etiam nonnullam temporis adminiſtrandi uictus rationem.

Vbi uel iecur uel uentriculum phlegmone præhendit pernicioſiſſimum eſt ante acceſſionem cibare. Rationem huius require in præclaro illo huius lib. 11. ca. 17 Reliqua ut depræhendantur facilius, planiſsimè oculis ſubijciam.

Pro cibo offerendo, æſtimabis morem in ſummo uigore citra magnitudinem febrilis caloris, num ſiccus & ſquallens ſit, hunc oportet humectare, uictumque plurimum madefacere. Si uero citra ſiccitatem urens ſit, hunc oportet expectare, donec calor ſe remittat. Si uero à principio exceſsionis corporis extrema frigeant, & magna ſanguinis reuocatio ad corporis interiora fiat, hoc diſtinguas. Si enim in acceſsionibus abſq; uiſceris phlegmone, aut ſuccorum redundantia motus ad interiora pollet, tunc paulo ante cibans nihil offen-

det, quando uero uel phlegmone, uel redundantia succorum subest, tunc paulo ante cibans, ceu rem omnino noxiam inferes febricitanti.

Sed si calor febrilis omnino corpus non premat, nõ est ob quod multum sis sollicitus.

SCHOLIA IOANNIS AGRICOLAE IN Duodecimum Librum Therapeuticæ Methodi Galenianæ.



ORYPHAEVS MEDICORVM omnium Galenus, qui nouit omnes omnium morborum undas componere, nunquã non plenis laudum uelis extollendus, hoc libro magno & præclaro molimine febrium symptomata pertractat, & summouere docet. Inter quæ cum Syncope, Lipopsychia, id est, animi deliquio, & dolore non segnius quàm olim Hercules Alexicacos cum monstris laboriosissimis solebat, congreditur. Quæ quidem non minori cum gloria sternere docet, quàm Tyrynthius ille hæros τρίσωμον ipsum Geryonem, Cacum & Anteum. Tepescere igitur non potest, quisquis intimo mentis recessu tam salubriter scripta perpen-

derit. Agite demum studiosi adulescentes, ad socia agmina uos inuito & prouoco. Voluite Hippocratis & Galeni doctißima monumenta, reliquum quicquid ab horum instituto abhorret, umbra esto. Vestigijs Manardi, Leoniceni, Linacri, Copi, Guinterij atq; horum similium insistentes Galenum comiter in uestra contubernia recipite. Ego quod huc spectat in Therapeutica traditione uiam uobis sternam, non de futurus CHRISTO propicio, in alijs quoq; Iatricæ partibus. Eos interim qui ad deteriora occaluerunt, parum curabimus. Equidem si disciplinis sanioribus hos ornare uolueris, tam ridiculè feceris, quàm si quis feli inducat crocoton, aut simiæ purpuram. Euanescet autem paulatim ipsorum conatus in tenuem fumum, ubiq; gentiũ iam tandem herbescente Medicina Galeniana.

Primo capite generatim raciotinatur Galenus de Symptomate, quid sit, quot partes habeat, quiuè illorum sint effectus, ostendens primum non esse febrium genera aut differentias, quæ cum huius generis symptomatis conflentur. In quo ordine sunt, quas nostri febrem syncopalem humoralem, & febrem syncopalẽ minutã (constanter contra Galeni sententiã) appellãt. Cum de his quasi differentijs duabus aut generibus febrium duobus cõfusanea consideratione: ut cum multa iura confundit coquus: agant. Siquidem Galen. docet. quod ueluti alius morbus alij morbo, tum symptoma

ſymptomati eodem in corpore copuletur, ſic & cum febri incipere quædam grauiora ſymptomata, quibus proſpicere debeat medicus. Obiter item multis de dolore ſummouendo diſputat.

Sunt porrò ſymptomatum primæ differentiæ tres. Hæc qui uobis humaniſſimi lectores ſine libris de mor. Cauſſ. & ſympt. monſtrare uelit, nihilo faciet puden tius quàm ſi cæcus iter cõmonſtret. Quandoquidem & Gal. omnino uult eoſdem libros prælegendos eſſe ei q in Therapeutica Methodo uerſari cupiat. Vernãt enim gratiſſimis floſculis, gemmis precioſis et bene olẽ tibus Myrothecijs fragrant. Horum igitur .3. capi. 2. hæc ſcribit Symptomata trifariam diſtinguuntur. Alia enim corporis noſtri ſunt affectus, alia functionum, id eſt potentiarum noxæ. Alia ad utraq; conſequuntur, ut ſunt excrementorum immodicæ, tum excretiones tum ſuppreſſiones. Quorum exactiſſimam rationem uniuerſam quatuor perpetuis libris ibidem abſoluit.

Quartum genus numerandum inter ſymptomata non eſt ut Eryſipelata Ophthalmiæ, ulcera, parotides. Hæc enim primo & ſecundo libro de diffe: Morb: docet Gal. eſſe inter morbos referenda, nempe ſimplices ſiue ſimilarium partium.

Ophtalmia latĩe lippitudo dicitur. Et eſt humiditas oculi cum rubore & præter naturali calore permanẽs & abſq; manifeſta extrinſecus occurrente cauſſa facta.

Quod si foris aliqua occasione aduenie̅te, uerbi gratia sole, fumo, puluere, oleo, τάραξισ, id est, perturbatio lucis fit. Quæ cognita ac separata caussa facillimè discutitur. Paul. lib.3.cap.22.

Parotis est abscessus & affectio, quæ in adenis sub auribus proiecta materia nascitur, conuersis illuc ex capite densis quandoq; humoribus, nonnunquam uero ex reliquo corpore decretorium in febribus ad salutem facientibus. Paul.lib.3.

Tragi succum indimus in dysentericorum deiectionibus, ubi ueheme̅ter rodunt. Est tragos è Siliginis genere apud Plin.lib.18.cap.10. Et Dios.lib.2.cap.84. Porrò de Trago herba uidetur accipiendus esse Gal. de qua subijciam quæ de ea memoriæ prodidit Plinius lib.27.cap.13. Tragonis siue Tragion nascitur in Creta tantum Insula in maritimis, iunipero similis & semine & folio & ramis. Succus eius lacteus in gummi spissatus, uel semen impositione spiculi è corpore eijcit. Tunditur recens & cum uino illinitur &c. Est & alia herba Tragos quam aliqui Scorpion uocant, semipede alta, fruticosa, sine folijs, pusillis racemis rubentibus, grano tritici acuto cacumine, & ipsum maritimis nascens. Huius ramorum .10. aut .12. cacumina trita ex uino pota cœliacis, dysenterijs, sanguinem excreantibus, mensiumque abundantiæ auxiliantur. Vide Plinium libro decimotertio, capite decimo nono.

Dioſcor:lib.4.cap. 49. Galen. lib.8. Medic:Simpli: Paulum libro 7.

Dyſenteriæ mordentibus maximè medicamentis tum potiſsimũ medemur, tum utiq; ſit grauiſsima. His uerbis ſtudioſis conijciendũ relinquo, num aliquo modo tolerari poſsint, qui fortia medicamina & eclegmata, quale eſt illud de ſucco roſarum, aut de prunis ſolutiuum, quorum compoſitio nõ eſt expres ſcammonij, dyſentericis propinant.

Noui quoſdam tum medicos tum ægros, qui dum animoſi uideri uolebant, ob id ipſum perierunt quòd fortiter ac uiriliter cõtra dolorem ſemper ſunt renixi, nec quod eum leniret quicquàm cœperunt. Fuit hæc priſcis philoſophis peculiaris, ſicut & plæriſq; noſtri ſæculi factioſis hominibus prodigioſa ſtulticia, ut pro opinione & ſecta ſemel imbibita, non ſegnius quã pro focis & aris depugnarẽt. Quo modo Stoici, pro adſerendo ſuo erroneo dogmate, uolebãt omnino inſenſati uideri. Cuius monetæ Philoſophum ægra ualetudine oppreſſum in Lebadia urbe Bœotiæ Taurus philoſophus uiſitauit. Cumq; uideret hominem doloribus cruciatibuſq; Colicæ allabi, & febri ſimul abrapida afflictari, gemituſq; ex eo compreſſos erumpere, ſpirituſq; & anhelitus è pectore eius euadere, non dolorem magis indicantes, quàm pugnam aduerſus dolorem. Taurus poſtquàm amice ſalutaſſet hominem digreſſus ab

eo, dixit ad amicos. Vidiſtis non ſane iucundum ſpecta-culum, ſed cognitu tamen utile, congredientes compugnantesq́; philoſophum & dolorem. Faciebat uis illa, & natura morbi, quod erat ſuum, diſtractionem cruciatumq́; membrorum. Faciebat contrà ratio, & natura animi quod erat æque ſuum, perpetiebatur & cohibebat, coercebatq́; intra ſeſe uiolentias effrenati doloris. Nullos euilatus, nullas complorationes, ne ullas quidem uoces indecoras edebat. Signa tamen quædam ſicut uidiſtis, exiſtebant uirtutis & corporis de poſſeßione hominis pugnantium. Aulus Gellius libro duodecimo capite quinto. Verum illam imaginariam philoſophiam fortitudinemuè merito cum Galeno noſtro exibilamus, & dolorem productis in hunc uſum à deo rerum omnium authore & ſeruatore medicaminibus diligenter exterminamus.

Cepas id genus quod Græci Carton uocant. Huius appellationis nemo meminit. Plinius li. 19. ca. 6. Cepæ inquit genera apud Græcos ſunt Sarda, Samothracia, Halſydena, Setama, Schiſta, Aſchalonia, ab oppido Iudeæ nominata. Apud nos duo prima genera. Vnū condimentariū, quod Græci Getion, noſtri Pallacanā uocant, ſeritur menſibus Martio, Aprili, Maio, Alterum capitatum. Genera eius auſteritatis ordine Aphricana, Gallicana, Tuſculana, Amitermina.

Muriam acerrimã poſtridie per inferiora infudit. Gale.dixit κατὰ τὴν ὑστεραίαν ἕωθεν ἔκλυζεν ἅλμῃ δριμυτάτῃ. Halme autẽ ſalſuginem uel muriam ſignificat, cuius propriam deſcriptionem ex condituris herbarũ uſurparũt ueteres, ſicut docet Columel:li.12. Quam Dioſco: li.5.ca.82. habere teſtatur eaſdem ſali in exterendo poteſtates contra exulcerata inteſtinorũ tormina, uetuſtosq́; coxendicũ dolores clyſterem utiliter infundi, foueriq́; ea pari utilitate quæcunq; maris aqua fouenda præcipiuntur. Et Paul. lib.7. Muria ait, habet conſimiles ſali in exterendo facultates, licet non tam ualidas aqua admixta. Muria porrò ſalſorum piſcium, oliuarũq́; ſale conditarum, quas colymbadas dicunt, in extergendo maiorem uim continet, atq́; ob id quidem cõtra Coxendicũ dolores & exulcerata inteſtinorũ tormina clyſter magna cũ utilitate infunditur. Noſtri homines Muriã pro aqua ſalſa accipiunt. Tarichon & tarichos eſt ſalſamentum uetus, qualis eſt ſalſa caro Thynui, piſcis putris, caro ſale condita. Tarichia eſt ſuccidia hoc eſt caro ſale cõſperſa. Sed Garon eſt qđ reſudat ex carnibus ſalſis, uel piſcium uel animalium. Oxygarum deſcribit Columel:li.12.ca.57. Vide Paulum lib.7. in litera T. de utilitatibus Tarichorum.

Anodyna quæ uere anodyna ſunt, non ſomno ſed temperato calore, tenuitate, moderamine & æqualitate ſubſtantiæ dolorem leuant et mitigant, teſte Galeno

lib.5. Simpli. Medic. Narcotica uero ſunt quæ ſtuporem inducunt.

Styrax Calamites tanto reliquis præſtat, quantum uinum phalernũ uiliſsimæ uappæ. Dioſco: lib.1.ca.70. teſte, lachryma eſt Styrax arboris cotonco malo ſimilis. Bonitate excellit Calamites, Piſsidiacus, et Cilicius. Habet calefaciendi uim, mollit & maturat, facit ad tuſſim à capite in ſubiectas partes deſtillationes, muccum raucedinem, amiſſamq́; uocem. Quod fit ex eo in Syria Styracinũ unguentum appellatũ efficaciſsimè calfacit & mollit. Dolores tamen capitis facit & graue ſoporiferumq́; eſt. Et Gal. 8. Simpli. Medi. Styrax excalfacit, emollit, cõcoquit. Quamobrem tuſsibus, catarrhis, pituitæ deſtillationibus raucedinibusq́; prodeſt.

Hic quoq́; conſilium illud ſapientis complectemur, qui Nequid nimis dixit. Hoc Diogenes Laertius Pythagore adſcribit. Ariſtotel.3. Rhetor. ad Biantem authorem refert. Senes, dicens iuxta Biantis admonitionem & amare tanq̃ oſuros & odiſſe tanq̃ amaturos, iuuenes uero ubiq́; nimia uehementia peccare: & amare nimium pariter & odiſſe nimium. Sunt qui Soloni, & rurſum qui Homero hoc tribuant. Conſule Chiliad. Eraſmi Roteroda.

Aliquando tamen ea (id eſt anodyna) colicis exhibeo. Adminiſtramus et noſtro æuo in Colo, id eſt, laxi inteſtini immenſis cruciatibus drach. 1. philonij cum

aqua buglossi uulgari, aut chamemeli. Id quod nunquàm non belle succedit tum ægro tum medico. Facessant itaq; larvæ Galenũ icc irco flagellare, quod nihil accõmodũ ad usum, ut uocãt, practicum adferat. Cum totum hoc opus Therapeutice mirabiliter ad illam praxin, quam nescias cur ita uocitent, succenturietur.

Philonis Antitodus, quæ ad Philonem refertur medicum constat ex piperis albi drach. 20. alterci drach. 8. succi papaueris drach. 10. croci drach. 5. pyrethri. Euphorbij, spicæ nardi, singulorum drach. 1. Mellis Attici, uel alius boni despumati quantum satis est. Dato adultis nucis auellanæ quantitatem minoribus natu fabuli instar, pueris ciceris magnitudinem. Est autem hoc maxime indolorium & somnum concilians medicamentum. Paulus libro septimo capite undecimo. Nostrates uero utuntur duobus Philonij generibus. Primum Romanum uel Tarsense, secundum Persicum appellantes. Romani autem descriptio, parum distat à descriptione Pauli, quod ad dolores ex sensus torpore sedandos nullo minus est celebre.

Medicamenti diaspermaton, id est, ex seminibus cõpositionem habes de Compos. κατὰ γένη libro septimo de Malagmatis. Et pastilli de seminibus produntur à Tralliano libro tertio capite uicesimo primo ab Aegineta libro septimo.

Trygonos medicamentum ex pastinaca pisce nusq̃

reperi descriptum. Pastilli autem Trygonis citra pastinacam. Paul. lib. 7. ca. 12. in hũc modum conficit. Re. seminis apij herbæ Appollinaris, id est, hyoscyami singulorum drach. 2. anisi drach. 4. opij drach. 3. simul aqua liquefacito.

CAPVT.II.

At sanguinis missio quæ scilicet uires non deiicit.

VIDETVR GALE. HOC CAPITVLO PER breui generatim attingere, quasi per summas tantum aristas incedens, duo odiosa Symptomata: quæ cum febres nonnũquam comitentur, à nostris hominibus appellitantur febris syncopes ex humore, & febris Syncopes imminuta, ut sit quasi à pauca materia prognata. Seriatim autem curationem harum sequentibus duobus capitibus exigit.

Oculorum dolores, de his satis disseruimus libro. 3. capite secundo, Cætera discussa sunt per Gale. in lib. 6. aphoris: 31.

CAPVT.III.

Ergo febricitare incipiunt nonnulli.

FEBREM SYNCOPES EX HVMORE PRImum absoluit Galenus, quam aiunt suppullulare ab exuperantia pituitæ crudæ in uentriculo

aut in ꝓpinquioribus illi uenulis, dum putreat id quod iam dum cibus non coquitur accidit, aut dum per crapulam immoderate se quis ingurgitauerit. Tunc equidem liberalius congesta pituita cruda, explet & uenas et arterias uires opprimendo, à quibus cum non informetur et regatur: putret et febrem progignit putridã. Accidit aũt in illius materiei motu, ut ad os uentriculi pertingat, quod percellitur perstringiturué frigiditate & corruptione illius. Nempe calore illius per hanc frigiditatem suffocato, & corde ipso læso à frigore et prauis uaporibus per arterias illud inuestantibus. Vnde uiribus debilitatis, syncope est in foribus. Quæ materies quo magis putredini sit obnoxia, eò atrocius syncope infestat, usq; adeo ut in consistentia tantũ non succumbere uideantur ægroti. Rem pluribus agit infra cap. 5. ad finem.

Pulsus arteriæ obscuri omninoq́; inæquales sæpe ea inæqualitate, quam systematicen Græci uocãt. Semper uero ea quæ in uno est ictu. Nam σύστημα Græcis globum, multitudinem, aut congregationem significat. Aequalis & inæqualis pulsus Galenus in lib. de pulsib: ad medicinæ candidatos, sic meminit. Cum magnitudo pulsuum ordine se consequentium par extiterit pulsus iuxta magnitudinẽ æqualis dicitur, similiter si secundũ uehementiam, crebritatem, remißionem, siue obscuritatem paritas euenerit. Inæqualitas similitudinis est

corruptela

corruptela quacunq; pulsuum differentia constiterit. Estq; alius pulsus cum magnitudine inæqualis, alius in celeritate, alius in uehementia & obscuritate & crebritate.

Debet enim deradi ab his cutis, cum simul & calefieri per eam et digeri ægrotus postulet. Hæc apertius possent interpretari. Iccirco præstat uerba Galeni audire dicentis. χρὴ γὰρ ἀμύττεσθαι πρὸς αὐτῶν τὸ δέρμα θερμαίνεσθαί τε ὁμοῦ αὐτὸ καὶ διαφορεῖσθαι δεομένου τοῦ κάμνοντος, interpretarer itaq; participium δεομένου, indigente, & non postulante, propter diluciditatem maiorem, διαφορεῖσθαι uero sicut Linacrus ipse docet, & nos adnotauimus lib. 9. ca. 17. in uocabulo digerendi. Et sic quiuis facilius Gal. mentem indubie assequetur.

Olei Sisyonij confectura traditur á Diosco: lib. 1. cap. 28. In lebete patentioris oris, stanno ex interiori parte illitum, noui candidiq;, & ex acerbis oliuis expressi olei congium, simulq; aquæ congij semissem conijcito, lentoq; igni dein coquito, quum uero bis inferbuerit, amoto igne refrigeratum oleum concha depleto, tum noua affusa aqua, facito simul iterum ferueant, per actisq; alijs reponito. Fit oleum hoc ad Sicyonem Peloponesi præcipue. Sicyoniumq; ab ea appellatur. Calefaciendi uires habet, febribus neruorumq; uicijs utile. Vtuntur eo etiam mulieres ad nitorem uultus.

Aut oleum quod apud Aegyptios eſt in precio, ægyptiorum quoddam oleum deſcribit Dioſ.lib.1.cap.30. In Aegypto dicens, quia maiore ricini copia indiget, ea gens purgatos ricinos ſtatim molis ſubijciunt, terũtq́; diligẽter, tũ farinã eorũ in ſportas cõijciẽtes prelo exprimunt. Maturi autem ricini tunc erunt cum ex ueſtientibus eos folliculis emerſerint. Huic adſcribendũ loco quod C.Plin.lib.15.cap.7.de hoc oleo admonet. Oleum dicens fit è tyci arbore in Aegypto copioſe, alij crotonem, alij rhibin, alij Siſamum ſylueſtre apellant. Ibiq́; non pridem, & in Hiſpania repente prouenit, altitudine oleæ, caule ferulaceo, folio uitium, ſemine uuarum gracilium pallidarumq́;: noſtri uocant ricinum à ſimilitudine ſeminis. Coquitur id in aqua, innatansquè oleum tollitur. At in Aegypto ubi abundat, ſine igni et aqua ſale aſperſum exprimitur, cibis fœdum, lucernis exile. Galenus lib.3. De Compoſi. κατὰ γένη capite de acopis. Vetuſtis, inquit, temporibus ſolum oleũ ert natiuum ſimplex medicamen omnium laßitudinum, poſteri cicinum apud nos nomen ei appoſuerunt. In Aegypto enim hoc ſimul uetuſtum erat. Meminit & Scribonius numero.251. Oliuæ Aethiopicæ commi (quod Græci ἐλάιασ αἰθιοπικῆσ δάκρυορ uocant, hoc eſt, Oliuæ Aegyptiacæ lachrymam) aceto dilutum ſcabiem curat.

Somnus concoquit, uigiliæ digerunt. Ne omnia ut

cunq; etiam exilia quaſi præmanſum cibum in os immittentes excutiamus: ut aliquando uos impigri uelites diſcatis uel ſine cortice nare. Iſthoc theorema uobis indiſcuſſum porrigimus. Quandoquidem licet ex Auicenniſtico ſtilo pugnantia uideatur adſtruere, reſpondebit tamē optatis ueſtris id, quod libro nono capite decimoſeptimo in Scholijs adduximus, eò quidem tibi confugiendum ſuadeo.

Aqua mulſa: florulentum hic conſiderabis dictum de mellis aqua. Vnde facile hauriendi dabitur cauſſa, cur noſtri hanc in quottidianum uſum adhibitam uelint. Confectura illius conſtat ex aquæ partibus octo & una millæ portiuncula, quæ non erit tam inſipida, nuce una myriſtica modo craſsiori tuſa & impoſita. Cæterum minus ne an amplius ſit coquenda, liquido monſtrauit uerbis ſuis Galenus tum hic tum libro tertio de Morbis acutis mulſam aquam non decoctam aluum magis ſubducere, decoctam magis nutrire dicens. Huc faciunt quæ in libro de Curatione per Sangui. Miſſ: ſcribit de crudorum humorum copia poſt inciſam uenam edomanda. Protinus Melicraton exhibeo probè coctum cum incidentium medicaminum quopiam ueluti Hyſſopo, Origano, Nepita, Pulegio, aut certe cum Melicrato, Oxymel, aut Oxyglycy, & eodem uel poſtero die iterum minuo, poſt iterum propoſitorum medicamentorum

quopiam exhibito iterum sanguinis quid aufero. Cum uires sint imbecilliores, & euacuationem partiri expediat. Eadem miscet pro Empiorum glutinosis et crassis excrementis dissecandis & educendis. lib. 13. huius Methodi cap. 12.

Citra iecur & primas uenas subsistant. Primarum uenarum meminit Gal. 4. de Sani. Tuen. ubi diatrion piperecon simplex ad cruditatis abundantiam, quæ in primis est uenis accōmodum esse scribit. Præterea zinziber quod ex Barbaris adfertur, aceto maceratū. Est id uirentis herdæ radix, à collectu statim in acetum cō iecta. Extinguitur autem eiusmodi medicamentorum calor circa ipsas primas uenas, nec in totū ꝑfertur corpus ueluti diacalaminthes.

CAPVT.IIII.

At quibus ex flaua bili, quæ os uentriculi infestet syncope accidit.

DE ALTERA SYNCOPES FEBRE GALEnoster hoc capite longiusculo conuenientißimis medicaminibus egregie disserit. Quæ à iunioribus dicitur minuta, hoc est, ab exigua materia oriunda. Fit enim à bili subtili, putri, participe uenenositatis ueloci & mobili, nonnunquam tam subito, & cum malignitate tanta, ut uires ægri tantum impetum perferre non queant ad quartum, sed præmoriantur. Et quādo sæpiuscule exigua panis mica, apto uino irrorata,

animum alioqui interituro reddat illicò. Commodißi-mum infinita penè uina recitat diligentißimus Galen. quorum obiter naturam & qualitatem indicat. Ne cõtingat nobis: quod mali medici solent, qui qualicunq; oculorum ægritudini idem semper Collyrium inducũt idem semper uini genus ægrotis offerre, cætera uero turpiter ignorare.

Surrentinum uinum austerum præcipue est, ea propter in stomachum intestinaq; destillationes sistit, idem tamen quod tenue est minus caput infestat. Vetustate ad suauitatem proficit, fitq; stomacho accõmodum. Dioscor.lib.5.cap.6.Plin.quoq; lib.23.cap.1.Surrentinum, inquit, ueteres maximè probauêre. Sequens ætas Albanum aut Falernum, quod concoctionem minus adiuuat. Stomachũ modicè implet. At Surrentina nullo modo, nec caput tentãt stomachi, & rheumatismos cohibent.

Signinum uinum quod Signiæ (quod est oppidum Campaniæ) nascitur, austeritate nimia continendæ utile aluo, inter medicamenta numeratur. Plin.libro.14. capite 6. Sed lib.3.cap.5.ubi recenset conuentus populorum Italiæ, non multum inter se distantes ponit Priuernates, Setinos, Signinos, Suessulanos, Telinos &c. Gal.lib.5.de San.Tuen. In Italia, inquit, Tiburtinũ & Signinum senes bibant non nisi uetera. Quando nouella nec deductionem nutrimenti in corpus adiuuant

nec urinas promouent, sed diu in uentre fluctuantia permanent, additq; eadem uina esse alba. Diosco: item libro 5. cap. 6. Habent utilem, inquit, in sanitate usum quæ marinæ aquæ nihil admixtum habent austera uina et alba. In quo genere sunt præcipuæ bonitatis Italica, Falernum, Surrentinum, Cæcubum, Signinum & ex Campano agro multa alia. Ex Græcia autem Chium, Lesbium, Phygetle quod ad Ephesum gignitur.

Tyburtini uini naturam iam recensuimus ex Galeno, in uino Signino. Est aũt Tybur uel Tyburtũ urbs ad 16. lapidem distans à Roma. Plinius originẽ huius condita Roma docet esse antiquiorem.

Marsum uinum. Marsi ultra Picenũ Samnites uersus à Marso Circes filio dicti à quo originem duxerũt non longe ab urbe, regiunculam montanam, atq; ob id Baccho (qui Virgilio teste colles amat) congruam, incolentem. De quibus Lucanus in descriptione Apenini canit.

Tunc Vmbris Marsisq; ferax, domitusq; Sabello
Vomere, piniferis amplexus rupibus omnes
Indigenas Lacij populos non deserit ante
Hesperiam, q̃ cum Scyllæis clauditur undis.

Et Virgil. 2. Georg. de laudibus Italiæ.

Hæc genus acre uirũm, Marsos pubemq; Sabellã,
Assuetũq; malo Ligurẽ, Volscosq; uerutos
Extulit &c.

Cæterum uini Marsi naturam deliniauit Galenus libro 5. de Sanitate Tuenda, ubi senibus potum præscribit. Qui hac sunt ætate, ijs uinis indigent, quæ urinas cient, propterea quod aquosum excrementum in ipsis abundat. Quæ uero diu in uentre morantur, eorum sanë nullum aptum est seni. Cuius generis sunt Amineum à Bithynia, & ex Italicis Marsum & Signinum & Tiburtinum, quoad uidelicet sunt nouella, uerum hæc omnia alba sunt.

Ariusium uinum. Aruisium, ut est apud celebrem Grammaticum Maurum Seruium, est promontoriũ in Chio, ubi generosum hoc uinum gignitur. In cuius cõmendationem Virgilius Aeglo. 5. dixit, Quum Daphnidi sacrum solenne promittit.

Viua nouum fundam calathis Aruisia nectar.

Galenus tamen constanter Ariusium legit. Nam de Sanitate Tuenda libro quinto ait. Vinum sicuti pueris est alienißimum, ita senibus est aptißimum. Esto autem id ex his, quæ calidioris sunt naturæ, qualia sunt in Græcia quidem Ariusium & Lesbium & quod Mysium uocant. Non ex ea Mysia quæ ad Istrum est. Sed ex ea quæ Hellespontia dicitur, quæ nimirum in nostra est Asia. Pergamo uicina. Habet autẽ Mysium Surrentino similes uires. Et Dioscor: libro 5. cap. 6. Chium uinum mollißimum est, nutrit egregie, maiore copia bibitur, minus inebriat, destillationes compescit,

oculorum medicinæ utile est. Lib. 4. de Composi. secundum genera cap. 1. Gal. inquit, ei uino adsimilari quod Tmolites dicitur & in Tmolo Apiæ monte prouenit, & multo maxīe siccare solet. Vide inferius Tmolites.

In Lesbo tres sunt ciuitates, uidelicet. 1. Mitylene 2. Methymna, Ouidius,

Gargara quot segetes, quot habet Methymna racemos
Virgil. 2. Georg.
Non eadem arboribus pendet uindemia nostris
Quam Methymneo carpit de palmite Lesbos.

Tertia, Eressus. Relata est inter hæc oppida etiam urbs Lesbos, unde Insula uocata est. Ex qua uiri scientia clarißimi orti sunt. Pitacus ex orbe septem sapiētū, Alcæus, sapho, et Theophrastus successor Aristotelis ī Lycæo. Vide Strabo. lib. 13. Mela uero in ea, inquit, quinq; olim oppida fuerunt, Antissa, Pyrrha, Eressus Ciraua, Mitylene. Dioscor. lib. 5. cap. 6. extollit uinū Lesbium eò quòd facilimè digeratur. Et quod Chio leuius sit, & bonam faciat aluum plura quære in Tmolite inferius.

Vina sint quibus marina aqua admixta non est.

Multifariam, ait Diosc. li. 5. ca. 19. ex marina aqua concinnantur uina. Quidam enim à uindemia statim uuis mare miscent. Quidam in cratibus, sole prius siccatas calcant mare admiscentes. Alij paßis prius factis uuis mare miscent, easq; sic calcantes exprimunt. Dul=

ce hoc euadit uinum &c. Idem libro quinto capite sexto. Nocet, inquit, stomacho marina aqua curatũ uinũ siticulosum idem est, neruos ledit, bonam facit aluum & ijs qui ab imbecillitate affliguntur est utile. Concinnatio autem aquæ marinæ, si longius absis à mari, monstratur à Catone cap. 106.

Mysinum uinum in Hellesponti Mysia. De uino Mysino ægimus in explicatione Aruisij uini superius. Quibus adde, in uniuersum apud Cosmographos reperiri triplicem Mysiam. Superiorem quæ Bosnam, Rascianam & Seruianam habet. Inferior, quæ nunc Bulgaria. De qua Mysia, quæ ad Istrum est, Galenus libro quinto de San. Tuen. non uult petendum esse uinũ Mysinum. Ad Axium enim urbem ibidem, quam Vulachis iungunt, Danubius nomen mutat, & Ister ad Pontum Euxinum usq; appellatur. Tertia uero Mysia Hellespontia non procul à Pergamo Galeni patria, cuius regiunculæ uina tantopere nusquam non magnificat.

Gauranum, Gaurus est mons Campaniæ non procul ab Auerno. Plin. lib. 3. ca. 5. Finitimos ponit Maßicos, Gauranos, & Surrentinos montes. De uuis autẽ Gaurani montis idem author lib. 14. cap. 3. Gauranas uuas, inquit, scio à Falerno agro translatas uocari Falernas, celerrimè ubiq; degenerantes. Et capite 6. eiusdem libri. Certant (puta de principatu) Maßica æque

ex monte Gaurano. Puteolos, Baiasq́; prospectantia.

Thuscum uinum, Neapolitanum uinum. De his Galenus libro quinto, de Sanitate tuenda commentatur his uerbis. Secundo à Signino loco sunt Adrianum, Sabinum, Albanum, Gabrianum & Tryphylinum. Praeterea omnia Aminea quæ in Italia nascuntur, & circa Neapolin & in Thuscia.

Amineum uinum. Vua aminea est ruberrima & in uepribus nascitur, qua fricatur impetigo & paucis diebus curatur, authore Scribonio. Est autem uinum Siculum, de quo Dioscorides libro quinto capite 19. hæc prodit. Caput tentant quæcunq; ex Amineis uuis fient, noxia stomacho sunt & inflationes faciunt. Et libro 4. cap. 1. de Compositio: κατὰ γένη. Vina planè Gilua & substantia pellucida, Falernũ, Tmolites, Arisium. His succedunt uetera cum ex albis & astringentibus inueterata sunt, ut in Italia Signinum, Marsum, in Sicilia uocatum ab incolis Amineum. Quinq; Aminearum uuarum genera Plinius libro 14. cap. 2. quasi penicillo suis pingit coloribus. Plura item apud Galenum in hoc quo uersamur capite, & apud Columellam libro 3. cap. 9.

Sapa. Galenus Græce scribit ἔμπαλιν δὲ παχεῖσ οἶνοι καθάπερ τὸ σίραιον, ὅ παρ᾽ ἡμῖν ὀνομάζουσιν ἕψημα, id est, contra uero crassa uelut Siræum, quod

apud nos appellant decoctionem, & hæc est Sapa, mustum uidelicet ad tertiam usq; partem, uel (ut quidam uolunt) ad dimidium decoctum. Et infra capite 8. huius libri Sapam apud nos uocant Epsema, plæriq; medicorum Siræon Græce appellant. De quo & eius cum alijs permistione plura disserit. Dioscorides libro 5. cap. 6. ubi ait: Vina quæ à Græcis Aparachyta dicuntur, quibus admixta Sapa est, caput implent, ebrietatem faciunt, ægerrime difflantur, & stomacho noxia sunt, Et ibidem. Vinum quod decocto musto Sapam aut Siræum dicunt, nigrum quidem quod Melapsynthium uocatur, crassum, multiq; nutrimenti est. Vide Columellam libro 12. ca. 20.

Scibelites, Thereum. De utroq; uino Galenus li. 5. de Sanitate tuenda, meminit his uerbis. Quæ uina citra astrictionem nigra crassaq; sunt, quod genus sunt Scibelites & Thyreum (licet hic in Therapeutica Methodo, habeatur Thereum per η ita, literam, quæ latinis fermè in, e, uertitur, liquido tamen constat de eodem uino utroq; loco disserere) eo minus in uentre morantur, urinas tamen nec ipsa mouent, sed deorsum properant, itaq; etiam ante cibum illa sumunt. Proxima his sunt Therenum & Cyrienum. De Tyrio autem uino Plinius uno tantum uerbo meminit libro decimo quarto capite septimo dicẽs. Ab his (puta uinis Lesbijs

Chijs & similibus) dignatio est Sicyonio, Cyprio, Telmesico, tripolitico, Berritio, Tyrio &c. Strabo lib. 17 ad finem. Cyrenem, inquit, Therei condiderunt, qui ex Laconica profecti Theram insulam incoluerũt. Thera olim Calista dicebatur, ut Callimachus ait.

Nomine Callista primum, sed post modo Thera
Dicta fuit tellus, urbis origo meæ.

Albates uinum quære in Albano lib. 7. ca. 6.

Perperinũ. Sic legitur et Græce καὶ περπερίνιος. Linacrus 5. de San: Tuen: uertit Perperinium. Nigra uina quæ crassa & astringentia, ea longo tempore in uentre manent & fluctuationes in eo excitant, uelut quod in Cilicia Sybates, & quod in Asia natũ Aegausien uocant Perperinium. Perperenam aũt urbem Strabo lib. 13. non procul dißitam ab Antandro prodidit.

Cæcubum. Galen. dixit. ὁποῖος καὶ ὁ κούκουβος ἐπὶ τῆς ἰταλίας. Dios. li. 5. ca. 6. Vinum ait Cæcubũ dulce est, & Albano craßius, corpus cum amabili coloris bonitate augens, coctionem tamen impediens. Legit tamen Diosco: κέκκουβος, Austera dicens, uina & alba utilia in sanitate sunt sicut falernum Surrentinũ, Cæcubum, Signinum &c. Et Pli. lib. 14. ca. 6. Cæcubo erat generositas celeberrima in palustribus populetis, sinu Amiclano, quod iam intercidit, & incuria coloni lociq; angustia. Magis tamen fossa Neronis, quam à Baiano lacu Ostiam usq; nauigabilem inchoauerat.

Et libro 23. ca. 1. Cæcubum iam non gignitur.

Quando & iam austera & mediocriter alba cum inueterauerint fuluiora quodammodo redduntur, quod si aliter nominare fuluũ colorẽ uelis, licet uoces igneũ pallens. Quod uinũ quoddam genus eiusmodi uinorum ab initio, sicut aliqui putãt non est. Verum ex uetustate eò peruenit ut igneum colorem contrahat. Vnde ipsum quoq; nomen est sortitum. Non tamen eò omnia uina perueniunt, cum prius crassentur q̃ in perlucido flauorem accipiant. Hæc nemo intelligit nisi cum Græco cõferat. Commodum igitur uidetur Græca subscribere, ὅπου καὶ οἱ αὐστηροὶ καὶ μετρίως λευκοὶ παλαιούμενοι κιῤῥότεροί πως γίγνονται, εἰ δ᾽ ἄλλως ἐθέλεις ὀνομάζειν τὸ κιῤῥὸν χρῶμα δύναιο ἂν λέγειν πυῤῥὸν ὠχρόν. Ὅς οὐχ ἕντι γένος ἐστὶ οἴνου τοιούτου ἐξ ἀρχῆς ὡς ἔνιοι νομίζουσι, ἀλλ᾽ ὑπὸ παλαιότητος εἰς τοῦθ᾽ ἥκων ὥς πυῤῥὰν ἔχειν χρόαν, ὅθεν περ καὶ τοὔνομα αὐτῶν, ἥκουσι δ᾽ οὐ πάντες εἰς τοῦτο φθάνοντες παχύνεσθαι. De hoc item lib. 5. de San: Tuen: inquit. Quod Hippo. κίῤῥον, id est, fuluum appellare solet, poterat & ξανθόν, id est, flauum appellare. Commodũ uero uinũ est & quod ὠχρὸν Græce, id est, pallidum dicitur utiq; quod medium colore est inter flauum & album. Quippe si flauum albo miscere libeat, quod etiam ambobus confit, pallidum euadet.

Nicomedia est urbs Bithyniæ à Nicomede condito.

re sic appellata. Cuius nominis plures huius reges extiterunt.

Aphrodisiense, uino giluo substantia pellucido succedunt in bonitate omnia uetera, cum ex albis & adstringentibus inueterata sunt, ut in Italia Signinū, Burtinum, Marsium, In Sicilia uocatum ab incolis Amineum, In Asia Aphrodisæum & Mysium Gal. lib. 4. ca. 1 de Compos. secundum genera. Strabo li. 13. scribit Aphrodisium sitū esse in promōtorio Pyrrha uocato nō procul à promontorio in quo Gargarus cōsistit, collis unus è uerticibus montis Idæ.

Tmolites. Copiose exequitur Gal. libro. 1. cap. 8. de Conpos. secundum genera. Si Falnernum ad manum non habeas, inquiens, aliud sumito colore fuluum, sed tenue substantia, ut pelluceat, cuiusmodi est Ariusium quod in Chio nascitur, & odorū uehementer Lesbiū in Mitylena paucū, in Eresso et Methymna copiosius meliusq; prouenies. Item qd' Falerno simile est Tmolites. Est & hoc tenuissimū, fuluū colore, dulce mediocriter nimisq; odoratum. Hoc inueteratum omnibus usui esse potest, quibus et Falernum. Insuper aliud Tmolites uinum est simile ei colore & substantia. Verū nec dulce nec odorum. Habet autem uim quandā astringendi, sed suauitate multo inferius est. Apud Plin. quoq; li. 14. ca 7. ita lectitamus. Nec Tmolio per se gratia, ut uino, sed cuius dulci admixto reliquorum duricia suauiuatē acci

piat ſimul & ætatem, quoniam uetuſtiora protinus ui dentur. Faciunt ad hæc Gal. uerba lib. 5. de San. Tuen. dicentis, Falerno ſimiles uires habere, quod Tmolitis eſt optimum.

Hippodamantium Plin. li. 14. ca. 7. inter tranſmarina optima uina ponit Thaſium: Chium, Leſbium. Secundo loco Sicyonium & ſimilia. Poſt hæc authoritas Hippodamantio, Myſtico, Protrope. &c.

CAPVT. V.

Ergo inſtitutū ſermonē denuo repetam⁹.

REDIT GAL. A PARECBASI. QVAM IN recenſendis ſemel uinis omnibus inſtituerat, ad Syncopes curatiōem. Differentiam interim apponens inter artem ſanitatis tuendæ & Methodum medendi. Traditq; ſpiritum triplicem diligenter eſſe cuſtodiendum. Et Præterea quacunq; ratione fieri poßit Syncopen excraßis, frigidis et incoctis ſuccis obortā, propugnandam.

In commentarijs de San. Tuen. oſtendimus fieri non poſſe ut id generabili corpori unquā contingat. Locū adduximus ſuperius ad finem capitis 10. lib. 10.

Si uacuatio uel alteratio ſenſim paulatimq; fiant, etiam correctio utriusq; ſenſim adminiſtrabitur. Huic finitimum eſt, quod ſcribit in expoſitionem Aphoriſ: 7. libro ſecundo. Quod corpora quæ longo tempore extenuantur, longiori tempore reficere oporteat,

atq; tenuiter, quod Hippocra: ibidem appellat lente. Quæ autem pauco tempore extenuata sunt ob humorum & spirituū euacuationem id perpessa sunt. In his celerrime ac plenius contingit reficere, cum fiduciam nobis præstet solidarum partium robur.

Ecplexis stupor & animi perculsio dicitur. Perichária, id est, Immoderata læticia. Descendit autem à περιχαίρω, id est, supra modum lætor, & περιχαρὴς dicitur supra modum lætus, gaudio perfusus. Scimus enim amborum occasione perijsse quosdam. Id quod luculenter indicat Plinius lib. 7. cap. 36. Marcus enim Lepidus Apuleiæ uxoris charitate post repudium & diuortium obijt. P. Rutilius leui morbo impeditus, nunciata fratris repulsa in consulatus petitione illico expirauit. Vt uero libro 7. ca. 53. testatur. Gaudio obijt Chilo, Olympiæ enim expirauit uictore filio nunciato, quod cap. 32. habetur. Sophocles & Dionysius iunior, uterq; accepto Tragicæ uictoriæ nuncio. Pudore Diodorus sapientiæ Dialecticæ professor, lusoria quæstione non protinus ad interrogationes Stilbonis dissoluta. Diagoras cum uideret tres filios unum pugilem, alterum pancratiasten, tertium luctatorem uincere, coronariq; eodem olympiæ die, in manibus filiorum animam efflauit. A. Gell. lib. 3. ca. 15.

Trium principiorum, Cordis uidelicet, Hepatis & Cerebri.

Caput

CAPVT. VI.

Age modo transeamus ad eos qui contrario.

GALENVS ABSOLVTA FEBRI SYNCOPALI *humorosa, commodum pergit docere quanta industria sit opus ad Syncopalem minutam demoliendam, innuens uteamuis non abesse uitæ periculo, si quod uiscus phlegmone laboret.*

Nasus acutus, oculi concaui lib. 10. cap. 3. explicauimus hunc Hippo: locum.

Digestio sæpe incidere assueuit. Vide Digestionis significata libro nono capite decimo septimo, nostrorum Scholiorum.

Quemadmodum fiat aër frigidus prius dictum est, libro scilicet 9. cap. 14.

Tali affectu laborantis iuuenis meminimus, lib. 10. capite 3.

CAPVT. VII.

Nunc reliquas occasiones quibus Syncope.

PROLIXIORI HOC CAPITE SVBINFERT *ordine reliquas caussas unde potißimum Syncope poßit conflari. Primam dolorem, secundam uigilias, tertiam immodicam uentris inanitionem, quartam motum eorum qui aliena loquuntur, quintam intemperiem principiorum breui Laconismo colligens*

ſola eſſe dolorifica quæ uehementer uel excalefaciant, uel refrigerent, et quæ ſubſtantiæ cõtinuitatem ſoluãt. Quibus autem artibus dolores mitigentur, tam diligen ter cõtexuit Galenus, ut planè ſemper ſui ſimilem, hoc eſt, admirabilem & magnificum medicum agnoſcas. Ad quam induſtriam nec adſpirarunt barbari medici. Quorum opera quoniã Ουκ ἀπόζει τὸν λύχνον, iam pridem è ſcholis ſuis eiecerunt exilioq; damnarũt Par rhiſienſes medici. Euenit enim medicinæ amatoribus, qui ſolos barbaros, horridos atq; impexos authores exoſcultantur, quod Ixioni, qui pro adamata Iuno- ne nubis inane ſimulachrum eſt complexus.

In calce libri: intellige finem huius libri duodecimi.

Itaq; cum nobis in alijs operibus de dolorum gene ratione ſit præceptum. Libro equidem. 2. cap. 2. de lo. affect. omnem hanc de doloribus tractationem copioſiſ ſime exhibuit.

Qui inſectilibus uel inſenſilibus uel incompactili- bus elementis corpus componunt. Aſclepiadis ſectato- res intelligit. De quibus in Therapeut. ad Glauconem hæc adnotauit. Si ex indiuiduo & uacuo iuxta Epicu ri & Democriti opinionem, conſtant omnia, uel ex quibuſdam corpuſculis, & meatibus. ſecundũ medicum Aſcepiadem (nam in permutatis ſolum nominibus, pro indiuiduis corpuſcula, ꝓ uacuo meatibus dicẽs ſimilẽ illis rerum eſſentiam eſſe uoluit) merito compoſita

Pharmaca manerent inalterabilia, quæ in nihil mutari, neq; omnino suam ipsorum qualitatem exuere possent.

Tum alibi latius disseruimus libro primo de Morbor. Differen: cap. 2.3.7. Et libro. 2. cap. 3. huius Therapeu. Methodi.

Demonstratum est à nobis in commentarijs de simplicium medicamentorum facultatibus. Et lib. 4. ca. 6. de Sympt. Causs. Vnde sequentia excerpsimus. Omnis affectus præter naturam ad naturalem habitum reducitur per contraria. Quemadmodnm rigor neruorm per caloris reuocationem. Quod si confertim hoc fiat non sine dolore perficietur curatio. Si uero paulatim sensu non percipietur ad naturalem habitum reditus. Haud aliter transitus ex naturali statu in eum qui præter naturam est, si affatim fiat, uiolentior est, & omnino dolorē excitabit. Si uero paulatim, sensum latebit.

Alibi est monstratum in lib: de Sympt. & Morbo. Caussis & lib. de loc. affect.

Picra Cholicum semel iuste purgare nō sum ausus. Consideret hic quiuis oculatus, quam non illico conueniat iustum & radicitus extirpans pharmacum ab initio. Deinde subit recordari quot Colicos uiderī fœlicissime liberari Hiera Picra primum sub mediocri dosi propinata. Vnde facile tot recrementorum feces

ut spectatatores obstupuerint redditæ sunt. Et ægris simul atq; picram bibissent, dolor & cruciatus desijt, qui minima impensa mortis iam ingruentis pedicas uitarunt.

De Rhoë disseruimus lib. 4. cap. 7.

CAPVT. VIII.

Ergo reuertamur ad affectus qui dolores excitant.

PRINCEPS MEDICORVM GALE. PROLIxius indicat uariorum curationem dolorū. Neq; uero oscitabunde transgredere lector humanissime locum, imò gemmam preciosam de torporem inducentibus medicaminibus, & hanc quidem Ringelbergij liberali & ingenuo homine sententiam dignissimā, qua huius generis singula theoremata pluris quā singulis Philippicis aureis inscribimus. Cui finitimum est quod elegantissimè docet de dolore mitigando, tum eo quem flatuosus spiritus, tum illo quem flatuosus spiritus & humor quispiam excitabit. Pro coronide demum perspicue monstrat quibus remedijs mederi doloribus possis, ex siccitate ortum habentibus. Quibus addit quatuor Conuulsionis species in uniuersum reperibiles.

Vide præterea locum de doloribus elegantissimum Epidemiorum li, 6. Par. 2. apho. 2.

Auertendus in diuersum sanguis est tum per pro-

pinqua deriuandus, dictum prius est lib. 5. cap. 3. huius Methodi, ubi hæc leguntur. Auertitur autem sanguis atq; ad alia membra conuertitur, tum ad proxima deriuatus, tum ad contraria reuulsus, illum Parocheteusin, hūc Antispasin uocant. Deriuatio ad uicina fit, cū id quod per palatum uacuatur per nares transfertur, ad contraria reuulsio fit, cum id ad inferna reuellitur. Rursum quod per sedem profluit, id per uuluam deriuamus, sursum uero reuellimus. Et infra lib. 14. ca. 8. Quod in Priapismo uomitorijs in linguæ uitio subducētibus utimur, id partium situ indicare manifestum est. Nam auersionis in contrarium, quæ ab Hippo. Antispasis dicitur, non à substantia, sed à curandi membri positu inuentio præstatur. Manardus lib. 12. episto. 5. addit sectionem uenæ interioris cubiti eiusdem lateris iu Pleuritide à reuulsionis ratione nequaquam cadere cum ab interioribus ad interiora sanguinem euocet. Est enim reuulsio uacuatio quæ fit ad contraria, fit igitur à dextro ad sinistrum, uel è contrario euulsionem his uerbis adumbrat Gal. in libro de Curatione per sangui: mißi: Plenitudines à suppreßis mēsibus ortas, omnino per crura euacuabis, siue uenam euacuare oporteat, siue scarificare. Sectæ enim in cubito uenæ mulierum reuellere purgationem assolent. Neq; euacuans uenæ sectio reuulsiuæ aduersatur. Sed potius euacuās locū generis obtinet. Vacuatiua enim est quælibet uenæ

sectio, non semper tamen est reuulsiua, sed tunc à reuul sionis ratione cadit, cum uel ex ipsa patiente particula fit, uel ex ea quæ illi est proxima. Tunc enim non Antispasis, hoc est, reuulsio, sed parocheteusis, id est, ad propinqua deriuatio, utraq; tamen auersio dicitur. Tantũ autem abest, ut auersio repugnet uacuationi, ut quandoq; sola sufficiat ad uacuandum. Euacuatio enim non solum per affinia & propinqua perficitur, sed per seiuncta etiam si absq; extractione sanguis ex loco patiente ad alium locũ transferatur. Parocheteusios aliud exemplum habes lib. 6. de Sanitate tuenda. Decidentibus in aures aut oculos à capite excrementis, deriuatio per uicinas partes (parocheteusin Hippocrat: uocat) molienda est, ac ad nasum potißimum trahenda, quæ in has partes feruntur. Sin ad nasum non sequuntur, ut os ipsum, utiq; per quæ pituitam eliciunt, sicuti ad nasum tum per ea quæ sternutamẽta mouent, tum quæ eius obstructiones aperiunt.

Epicrasin descripsit Galen. lib. 9. ca. 10. ad finem, significans uiciosi succi curationem esse Epicrasin paulatim quod uiciosum est uacuando, & paulatim inuicẽ quod salubre est, pro eo reponendo.

Allium qui parum id experti existimant maiorem q̃ cepas sitim excitare, sed planè per errorem, cum nec omnino sitim faciat. Quanq̃ aliter sentit Diosco: lib. 2. cap. 141. dicens. Allium calefacit in cibo, excernit, pe=

ditus pellit, aluum turbat, stomachũ siccat, siticulosum est, inflationes gignit, summam corporis cutem uariat, & claritati oculorum afficit.

Anseris seuum in oleo liquare. Cum hac colludentẽ curam prodit Gal. lib. 8. ca. 5. huius Methodi.

De Sapa & Sireo satisfecimus lib. huius cap. 4.

Collyrium quod ex Cinnamomo conficitur. Cinnamomũ enim oculis est amicũ. Dios: li. 1. ca. 13. dicente. Purgant omnia cinnamoma quæ oculorũ claritati officiunt. Seruantur etiam & ut perennent: trita uino excipiuntur, exceptaq́; in umbra siccantur. Id quod agnoscit et Macer ille, qui priscum Macrũ imitatus, scripsit herbarũ naturas aliquot. Si iungitur illis, dicens:

Quæ curant oculos, humores siccat aquosos,
Si bene contritum forti miscetur aceto.

Ego uero oleo quopiam tenuis substantiæ uti assueui rutam incoquens, quo per sedem infuso excernunt humorem uitreum, atq́; ex hoc protinus simul et à dolore, & ab affectu liberantur. Simili enemate plærosq́; frequentißime & nos et præceptores nostri sæuißimis cruciatibus intestinorum liberauimus. Qualia multa, quæ nonnulli tanquàm secretißima celant discipulos suos, arabicarum ueniarum fastiditor è Galeni promptuarijs nullo labore petere potest. Hoc uero de quo in præsentia agimus, in se ipso Galenus testatur aliquando expertum libro 2. cap. 1. de loc: affect: dicens.

Memini mihi ipſi dolorem accidiſſe uehementißimum ut uidere mihi uiderer in intimo uentre terebro perfo rari, ſimiliterq; in ureteris. Iniecto itaq; rutaceo oleo, cum id paulo poſt excernere tentarem, excreui ſimul grauißimo cum dolore humorem uitreum à Praxago ra appellatum. Quippe uitro fuſo tum colore tum ſub=ſtantia haud abſimilis erat. Equidem putabam lapidem in altera ureterarum impactum, adeo erat, ut mihi ui=debatur doloris ipſius ſpecies perforanti ſimilis. Atqui uacuato humore doloreq; ſedato manifeſte conſtabat, neq; lapidē fuiſſe cauſſam, neq; in ureteris aut renibus locum fuiſſe affectum: ſed in inteſtinis potius, præcipue uero craßioribus &c.

Eius generis maximè eſt puſſanæ cremor. Hac do ctrina fretos uidi, qui loco cremoris huius ſuccedaneū Titum ſiue ceruiſiam bonam clyſteri infunderent. Mi=rabiliter enim obtundit & hebetem facit cholicum do=lorem oleis & pingui decenti ſimul confuſis.

Quorum exemplum in priori lib. 11. uidelicet, cap. 9. & lib. 11. cap. 7.

Cæterum per quam difficilem eſſe uel potius qui cu rari omnino non poßit cruciatum & diſtenſionem. Ad hoc alludunt quæ ſuperius copioſe annotauimus lib. 10 cap. 10. ad finem.

CAPVT. I.

SCHOLIA IOHANNIS AGRICOLAE in Librum decimum tertium Therapeuticæ Me=thodi Galeni.



SCOPVS VNIVERSALIS HVius libri habet curationem Phlegmones. Primum tamen Gal. quædam theoremata ostendit non tam Phlemonæ quàm in universum apostematibus omnibus profutura. Placuit uero ijs qui libros hos in capita secuerunt: ut hunc librũ decimumtertium in tres Tomos discerperent, & cuiq; sua capita addicerent. Quorum primus & secundus satis breues existunt, tertius autem longißimus.

Caput primi Tomi primi. Ostendit quomodo hæc quæ libris seqnentibus est edocturus cohæreant cũ præcedentibus in quibus curã Solutionis continui, & temperaturæ uiciatæ demonstrauit. Post hac de tumoribus præter naturam, in quibus partes à naturali habitu in quãtitate recesserunt liberaliter sermocinabitur. Quorum primam facit Phlegmonen. De qua aptius uisum est disserere, ut quæ & frequentißimè incideret, & febres subinde accenderet.

Phlogosis simpliciter inflãmatio quæuis dici potest.

Quæ quamuis pro Phlegmone à Celso posita sit: pro phlogosi tamen aptius ponenda censetur. In hanc sententiam Galenus libro 1. cap. 12. dicit. Phlegmonen in præsentia non nominamus pro ueteri more partium ueluti inflammationem (sed hæc est phlogosis) sed rubentem renitentemq́; tumorem, & qui dolorem inferat. Paulus libro 4. cap. 25. Placata, ait, phlogosi flammeo ardore in carbunculis cerotæ cephalicæ sunt adhibendæ.

Phlegmonen enim hæc necessariò consequuntur. 1. inflammatio. 2. tensio laborantis particulæ. 3. renitentia partis phlegmone obsessa. 4. auctior ut sit pars ea quàm pro naturali habitu. 5. dolor. 6. pulsationis sensus præcipue cum suppurat. 7. rubor in parte quæ phlegmone laborat.

CAPVT. II. TOMI. I.

Etenim demonstratum est phlegmonen.

GALENVS LIBRO SECVNDO CAPITE *sexto huius Methodi, Erasistrati explodit in generatione phlegmones sententiam. Explicat autem alter locus alterum, proinde alterutrum cum alterutro puto conferendum esse, & clarißima erit cuiuis Galeni sententia. Est, inquit, phlegmone aut genita: ad cuius curationem uacuatio redundantis in particu-*

la phlegmone obsessa sanguinis necessaria est. Aut in generatione adhuc est: & tunc quod generatum est Methodo caratiuæ subijcitur. Quod in generatione adhuc est, parti medicinæ quæ futurum morbum præcauet.

Prouisionis & tutricis rationem sanitatis exprimunt nonnihil ea quæ libro II. cap. 2. ad finem superius annotauimus.

CAPVT.III. TOMI.I.

Ac cõmunis omnium phlegmonarũ generatio ex sanguinis influxu est, copiosioris, q̃ sit parti ex usu, ueluti de in æquali temperamẽto ostendimus.

IBIDEM AVTEM HAEC MEMORAT. Phlegmone est inæqualis temperies masculi. Feruet enim iam qui in eo est sanguis. Is secum excalfacit primũ quidem, ac maximè arteriarum & uenarum tunicas: mox uero omnia quæ extra has sunt, quibus scilicet circumfunditur. Ita duorum alterum necesse est sequi, ut si fluxio uicerit, corruptio sequatur uictorum corporum, sin fluxio sit uicta, ut musculi ad naturalem statũ redeant. Duplex hic incidit curationis genus, quod uel

digeretur quicquid humoris in particulam procubuit, uel concoquetur.

Copiosior sanguis influit, alia uel alijs particulis eum mittentibus, ac ea quæ phlegmone laborare incipit recipiēte. Quomodo humores ad partes imbecillas transmittantur Gal. mirus uniuersæ medicinæ artifex primus indicauit. Cuius uerba ex lib. 2. ca. 6. de Morb. caus: non grauabor adscribere, inquit. n. Omnes huiusmodi morbi (loquitur autem de tumoribus præter naturam) nascuntur, depellente semper natura id quod abundat in partes imbecilliores. Id quod plures ex maioribus nostris, licet iam antea dixerint: transmissionis tamen modum non declarauerūt. Atqui naturam ratione præditam dicere uidebimur, si ita simpliciter eā, quicquid inutile est, ex robustis ad infirma depellere ꝓnunciauerimus. Sed in morbis qui fœliciter iudicantur, huiusmodi quandam facultatem haud obscure depræhendimus. Quis uero sit huius facultatis modus, ut maiores nostri non satis explicauerunt, ita nec potentias quidem naturales ad amussim demonstrare potuerunt. Nimirū quot qualesuè sint, & quæ sint singularum munia. Alia enim familiare sibi alimentū attrahit, alia retinet, alia alterat, alia id quod redundat excernit. Cum etiā duplex sit excremēti genus, aut enim quantitate offendit, aut qualitate. Quum deniq; omniū

corporis partium non æquale ſit robur (quippe prin=cipes partes ſtatim ab initio rerum natura maiori ro=bore dotauit) rationi conſentaneum uidetur, ut in cor=poribus impuris, & quæ excremētis abundant, aliquid defluat in partes imbecilliores. Cum enim excrementū à robuſtiore quaq; parte ſic expellatur, ut nusq̃ conſi=ſtere poßit, in partem dilabitur omnium maximè imbe=cillam. Quæ aut illico quum formaretur animal noxā ſubijt, aut poſtea læſa fuit, aut etiam ſuapte natura ta=lis eſſe decuit ut cutis. Hæc enim eſt tegumen, tum ani=malis & nullis actionis gratia creatum, ſed ad uniuer=ſi corporis ſuſcipiendum excremēta. Hæc rurſum bre=uiter in li: de curat: per ſang: miß: ſic extulit. Infirma natura pars prompte grauatur, ſi uel paulo modò plus aceruetur in ea excrementi. Itaq́; pars quæuis ad ex=cretionem recrementorum per uenas inibi ſitas tanq̃ per canales inſurgit. Porrò ſiquidem propellitur gra=uis ſanguis, ſiue alius quiuis ſuccus ad propinquam ue=niat partem neceſſe eſt. Vbi rurſum duorum alterum eueniet. Aut inconcoctus corruptuſuè in aliam tertiam haud tranſfluet, aut ſi neutram adſequatur, denuo ex parte ſecunda in aliam labetur, atq́; iterum ex illa in aliam, neq́; ceſſabit quoad in talem quampiam illaba=tur, quæ amplius ex ſe propellere quod in ipſa redun=dat, nequeat.

CAPVT. I. TOMI. II.

Quinetiam omnium tumorum qui præter naturam sunt.

TOMO HOC PHLEGMONARVM CONsiderationem enotat Galen. quæ in adenosis & non adenosis partibus oboriuntur. Primo tamen capite generatim tãtum species atq; curatiuas indicationes tumorum præternaturalium uenatur rhetibus, indagine & catulis sequentibus.

Varietas tumorum ex eius quod influit natura nascitur, ubi enim flatulenta materia copiose accessit, tumores flatuosi generãtur, si sanguis copiosius manauerit phlegmonæ similes tumores fiunt. Flaua autẽ bilis abundans plus cæteris humoribus, Erysipilati similẽ tumorem excitat. Pituita præcellens tumidum œdema causabit, crassius item uel lentus humor, scirrum generatur.

Contemplaberis autem, num Phlegmone excitetur propter calorem aliquem, præter naturã in particula quapiã, uel an Phlegmõe excitetur ꝑpter dolorẽ particulæ ipsius, & rursum, num uicina aliqua particula sanguinẽ largius ad Phlegmonẽ transmittat, uel quod dolor sit in parte quapiam, propinqua Phlegmone. Deinde perpendendum num corpus totum pletoricum sit.

CAPVT.II. TOMI.II.

Nam tibi arbitror non excidit.

HIC GALENVS PHLEGMONAS ADEnarum omnes in ordinem digerit. Primum quãdo hi intumescunt occasione longinqui ulceris Secũdo etiam has quæ adenas, per se urgere cœperint.

Laxarum partium, hoc est, adenarum uel glandularum quatuor reperiuntur præcipui tumores, primo est Phygetlon, & est inflammatio Erysipelatodes, uel Erysipelas cum inflammatione, quem Panum à nostris uocatum dicit Celsus. 2. ad similitudinem figuræ, Phyma, quod tuberculum à Celso dicitur, uocant eum qui cito augetur & ad suppurationem accelerat. 3. Bubonem uocant simplicem eorum locorum inflammationẽ Hæc Io. Manardus lib. 7. Epist. 2. ex placitis Gale. 4. Strumæ, scroffulæ, uel Græce Choerades sunt indurati à pituita adenes. Gal. tamen hoc loci appellat Phlegmonen scirrhosam.

Hapsus descriptus est lib. 7. ca. 4. et lib. 10. cap. 9. in Peniculi explicatione.

Macedonicũ pharmacum solo thure superat tetrapharmacũ, qđ li. 4. ca. 5. adduximus. Et secũdũ Paul. Aegine. li. 7. cap. 17. cõficitur in hũc modũ ceræ, colophoniæ, picis, seui taurini libanoti æquas portiones eliquãs et tollens ab igne, applica & affinge libanotum.

Manu Laborante scarificabis crura, altero crurum

male habente reliquum. Sunt qui nostra tempestatẽ eiusdem in quo locus affectus est, lateris uenam perpetuo secandam esse autumant. Ioannes Manardus tamen libro 12. Epist: 5. contrarium probat. Et quia non temere ab antiquorum authorum decretis recedendũ puto, præstat illius uerba subscribere. Non est, inquit, ab initio repudianda sectio uenæ eiusdem lateris, quia simul cum auersione euacuet, imò propter hoc quæ ex aduersa parte fit ex Galeno doctrina eligenda. Sed quẽ admodum ego puto non est nephas in nostra regione quandoq; recedere. Quis enim nos merito culpauerit, si simultaneã sanguinis uacuationem cauentes, nec tantum sanguinis auferre semel uolentes, quantum necesse est fluere, si is qui in phlegmone continetur extra duci debet, contrariam patienti lateri uenam, reuulsionis potius gratia quàm euacuationis sanguinis in tumore contenti primo secuerimus. Deinde uel eodem uel altero die per eiusdem lateris uenam reliquum abstulerimus. Præsertim si pestilentialis fuerit, hoc est, uagans & perniciosa Pleuritis, in qua sanguis quantum fieri potest longißime à principalibus membris distrahendus. Quod per tali magis sectiones fieri, quàm alterius uenæ nemo ignorat. Detrahi quoq; sanguinem per inferiores uenas posse, idem Manardus refert, si menstrua purgatio uel hæmorrhoides cessarint: Neq; hoc multum à Galeni dogmate abhorrere.

Non in

Nam in libro per uenæ ſectionē curatiuo, in utroq; caſu uere crurum uenas ſecat, & quod quiſpiam magis miretur, in Comiciali uertiginoſoq; morbo laborantibus, in quibus tamen minus timendū ex humoribus ſurſum latis eſt q̃ in peſtilentiali pleuritide. Nec eā q̃ ex cōtrario latere ī uenæ pleuritide ſectionē uſq; quaq; uitupat Gal. ſed ei quæ per rectum fit cōparans, uel parum iuuare dicit, uel poſt tempus, quæ certe uoci faciunt quin quādoq; bona ex cauſſa commode fieri poſſit. Nec ea per cruris uenas ab eodē fit latere, ab Hipp. dogmate recedit, iubētis per rectū ſemper fieri oportere euacuationes, ſi & ipſa per rectū fiat. Nec a Galeni, qui manu patiente ex altera manu ſanguinē trahit, uel ex eiuſdē lateris pede, & pede inflāmato, uel ex altero pede, uel ex manu eiuſdem lateris. Videntur aūt ambo eiuſdem lateris ſectionem pferre, eo quod p unicā ſectionē uolunt ſanguinē in inflāmatione exiſtentē cito e corpore extrahere. Hoc igitur intentione ceſſante, quæ ceſſat in hac noſtra Italia, in qua non adeo copioſis ppterea utuntur uacuationibus, quod corpora noſtra imbecilliora, q̃ ut eas ferant nunc inueniūtur, nō magnopere aberrare uidetur, qui aliam uenam maioris reuulſionis gratia ſecuerit. Prætera magis conuenit cū uena interiore unius brachij, uena interior alterius, q̃ cū humerali, ſed hāc ſecari Gal. cōcedit īteriori uł media nō ſe bñ oſtēdentibus. Oriuntur ſiquidem ambæ axillares ex uena

concaua priusq̃ in iugulares diuidatur, humerales uero postq̃ in iugulares est diuisa. Quare necessarium est ut sanguis, qui a subcingente mẽbrana, inqua pleuritis fit, euacuari debet, anteq̃ per humeralem transeat, super axillaris utriusq; exortũ ad iugulares scilicet usq;, quæ supra collum extra thoracem sunt, ascendat, Breuior igitur omnino & expeditior uia est, ab una axillari ad aliam q̃ ab humerali ad eiusdem lateris axillarem, Ad quod facit etiam axillarium amplitudo, quæ non parũ humerales uincit, Per maiores enim canales & ductus æqua humores moles citius & prompcius educitur. Ad de quod per humerales prius descendit, sanguis qui in iugularibus propinquisq; eis locis continetur, q̃ is ascẽdit, qui est inferioribus. Porro euacuationes, undecunq; fiant, in uniuersum animalium corpus distribuũtur, licet non æque celeriter, neq; similiter ex omni uena. Igitur uena alterius brachij secta licet non æque cita neq; simul, utilitas tamen non negligenda sequetur. Quæ si non fuerit tanta quanta desideratur, hoc est, non quanta sectione ab eodem latere ad mutationẽ usq; coloris sanguinis facta, erit tamen securior, Magis enim cauere debemus (ut Gal. ait) ne uires resoluantur, q̃ studere ut sanguis abundans euacuetur. Hieremiæ Threuiri Brachelij medici Louaniensis in disceptatione cũ Brisotto & Leonardo Fuchsio, de missione sanguinis in pleuritide, iudicium.

Tollerabilior esset Brisotti & Fuchsij sententia, si ita dixissent. Vix raro medici aduentus præcipitatũ potest anteuertere cursum. Rursum raro est multa corporis plenitudo, raro ualẽtissimus influxus, raro ergo in pleuritide usu uenit in contrarium reuulsio. Sæpe sat est deriuatio, aut alioqui sufficit scorificatio & cucurbitulæ. Attamen id multo magis q̃ in interius, in exterius debebant dicere omnibus nec eam deriuationem Reuulsionem dicere debebant, aut si reuulsionem non tamen in contrariũ reuulsionem. Neoterici aũt (hoc est Practici Italici) tam acriter insimulandi non erant, qui interdũ aliam in oppositum reuulsionem in pleuritide obirent. Vehementer laudandi quod corporum differentiã animaduerterent. Gal. enim in hoc. 13, libro bis ad partes quæ maxime longinquæ sunt semper auersionem facere iubet, Alibi reuulsionem in maxime lõginquum præcipit, non solum laudatæ purgationis, sed & frictionis & sanguinis missionis adiectis exemplis. In lib. quoq; de phlebo, crure inflãmato non solum brachium uinculis corripit, sed cubitum quoq; secat, Phlebotomia igitur nõ secus q̃ purgatio longißima requirit. 5. Therap. & 5. Aphor. 67. & rursum capite de reuulsione. In summa reuulsio molienda est humoribus sursum fluentibus deorsum, deorsum uero in contrarium, intro autẽ uergentibus foras, ac rursum foras ruentibus intro, sin ad dextram inclinent ad sinistrã, in sinistrã uero euntibus

in partē aduersam. Reuulsio præterea male diuiditur à Brisottanis in eam quæ fit in longinquum, & alterā quæ in uicinum, Reuulsioni enim proprium est ut semper in contrarium siue in longinquum fiat. Male item abstulerunt reuulsionis usum ab interius phlegmonis cum id potius ab exterius facere debuerant. Quia interna particula nobilior & eius partis molestior est affectio, & propter atrociorem dolorem fluxus in eam magis superfluit. Vnde non reuellimus in Bubone pestifero, quia natura huc quasi in sentinam quandā totum contagium coepit deponere. Hic bis peccant Brisottani. Primo quod molliorem influxum per contraria reuelli uolunt, non per uicina auerti. Secundo quod uehementiorem influxum per uiciniorem cohiberi satis putant. Porro non pro inflāmationis diuersitate, sed influxionis modo reuulsio ac deriuatio uariat. Id etiam Hipp. indicat, qui dum in contrarium uel longinquum reuulsionis tempus sumit ita reddit. Dum uel ualenter uel maxime materia irruit, fluxus autem impetus pro corporis ferè contingit plenitudine. Ob id Gal. ubi cōtrarij cruris admonuit, plethoricum corpus præscripsit. Et ubi ad partes maxime longinquas auellendum præcepit, eandem conditionem adscripsit dicens. AEstimata tum phlegmones magnitudine, tum totius corporis statu. Et in lib. de phlebot. ubi propter capitis instantes affectus uel malleolum uel poplitem secaret, eorum qui

annua uertigine uel epilepſia præhenderētur exempla elegit. Sic ubi cubitum incideret podagricorum meminit. Errāt īſup Briſottani, quādo putāt à longinquis præcipitatiori curſu aliquid admodū influere. Cū à proximis tantum id fiat, Alioqui etenim, tantū abeſt ut proximum uas ſecundum conuincant ut citius ſemotius ſecandum colligerent. Quare deriuatione uſum eſſe ſæpe ſatis eſt. Quod ſi nec ab his neq; ab illis īfluat amplius, nec periculum immineat, nec deriuatione nec reuulſione, ſed ſola eradicatiua euacuatione curamus. Quæ & ipſa nōnūq; fit deriuatio, licet ſæpe ab ea diſtinguatur

Emmota ſunt medicamenta liquida quæ concerptis linteolis excipiuntur, hulceribusq; induntur Paul. li.. 4. ca. 25. Emmotes appellat in maſculo genere filatim diſcerpta linamenta. Et li. 2. ca. 2. de Compoſ. κατὰ γένι legitur, Quod primus cuiuſq; medicaminis linteolis excepti (ἔμμοτον appellatur) uſus ex ibidem dictis ſcopis ſumatur.

Non Expedit protinus incidere. Eadem habet Paulus li, 4. ca. 22. Vigomus li. 2. Tract. 1 ca. 2.

Quidam in his quæ in axillis & bubonibus ſuppurant myrtei folij, plane non magni, ſpeciem ſemper excidi cutem iubent. Non enim ſimili figura quæuis particula incidenda eſt. Circularem equidem figuram in cauterijs obſeruandam in Carbunculis exurendis docet authoritate cuiuſdā periti Chirurgi Arzij, Vigonius li, 2.

Tract.1.ca.19.dicens Caustico medicamine perfectissi-me cauterizatur carbunculus etenim in carbunculo po-tissimum signum est uenenositatis intercidentis. Et ca. 21.Incisionem in capite iubet efficere æqualem,in occul to latam,in naso æqualem instar longintudinis nasi,pro pe oculum instar neomeniæ,in brachijs,digitis,inguini bus in longum,prope coxas fiat rotunda, in podice ad proportionem nouæ lunæ.

Linamentum quod ex mollibus fit Ellychnijs. Horũ facit mentionẽ li. 14.ca.4.huius Methodi. Si œdema,in quiens,sub spongia noua q̃ aqua ĩ qua sit aceti aliquid maduerit,non subsidat. Si nouæ copia non sit melius est eo,quod uulgus uocat Ellichniõ,utare. Id uero ante om nia molle esto. Quod genus Tarsicum est,quod utilius experiere q̃ spongiam. Madeat uero ex posca,quæ ali-quid habeat aluminis. Cornel. Celsus li.3.ca.15. De cu-ra Ascites ait. Ambulare sed magis modice oportet, ma lagma quod digerat impositũ habere,idq; ipsum super imposito triplici panno,fascia non nimium tamen uehe-menter adstringere,quod à Tarria profectum, seruatũ esse pluribus uideo.

CAPVT.III.TOM.II.

Nunc ad Sermonem de Phlegmone

GALENVS REDIT AD CVRATIONEM phlegmones partium non adenosarum. Nume-ratis autẽ repletionibus,adiungit harũ cuiq; me dicationẽ suã,de quibus ægimus etiã li. 4.ca. 4. De auer

ſionibus quoq; utiliter diſputat. Tẽpus inde adſtringentiũ & relaxantium (noſtri repercutiẽtia & reſoluẽtia appellant) medicaminũ, in Phlegmonis deſcribit, Addẽs quæ medicamina Methodo quæue experiẽtia fuit inuẽta. Cæterũ quia negotium inuolutum eſt, nos partitionibus, quo parabilior ſit hec intelligendi facultas, in hunc modum eſſe duximus utendum.

Phlegmone aut eſt facta cuius indicatio eſt, euacuatio ipſa prorſus.

Aut phlegmone eſt in generatione, cuius indicatio eſt, ante uacuationem, confluentis ſanguinis ad locum adfectum inhibitio. Ad quam rem, requiritur inuencio cauſæ, aut enim ex ipſa parte quam uexat phlegmone oritur, id q; fieri ſolet, quando calidior eſt facta, ſcilicet, Primo propter immodicum motum. Secundo propter ſolis, igniſue propinquitatem. Tertio, propter medicamentum acre. Vel phlegmone oritur, quando pars phlegmone adfecta urgitur dolore, & angitur. Aut propter intemperiem, quæ accidit, modo intrinſecus ex ſuccis ſcilicet, qui in corpore habentur.

Aut extrinſecus, uel animali uenenato, uel ab ambiente aẽre uel pharmaco uehementer excalfaciente referigerante ue.

Vrgetur angiturq; dolore particula, aut propter uulnus, contuſionem diſtorſionem, tenſionem, obſtructionem, ſpiritum ue flatuoſum.

Deinde oritur phlegmone, ex alia particula, & ho-

fit, quoniam ab alio quoppiã, uel ab alijs membris super fluum illi transmittitur, uel quando totum corpus est adfectum.

Libro de sanitate tuẽda prodita libris uidelicet 1. et 3.

Exuperantiam in febri uacuare non licet exercitatione nec unctione calida, nec multa frictione. De hac redundantia agitur li. 6. de San. Tu. dicente Gal. Quicquid eorum quæ in ipso sunt corpus affligit, duplici id occasione oritur, aut redundantia, aut succi uicio. Si redundantiæ uicijs ægrotet, huc uniuersa tendet uictus eius ratio, ut succos ad conuenientem modum reuocet, sin ex succorum uicio, ut pares eos faciat. Huc facit quod Hippo. 6. epidem, Par. 3. aph. 24. Prodici medici inscitiam damnat, qui febricitantes interfecit cursibus, luctis ac fomentis. Febrilis nanq; calor inimicus multis deambulationibus inediæ, frictioniq;. Non enim curatio per similia sed per contraria fieri assueuit.

Cui crura phlegmone laborant non est uel ambulatiõe uel cursu exercitandus. Hoc fusius monstrauit li. 5 de san. tu. dicens. Qui imbecillis sunt cruribus his superioribus partibus exercitari est satius Cheronomijs, acrocherismis, disci iactu, alterumue usu, præterea his omnibus quæ in palestra humi exercent. Quæ circa thoracem partes sunt, magis inferiorum exercitatione iuuantur, quæ circa uesicam & renes, superiorum.

Quæ morbos præcauet. Vide Scholiũ supra lib. 11.

cap. 2. ad finem.

Chalastica, Alia est ἀνασομωτικὴ & alia χαλαστικὴ uis apud græcos, diuersis quoq; uerbis latinis sunt reddendæ. Ideo Chalasticam communi usu laxaturam consueuimus interpretari Ανασομωτικὴ aliter est interpretanda. Ego reserandi uel aperiendi uim dixerim Manardus in 25. cap. li. 1. Dios. Vide plura superius lib. 4. ca. 7. His finitima sunt quæ Gal, li. 7. de compos. κατὰ γένος scripta reliquit. Vocantur inquiens, medicamenta quædam Relaxantia, Græce Chalastica, familiari omnibus prope recentioribus medicis uocabulo, inde nimirum sicut & nomen ipsum indicat quod tensas laxant particulas, quippe relaxari, ac intendi contraria inter se dicuntur. Quinetiam Hippo. hunc in modum scripsit. Cuti duræ emolitio, intensæ relaxatio conuenit, Nonnulla medicamina induratorum corporum malactica idest emollientia dicenda sunt, ea nimirum. quæ ipsorum soluunt duriciem, quemadmodum & relaxantia, quæ tensioni medentur.

Magis ad incipientes phlegmonas frigidis ad stringentibusq;, q̃ ijs quæ digerunt est utendum. Hæc ad satietatem usq; extulit. li. 11. ca. 15.

Tertius Tomus libri xiij. Vna itaq; indicatio ex ipsis.

N HOC TOMO GALENVS medicorum antesignanus agit de Phlegmones curatione, per indicationes inuestigandas, secundum membra, Et primo Laconico capitulo unam indicationem à similaribus partibus accipiendam instituit, alteram ab instrumentarijs. De prima antehac ubi de ulceribus lib. 3. cap 8. est tractatum satis est dictum.

CAPVT II. TOMI III. LI. XIII.
Cum enim Phlegmone duplici ratione a natura recessit.

DE INSTRVMENTARIAE PARTIS indicatione Gal. ratiocinabitur gnauiter ꝑpetuo hoc, quantum est reliqui, libro.

Indicationem uincit, scilicet quam in Erysipelate. Hic Chalcographi uerbum omisere. Sic enim habet in natiua sua lingua Galenus, ὁ τῆσ κενώσεωσ σκοπὸς ἐπικρατεῖ μᾶλλον τῆσ ἐμψύξεως οὐχ ὡς ἐν τοῖς ἐρυσιπέλασι. hoc est, Vacuatiõis indicatio refrigerationis indicationem uincit, non uidelicet ut in Erysipelatis. Sed quod ad finem addidit aureis litteris scribi meruerat, in hanc sententiam. Modice excalfacientia dolorem sedant, & quod contentum in laborante particula est digerunt, Dolorem autem mitigando augeri phle

gmonas uetant, digerendo quod earum iam conceptum est sanant.

CAPVT. III.

Quoniam igitur momentum omne laborantis.

Breui hoc capite, χάρις δὲ βαιοῖσι ὀπηδεῖ. phlegmonarum curationem à quatuor organicorum membrorum indicationibus instituit Galenus.

Laborantis phlegmone particulæ sanguis uacuandus est, Aut translato eo ad alias partes, id quod fieri solet ubi, uel ipsa pars phlegmone laborans sanguinem abigit, Vel partes sanæ ad se trahunt.

Vacuandus item est laborantis particulæ sanguis quãdo foras a corpore expellitur quod fit, uel sensibili effluxu, uel ratione tantum perceptibili, uidelicet per dyaphoresim.

CAPVT IIII

Ergo tum hæ indicationes phlegmarum,

Minori pomœrio, ut dicitur, etiam hoc capitulum circumscriptum, solum obiter proponit quasdam curandæ phlegmones indicationes, quæ tum instrumentalibus tum similaribus partibus sunt communes.

CAPVT V.

Quoniam uero (ut semper testati sumus)

NOn satis est ipsa uniuersalia tantum nouisse, nisi quis etiam in particularibus se exerceat. Sic Gal. plurium membrorum phlegmonas tradet curandas hoc capite per desectam uenam. Indicans q̃ cuiq; membro affecto incisa uena opem ferre poßit, tot fermè aureolis æstimandum caput, quot hic uerba funduntur.

Interna in dextro cubito uena non comparente media se cauda est. Quod si nec ea se ostenderet reliqua ac tertia est incidenda. Hæc uerba plurimum uidentur animare eos, qui uenam desectam semper oportere opinant in latere è directo affectæ particulæ respondẽte. Cum tamen maior affinitas sit dextræ & sinistre interiorum uenarum, q̃ humeralis cum alterutra. Oriũtur enim ambæ axillares ex uena concaua priusq̃ in iugulares diuidatur, humeralis uero postq̃ in iugulares est diuisa, quod ex doctißimo Manardo, 29. libri 13. Tomi. 1. capit. 7. satis aperuimus. Si quis uero obijciat, sequi errasse Galenum, qui non apparente interiori mediaq; cubiti uena, secare humeralem iubet non autem alterius lateris iecorariam. Respondet Manardus (li. 17. epist. 5.) nullam in eo loco (similiter etiam li. 2. de uictu morb. acut.) fecisse inter uenas duo

rum laterum comparationem, sed inter uenas eiusdem brachij diuersas, Alioqui uerisimile est, si una ex interioribus latet, similem quoq; alterius lateris pariter delitescere, Vel forte dicendum, quod directum aspectũ plus facere putauit, q̃ ꝓpinquitatẽ quod certe & ipse in multis suarum commentationum præ se tulit. Et Auicẽna cap. de uenæ sectione lib. 1. in coxendicis dolore exteriorem tali uenam non ob aliud interiori prætulit, nisi quod licet utraq; ab eadem uena oriatur, ab ea scilicet, quæ sub poplite est, illa tamen magis è directo respicit coxendicem.

Ceterum interna ne an media humeralis secando sit, an ea quæ iuxta malleolum est, an quæ in poplite id uero ex laborante particula indicatur, & definitum est in ijs quæ de incidenda uena scripsimus, Præstat igitur ex eo libro Gal. uerba audire, quæ sic habent. Podagricis, arthreticis, morbo comitiali obnoxijs, melancholicis quiq; sanguinem antea expuerunt, aut in thorace structuram sortiti sunt ad id malum idoneam, præterea uertiginosis, quiq; assidue corripi solent angina, peripneumonia, pleuritidibus, repatidibus, ophthalmijs uehementibus, aut ut in summa dicam, magno quopiam morbo, illiusmodi omnibus necessarium esse remedium, sanguinis minutionem arbitror confestim adhibitam post uirium atq; ætatis habitam rationem. Et paulo inferius. Monstrata ratione humeralis uenæ secandæ ubi super

riores pectore partes laborant, dolente uero latere, aut pulmone, aut septo transuerso, aut liene, aut iecore, aut uentriculo, eius quæ per alas ad cubiti iuncturã pertingit. Ii autem tres sunt loci mittendi ex cubito sanguinis interior, exterior, medius. Igitur interior utilis est in ijs, quibus inferiores collo partes patiuntur, Exterior uero in ijs, quibus quæ his superiores sunt, ut facies aut caput. Medius locus interdum utrasq; habet diductas uenas in ulteriorẽ partem brachij tendentes, ac deinde hic coeuntes, interim uero celeriter in unum mutuo cõgredientes, in ipso uidelicet iuncturæ flexu, ac nõnũq̃ obscuram earũ alteram, claram uero alteram, Itaq; ubi uena quæ parti affectæ propria est, obscurior fuerit, & ad mediorũ aliquã accedas conare, quæ a propria diducitur potius incidere. Et rursum, Sed quæ partes his inferiores sunt illis quæ per poplites & malleolos decurrunt uena secanda est, Sunt autẽ dictis inferiores coxẽdix, uterus, uesica, At renes cui parti adscribi debeant, ambigunt, Siquidem inferiores sunt ijs quas prius recẽsuimus. Superiores uero q̃ eæ quas secundo loco. Itaq; misso ex cubito sanguini interdum auscultant, ubi uideli cet recens fuerit phlegmone, copiaq; sanguinis adfuerit. Nephriticis eam quæ in poplite est secare expedit aut certe quæ in malleolis sunt. Vtero inflammato uenæ crurum, nam hæ menses promouent, Sed quæ ex cubito fiunt purgationes menstruas comprimunt, & san

guinem ad superiores partes reprimunt. Ischiadas curat quæ in poplite secatur.

Apophlegmatismus est medicamen, quo pituitam ex capite uel p os, uel per nares detrahimus. Cuius Alexāder Tralliamus li. 1. meminit, cum dicit. Quo crassorū ac tenacium & spissorū humorum in capite reliquiæ per palatū exhauriantur, præmissa purgatione uniuersali applicandi sunt etiam apophlegmatici. Cuius generis sunt pastylli masticatorij & Anagargarismi. Cauendum tamen interim est maxime, ne post eiusmodi apophlegmatismum laborans lauet, plurimum enim nocebit lauacrum.

At ijs quæ in Occipite sunt afflictis uena quæ in cubito est, nec non ea quæ habetur in fronte incidenda est ex lib. Sapho. 69. Hipp. Et li. 6. Epidem. Par. 2. apho. 17. ubi Hippo. inquit. Dolenti partem capitis posteriorem, in fronte recta uena incisa profuit. Quod est Leonardi Fuchsij sententia, remedium locale, & ad contraria reuulsiuum non secundum longitudinem aut latitudinem, sed secundū profundum hoc est ante & retro. Id qđ nisi prius corpus expurgas & uacuas adhibere nō expedit. Præcipue uero ubi corpus uniuersum cacochymium uel Plethoricum fuerit, Loquitur enim de eo dolore cum quo uniuersi corporis plenitudo non est coniuncta.

CAPVT VI.

Sed nec refrigerare inter inicia, aut astringere.

GALENVS VTCVNQVE BREVI HOC capitulo, satis tamen dilucide commemorat quatenus phlegmone grauatis partibus à principio refrigerantia & astringentia admouere & non admouere conueniat.

Stomatica li. 5. capit. 10. absoluimus.

CAPVT VII.

Sed & reliquus uictus ordinandus.

ET HOC PERBREVI CAPITVLO VIctus designatur eius qui phlegmone artuum, aut glandularum affligitur. Et rursum eius qui iecinoris aut uentriculi phlegmone laborat. In prioribus exquisitæ bonitatis uictum non desiderari præmōstrat Gal. In alteris uero exquisitißimum uictum agnoscit, propterea quod omnibus animalis partibus maximum incommodum siue non probe concoctum alimentum sit, siue non rite in sanguinem conuersum.

CAPVT VIII.

Nam expelli e iocinore oportet quicquid &c.

CONFIRMAT HIC GALENVS quod priori capite proposuit. Nempe epate phlegmone laborante, amolienda esse alimenta solida

ſolida & obſtruentia, in auxilium autem uocanda, cibos & pharmaca quæ obſtructa recludunt, in quorum cenſu ſunt ptiſana & oxymeli aqua mixtum. Vbi conſideratione aliqua digniſſimum eſt, quod Gal. unicus qui mortalibus tantum non perditam reſtituit rem, innuit Adſtringẽtia obſtruere caua epatis, q̃uisbisquæ in gibbis eius conſiſtũt, mutata ueniant & nõ uſq; adeo aſtringant, mordeant, aut lenta ſint. Eoquod prius ſint concocta, & ſanguini qui in iecinore eſt immixta.

CAPVT. IX.

An tibi Ad cõmunẽ Phlegmones orationẽ parua ex articulis differentia accedere uidetur.

GALEN. HIC SPLENDIDE MAGNIFIceq; *docet phlegmone egrotanti epati nõ nuda relaxantia, ſed aſtringente aliquo admixto medicamina eſſe applicanda. Quoq; magis id perſuadeat, Attali Theſſalij medici inepti, atq; erroris conuicti exẽplũ producit, ſummo odio digni, qui Gal. tãto uniuerſæ rei medicæ artifici & monitori acquieſcere noluerit. Rex uero Attalus, Pergamenſis & cõterranens fuit Galeni, & uixit multum ante Gal. uir omnigenorum medicaminum ſtudioſus, ut de eo teſtatur lib. 1. ca. 13. de Compoſ.* κατὰ γένη

In Traiani Circo. Gal. habet κατὰ τὸ τοῦ τραϊανοῦ γυμνάσιον. Circi tres Romæ fuerũt. Maximus, Flumineus, qui & appollinaris dicebatur. Circus Neronis in Vaticano, Subijciam autem quẽadmodum de circo Traiani Dion meminit, qui scribit in uita Traiani, Circum collapsum ampliorem atq; etiam elegantiorẽ restituisse. Quod ideo se fecisse inscripsit, ut Populum Romanũ capere posset. Et infra. Troianus in foro ingentem columnã statuit, siue ut ea pro sepulchro esset, siue in ostentationẽ eius operis, quod ille circa forum ægit. Cliuus surgebat, quẽ effossa quoquo uersus terra ita complanauit, ut undiq; columna conspiceretur (cuius altitudo Eutropio teste CLX. pedes habebat) forumq; deinde in ariæ modum æquatũ mansit, & infra Triumphalis arcus præter alia multa, quæ in honorem eius & decreta & facta fuerunt in illius foro substructus est.

De Myrobalanu piesmate ante hac dictum est li. 11, ca 16.

Cataplasmati uero id quod ex unguento & palmulis fit (myrobolanu piesma uocãt) Galen. simpliciter habet. τῷ καταπλάσματι δὲ μυροβαλάνου πίεσμα.

Iunci florem. Gale: habet σχοίνου τὸ ἄνθος. Nam ut recte Euricius Cordus adnotauit, potissimum flos in Iunco (nostri corrupte Squinantum uocant) medelis

utilis est. Hinc est quod Arabes nobis stramina tantũ elargiantur, flores uero apud sese retineant. Nam & Dioscor. li. 1. ca. 16. authore, floris, culmi & radicis usus est, leniter adstringit, frangit, maturat, aperit. Flores contra dolores stomachi, iecoris, & renum, in potione utiliter dantur & antidotis miscentur. Radix maiore ui adstringendi.

Narditidos radicem. Paul. enim li. 7. ca 3. & Dios. li. 1. & Gal li. 8. Simplic. Medic. Nardustachys, aiunt adstringentis habent quiddam substantiæ cum acrimonia nonnulla, & amaritudine leuiuscula. Eamq; ob caussam iocinori & stomacho eximie cõueniunt. Celtica tamen minus Syriaca adstringit. Montana quoq; uiribus est ad omnia inferior. Est autem caulium tantum & radicum usus, folia uero abijcienda sunt.

Cyperi hoc est iunci quadrati radices excalfaciẽtes & exiccãtes absq; mordacitate maxime usui sunt. Ita q; ulceribus quæ præ nimia humiditate cicatricem difficulter admittunt mirifice profuit. Habent enim quiddam etiam astringens, quapropter ulceribus item oris conueniunt. Habent & incidendi uim quandam, qua & calculo uexatis congruunt, & urinã mensesq; prouocant. Gal. li. 7. Simplic. Medic.

Feci quam Græci Tryga uocant, est uis & natura ualidissime adurere, exterere, ad cicatricem perducere, adstringere, siccareq;. Sic enim scribit Dios. li. 5. ca. 86. de fece. Si cocta fuerit, Cruda autem fex per se & cum Myrtho tumores reprimit.

Rubri, pro eo quod quidã Codices legunt, rubri, substituendum est. Rubi, Galen. enim habet βάτȣ. De quo tractatum est. li. 4. ca. 5.

Hyssopum Atticum, hic est Oesypos. Qui a nobis libro. 14. ca. 7. in Lana Succida explicatus habetur.

Apium adeo est calidum ut & urinam & menses cieat, flatus quoq; discutiat, fortius itẽ semen q̃ herba.

Asarum Baccare uocatur apud Italos, calefacit, ciet urinam, Ideoq; cutem subeuntibus aquis est accomodũ

PHV uel Cretica Nardus sine controuersia conijcitur esse nostra Valeriana. Quod autem paulo minor nostra apparet, q̃ descriptio habet apud Dios. regionis & influentiæ culpa est, non rei ignorantia. Ot. Brunfels.

Quod Petroselinon uulgo uocamus, uel Apium est ab antiquis dictum hortulanum, uel quicquid sit constat eius semen non id esse quod Theriacæ miscendum iussit Andromachus. Præfertur reliquis Gal. teste Macedonicum. Sed postq̃ Macedonico carendum erat, utinam Epiroticum haberemus, quod Galeni temproe (tãta erãt ueri æmulatio) in Macedoniã per Thessa-

lonicen apportabatur, ut pro Macedonico uendi posset. Recentiorum autem negligentia effecit, ut Macedonico & Epirotico carentes, Apij cõmunis semine pro eo utamur, Manardus li. 12. epis. 4.

Smyrnium à Romanis Olusatrũ, teste Gal. 8. Simplic. Medic, à quibusdam Hipposelinon agreste cognominatur. Ex eodẽ genere cũ apio est apio ualidius, imbecilli9 petroselino. Mẽses & urinas mouet. Reliqua uis eius apio & petroselino similis est. Quo circa & semĩe eius utitur ad menses, urinas asthmata siue anhelationes. Et li. 2. de facul. Aliment. Omnia quæ urinæ ciendæ potestatem habent Apium inter cetera familiarissimum est, & ori stomachi gratissimum, Equapium & Sium insuauiora. Nam Smyrnium insuauitate caret, ideoq; Romæ plurimũ uenditur, acrius longe calidiusq; q̃ Apiũ qn & aliquã odoris uim habet, quapropter & apio Sioq; efficatius urinam mouet. Ad hec mulieribus menses prouocat. Veris tẽpore caulem producit, qui crudus edendo est, haud aliter q̃ folia, quæ sola per hyemem citra caulem retinet, sicut & apium. Manardus li. 9. Epist. 3. in hunc modũ iudicat. Smyrnium quicquid alij sentiant, mihi est id quod nunc Alexandrum uocant, uoce ab Olusatro deflexa, florentiæ Maceronis, corrupta & ipsa à Macedone nominatione.

Meon Plinius & Officinæ Meu uocant. Exhibent

enim tenellas quasdã radiculas Aromaticas. Quamq̃ sint qui pro radice interpretentur, quæ ab Agyrtis circumfertur & uulgo Beerwurtz uocatur. Cuius ad modum feracem Hungariam prædicant, & quantum apparet, Anethi syluestris folijs & caulibus non dissimilis. Marcellus Virgilius hodie nusq̃ in Italia uideri Cordus Euricius in Germania frequentissimum asserit. Gal. li. 7. Simplic Medic. ita depingit. Huius radices perutiles sunt in. 3. cal. & siccæ in. 2. ordine. Proinde urinam mensesq; ciere uolentes hoc utuntur pharmaco. Sed si plusculum sumatur capiti dolorem mouet.

Cnicos folia habet oblõga, incisuris diuisa, aspera, aculeataq;, Caules cubitales in quibus capitula sunt magnitudine denarij, florem croco similem, semen candidum ruffumq; oblongum angulosum, Huius flore in obsonijs utuntur. Tunditur daturq; expressus ex eo succus ad purgandam aluum in aqua dulci aut gallinacei esculento iure stomacho tamen nocet. Et rursum. Coagulat lac. Cnici seminis succus, facit ad soluendam aluum efficacius. Dioscor li. 4. ca. 181. Ab officinis hodie appellatur Carthanius uel Crocus Hortulanus, nobiliorem esse aiunt omnibus medicinis purgãtibus, & quod pituitam uacuet citra timorem, Nam & Gal. li. 5. Salub. prefert Cnicum, Aloe in soluenda aluo seuũ per triduum adstrictam. Manard. li. 10. Epist. 15.

CAPVT. IX.

Vrticæ semen fœminarum locos aperit, aluũ molliunt urticæ folia marinis conchulis cõcocta. Inflationes soluũt, & urinam cient.

Mercurialem quæ Græcis Linozostis dicitur. Plinius.li. 25. ca. 5. tradit aluo soluendæ, uel in febri decoquendam esse, quantum manus capiat, in duobus sextarijs aquæ. Et ad dimidias bibi sale & melle admixto, nec non cum ungula suis, aut gallinaceo decoctum salubrius. Purgationis caussa putauere aliqui dandum, siue cum malua decoctam. Et infra capi. 14. Satius est Mercuriali, aut urtica, aut Cnico, aut talium aliquo, phlegmone quapiam intus consistente, aluum subducere q̃ aloe.

Epithymon durioris & Satureiæ similis flos est. Potum cum melle pituitam bilemq; nigram per inferna purgat, priuatim Melancholicis & inflationibus accommodatum. Acetabuli mensura usq; ad drach. 4. cum melle saleq; & exiguo aceto Diosco li. 4. ca. 172. Dosin ipsius Gal. li. 14. cap. 9. huius Methodi aperte ostendit.

Filiculam Græci polypodion uocant. Et nascitur in muscosis petris & uetustis arboribus earumq; truncis præsertim quercuũ. Purgandi uires habet, daturq; ad purgationem cũ gallinaceo, piscibusue, aut beta, aut malua elixa. Sicca eadẽ & in farinã trita conijcitur in mulsam aquã, bibiturq; ad purgãdã pituitã & bilẽ.

In Mollissimum puluerem redactis. Potissimum ijs quibus urinam promouere intendis. Id quod exigunt etiam ea quæ menses purgant. Scribit enim in lib. de Cura, per sang. Miss. Mulieribus mẽses abunde prouocant Nepita & pulegium. Exhibebis ea in melicrato cocta, sed antea contusa, arida, cribroq; subtili discreta, ac rursum trita usq; dum pollinem tenuitate referant ita deniq; melicrato insperge, atq; à balneo inuolutis adhuc linteo propines. Valẽtiora sunt Sauina & Dictamum, ceterum usus ante dictis similis

Colocynthis græce, latine agrestis cucurbita dicitur Hæc fert fructum in orbem circunactũ egregie amaritudinis, quem carpsisse oportet, in pallidiorem colorem mutari incipientem. Habet interius Colocynthidis farctum, purgãdi uim quatuor obolorum pondere cum mulsa aqua nitro myrrhaq; & melle cocto in pillulas, deuoratum, & infra. Stomacho inimica Colocynthis est. Sedi etiam subijciuntur ex ea balani ad euocãda alui excrementa. Diosco. li. 4. cap. 71.

Centaurium minus à Romanis febrifugia dicitur, radicem paruam habet nullius usus. Potum decoctum eius per inferna billiosa trahit & crassa. Clyster idẽ contra coxendicis dolores utiliter infunditur, sanguinem educens, eoq; educto dolorem leuans. Diosco. li. 3. cap. 7.

CAPVT X.
Nobis autem uitandi eiusmodi errores sunt.

GALENVS SVMMVS MEDIcus, atq; extra omnem ingenij aleam positus, sequentibus capitibus indicationes describit (quã tractationem ferme uniuersam Amethodi Thelaßij respuebant) à laborantibus membris expetendas. Addens quod renes facile, ubi quis cibo qui crassos & lentos succos efficiunt, utatur, scirrho obnoxij fiant, facilius lien, omnium uero facilimum iecur. Sunt igitur horum affectuum medicamina quæ dissecant, dissoluunt & comminuunt.

Quæ obstructiões eruunt & detergent in opere de Simplic. me. exposuimus. Extat locus li. 5. ca. 11. 12. 13. De sani. tu. li. 3 non admodum à fine procul. Qui uero cibi succos lentos & crassos generent describuntur li. 5. de Sani. Tuen.

De reprimentibus & resoluentibus phlegmonas medicamentis plura attulimus li. 11. ca. 15. ad calcem.

Ceterum è re tua fuerit suauißime lector, ut te cõmonefaciam ne per incuriam præteruoles, aut parum præsenti animo postremam huius capitis partem relegas. Quæ enim de adstringentibus, confortantibus, & relaxantibus medicamentis disserit si interna bona ingenui hominis respexeris, nullo auro æstimanda amplexaberis.

CAPVT XI.

Ergo nec lienem tantum relaxantibus curare oportet.

HIC GALEN. VIR MIRE DEXtri ingenij iudicijq; exacti, discussa difficultatis nube, docet per collationem indicationum discrimen, quæ sumi possunt à iecinore & liene Phlegmone aliqua laborantibus.

Capparis fructus elixus in cibo stomacho accommodatior q̃ crudus est. Minuit lienem semen eius quadraginta diebus pondere drach. 1. cum uino potum. Cruenta excrementa alui & urinam trahit. Succurrit potũ capparis semen coxendicis doloribus, resolutisq;, nec minus ruptis conuulsisq;. Menses trahit, & capitis pituitas per os purgat. Coquitur semen eius, colluuntur q; de cocto illo utiliter in dolore dentes. Cortex contra prædicta omnia itidem prodest. Cum hordeacea farina hydreleo subacta, lienosis emplastri modo imponitur. Diosco. li. 2. ca. 164.

Eupatorium limatius absoluit Nicolaus Leonicenus in lib. de morbo Gallico, dicens Herba que est uerum Eupatorium à pluribus creditur esse Argemonium, atq; ideo corrupto uocabulo paßim Agrimonia nominatur. Quã quidẽ rẽ miror à multis non fuisse animaduersam. Cũ herba Eupatoriũ paßim nascatur, sic uero à Dios. & Plinio Diosc. imitante describitur, ut pene sub aspectũ poni uideatur. Quæ descriptio ita herbæ

q̃ uulgo uocatur agrimonia quadrat, ut hãc eẽ uerũ eupatoriũ, nemo nisi ab ortu naturæ cæcus nõ agnoscat. Vnde duplex seculi nostri error deprehẽdat. Alter qđ herbã à ueterib. eupatoriũ nominatã ꝓ agrimonio recipimus. Argemones uero usus & cognitio hodie oĩs intercidit. Alter qđ herbã uulgarẽ de q̃ nulla fit à priscis authorib. mẽtio, nulla uel ratiõe uel authoritate ad usũ medicinæ frequẽter adhibemus. Voco hoc loci stomachũ gulã. Vtitur identidẽ stomachi noĩe uir in re medica acri ingenio & iudicio, Cornelius celsus. li. ii. 4. ca. 1 inquit. In ceruicib. glandulæ positæ sunt, quæ interdũ cu dolore intumescũt. Deinde duo itinera incipiũt. Alterũ asperã arteriã nominãt, alterũ stomachũ, Arteria exterior ad pulmonẽ, stomachus interior ad uentriculũ fertur, illa spiritũ, hic cipũ recipit. Et ca. 5. eiusdẽ libri. Faucib. subest stomachus. in quo plura longe uicia incidere cõsuerũt. Adnotauit uir eruditißimus Ioan. Cæsarius stomachi uocabulũ illic nõ ꝓ uentriculo accipi, ut feré uulgo solet, nec ꝓ extremo gulæ parte, ut à Plinio accipitur li. 11. ca. 37. sed ꝓ ipsa gula. Nec minus tamen stomachi uocabulo infra ꝓ uentriculi parte inferiori ab utitur idẽ Celsus, cũ ait, stomachus uero intestinorũ est præcipuũ. Cũ stomachice aĩa linq aliquos dicũt. Hoc ex ꝓfesso tractauit Gal. copiosißime li. 12. ca. 4. Quod orditur talib. uerbis. At quib. ex flauabili, q̃ os uẽtriculi infestat, syncope incidit ijs frigida exhibẽda potio est.

Gulæ cataplasmata super spinam dorsi imponimus, non autem ad pectus. Conducunt nonnihil ad hunc locum Iacobi Carpi Anatomici uerba, cum suæ Anatomes cap. 67. inquit, Gula à faucibus per collum & pectus cōtigua aortæ arteriæ & spinæ septum transuersum perforando ad uentriculum descendit. Hoc membrum directe usq; ad quartum spondylum pectoris descendit, deinde parum obliquatur tendens ad dexterā, ne deglutita impediāt aortæ motus, paulo uero supra septum transuersum parum subleuatur ne cauam uenam comprimat. Post rursum ad decimum spondylum obliquata ad sinistrum, qua figura sic tendit ad uentriculum.

CAPVT XII.

Neq; igitur hæc nouere qui thessalum imitantur.

NVsq̄ non ueræ medicinæ scaturigo quasi ebulit ē Gal. doctrina. Hoc est, quod hic saluberrime monstrat, membrum omne phlegmone laborans excernere foras aliquam saniem nisi durissima cute sit obuolutum. Peculiariter posthac crassa excrementa collecta in medio pectore deputatis ad hanc rē medicamentis educenda ostendit.

Per Hypezocota membranam qua pectus tegitur Huius luculentam expositionem adferam ex li. 5. ca. 3.

de Loc. adffect. unde sequentia descripsimus. Terminū quo thoracis pars inferior finitur antiqui Phrenas id est mentem appellauere, siue simpliciter id ipsis in animum uenerit, siue eo inflammatione affecto mens quoque lædatur. Verum qui Platonis sæculo successerunt Septum ipsum nominarunt. Et infra. Id quod in dorsi quoq; spina eos fecisse constat, quippe hinc quoq; ob propriam essentiam medullæ nomen est. Verum quo clarior esset dinotio illi Dorsalis, quemadmodum ceruicalis & spinalis & lumbaris cognomenta addiderunt, Postea fere omnes simpliciter dorsalem appellare consueuerunt. Sic in præsenti quoq; proposito Phrenum nomine reiecto, Diaphragma idest septum transuersum nominare magis placuit. Aristot. autem hanc animalis partem Succincturam appellat, nescius ipsam magnæ ac per quàm necessariæ actioni in animalibus esse deputatam. Quippe quæ spirationis instrumentū est, nec mirum est si spirationem, cum afficitur, lædat, ut quia uel spinæ uel uerius ab ea exortis, cōsentiat. Et li. 4. ca. 5. Dum quiescit animans liberam sperationem solum septum transuersum modo ualeant uires, efficere solet. Vbi uero ob infirmitatem spirandi munus perficere non ualet, tum intercostalium musculorum concurrit auxilium. Quod si præterea maiori animal spiratione egeat, tunc superni musculi omnes, quorum maximi scapulas secum manifeste mouēt ad spirandi actio-

nem requiruntur. Alexander quoq; Benedictus, inquit Cinctus Diaphlegma secundum Platonē φρὴν sub pulmōe, ubi duodecima uertebra sita est annectitur spinæ Vide plura ab initio li. 7. Anatō. administrat, ὑποζοννύμι aūt significat subcingo, qd' facit preteritū ὑπέζωκα De mulsa cum Hyssopo concocta scripsimus li. 12. ca 3

Calaminthæ uires bellißime Gal. depinxit li. 7. ca. 2. Medic. simplic.

Iris illurica. Idem docet Diosco. li. 1. ca. 1. Natura inquiens, Iridis est calefacere extenuareq;, tußi utilis est, humores non facile execrabiles extenuat. Purgat crassa & biliosa pondere drach. 7. cum mulsa aqua pota.

Marrubium cal. in. 2. siccū in 3. ordine iecur ac lienē obstructione liberat, thoracē pulmonēq; expurgat, ac menses promouet Gal. Simplic. Medic. li. 8. Diosc. uero sic. Damur cū melle tabidis, tußientib. suspiriosisq; siccata marrubij folia & semen, tum in aqua decocta, aut ex uiridib. expressus succus. Crassas pectoris excreationis eadem adiuuant, siccatæ Iridis admixta farina.

Oxymelitis meminimus li. 8. ca. 4.

CAPVT XIIII.

Non solum autem iam dictam remediorum differentiam.

ERuditorum Galenus omnium undiquaq; fauorem meritus exiguo & pusillo hoc capite tot

egregia dogmata quot pene uerba pronunciauit, docẽs quid opus sit facto, phlegmone tum in summo, tum in alto corpore oborta. Quib. coniungit q̃ sit cucurbitulæ usus plerisq; affectibus conducibilissimus. Nobis aũt placuit hic sũmis pedibus ingredi, & nequaq̃ in uado hærere, aut magna uerborum spuma rem exaggerare. Mente enim auribus & oculis cæcus sit oportet, qui tanta perspicuitate scripta, non adsequatur.

CAPVT XIIII.

Ergo hæc omnis phlegmones communis indicatio:

GAlenus ex ueræ medicinæ panoplia Medicaminum naturam respectu particulæ afflictæ diligẽter considerandam esse iubet. Quod nisi factum oporteat, ut à partibus ipsis indicationem inuestigemus, fortaßis nihil obstare censet, quo minus medicinam in sex mensibus atq; adeo in sex diebus perdiscamus.

Aloen Gal. meticulosius, phlegmone uiscere aliquo laborante admonendã primũ largitur. Postea uero in uniuersũ retrocedẽs refragatur, Vnde sane nõ parua suspicio animo meo oboritur, nõ tã esse inocentẽ Aloen in alliciendo sanguine, & percellendis uenarũ uasculis, cuiusmodi pleriq; neotericoterωn intrepide ꝓnunciãt

CAPVT XV.

Sed adijciamus adhuc ea quæ de indicatione nondum attigimus.

PRAESES GALENVS LITERAtioris medicinæ orbis, quo à particulis ſumendam indicationem edoceat, oſtendit id gnauiter in uicijs capitis & calidis & frigidis. Interim quaſi aliud agens Theſſaliorum ſtultam opinationem profligat, qua illi animæ ſedem cor eſſe commenti ſunt.

Floccos carpentem. Alludit ad ea quæ.1.præſagi.76 ſcripta ſunt. Ex manuum lotione huiuſmodi notas per pende in acutis febribus, in Preripneumonia, Phrenitide, capitis dolore, ſi quis eas faciei admouerit, ut inde quippiam ſuperuacue uenetur, aut feſtucas carpit aut à ueſte floccos, aut à pariete paleas, omnes hæ malæ loe taleſq; ſunt. Et Plinius li.7.ca.51. Iam ſigna loetalia in furoris morbo riſum. Sapientiæ uero ægritudine (ubi ſcilicet homo adhuc ſui compos eſt) fimbriarum curã & ſtragulæ ueſtis plicaturas. A ſomno monentium neglectum, etiam ſupino aßidue cubitu, uenarum inæquali, aut formicante percuſſu, & alia quoq; Hippocrati principi medicorum obſeruata ſunt.

Oxyrhodinum hodie ad hunc modum conficitur. Re. olei roſacei aquæ roſaceæ utriuſq; unc.3. aceti roſacei ſeſqui unciam, quibus optime concußis & miſtis fit oxyrhodinon. Quantitatem itaq; aceti uolunt addendam in ſub quadrupla proportione. Aut ubi quærenda maior penetratio eſt in ratione ſubdupla ut Re. olei roſ. unc.1. aquæ roſ. unc.3. Aceti roſ. unc.2. Emi

ſtis con

stis conficis oxyrhodinon. Nemo tamen metam inexpertum credat, ut putem Gal. alicubi distillatarum aquarum mentionẽ fecisse, hæ enim ut sunt nouum inuentũ, ita uentriculo nõ parũ nocumenti cõciliant absorptæ.

Quicunque principem animæ partem in corde statuunt. Vtri opinioni concedat Gal. tũ hic tum de lo. affec. li. 3. ca. 5. haud oscitanter recitat, inquiens. Cum ea, quæ per dissectiones apparere solent accurate consideraremus, rationi consonum uidebatur, animum in cerebri corpore sedem obtinere, atq; in ipso, & rationis uim, & sensibilem imaginum memoriam residere. Ac primum ipsius instrumentum, tum in sensibilibus actionibus oĩbus, tũ in his quæ à consilio & uolũtate prodeunt spiritum esse, qui in ipsius uentriculis, maximeq; postremo continetur, q̃uis non contemnendus sit medius uentriculus perinde quasi non ualẽtissimus sit. Multis enim rationibus inducimur, ut hunc amplectamur, duos uero anteriores deseramus.

Atheneus multos habuit sectatores numeratus inter Rationales in libro q Introductorius inscribitur Et prĩceps eorum sectæ qui Pneumatici uocantur, ut scribit Gal. li. 4. de Different. pulsuum, Et in prologo Arti. Medic. inquit. Aggressi & eam sunt, quæ secundum compositionem ipsi quoq; Herophilij, & nonnulli ex Erasistrateis atq; Athenæus Att..læus. Hic q̃uis non fuerit Thessalius constituit tamen in corde

tanq̃ in domicilio ſuo animam reſidere.

Oxirhodinum quod capiti phreneticorum applica= mus iuſſit pectori admouere id remedium. Meminit huius Athenæi diſcipuli etiã li. 2. ca. ult. de loc. affec. ijs uerbis. Cum & cerebri & mẽbranarũ eius idem morbi ſimili curatione indigeant, logica magiſq̃ ad curationẽ utilis eſſe uidetur quæſtio, in utrolibet illorũ contineatur princeps animæ facultas. Verũ an in corde ſit ea facultas lõge diuerſa atq; oĩno differẽs eſt quæſtio. Eſto. n. ut a flauabile in corde, & accumulata & putredine affectu, phrenitis ſit excitata, nonne delirare uidebitur is, q caput, Oxyrhodino (ideſt oleo roſaceo cum aceto) perfundere iuſſerat, Nam ſi hoc præſidio Phrenitidis cauſſa ſanari poſſit, non capiti ſed thoraci ipſum adhibere poterat. Neq; tamẽ uniuerſo thoraci, ſed illi dumtaxat parti, in qua cor continetur.

Carus eſt inexpugnabilis ſomn9. Cui a capite eſt cognomentum additum qđ κάρη dicitur. Vnde Carotica dicta ſunt, quæ in ꝓfundã & malã quietẽ hãc trahunt hominem. In Caro præcedit uehementior febris, in Lethargo ſequitur ignauior, Plinius hos ueternoſos illos ſopitos uocat. Recte igitur admonet cauendum eſſe ne Somnus Sopor ſiat. Catochen autẽ appellant uigilantem ſoporem. Quem qui patiuntur torpeſcunt, authoritate Plinij, excitanturq; crebro mixtis ſimul bile & pituita quarum hec ſomnum illa uero uigilias

facit. Catalepsin uero appellant occupationem, apprehensionẽ & oppressionẽ, quã Cælius Aure. licet Thessalius medicus, bene descripsit. lib. 2. ca. 5. Chronion. Cataphora quoq; in somnũ delatio dicitur. Quæ quasi genus quoddã ad oĩa prædicta existit. Nam κατὰ φέρεσθαι significat trahi & deferri in soporẽ. Horũ oĩum ita meminit Ga. li. 4. cap. 2. lo. affe. Si tota anterior cerebri ps afficitur supremũ ipsius uẽtrẽ ei cõsentire necesse ẽ, atq; cogitãdi quoq; actiões uiciari. Qui ita affect9 ẽ, neq; sensus neq; motiõis munere fungitur spirãdi tñ facultas haud q̃q̃ læditur, uocaturq; hic affectus Caros. i. sopor. Si uero adeo uehementer spirationẽ opprimat, ut qs uel magno conatu, uix spirare possit eorũ exẽplo, qui per grauẽ somnũ stertere solent Apoplexia nominatur, Atqui solutæ Apoplexiæ creberrime succedere solet uocata Poralysis. Sopore uero finito bona ualetudo magna ex parte subsequi consueuit (id quod experiẽtia præterito anno. 1532. didicimus. Cũ per triduum perpetuo sopore detẽtus quispiam Medicinarum studiosus ad hec multarum disciplinarum peritus adulescens stertuisset, qui per inclamationem tandem expergefactus nihilo deteriori post hac ualetudine usus est) Inter soporẽ uero & Apoplexiam morb. Comitialis medius est cõuulsionẽ afferẽs uniuerso corpi, sed in Paralysin nõ finitur. Horũ triũ morborum frigidus, crassus, uiscidus humor, caussa est. Verum & in Sopore & Morbo comitiali uẽtres ma

gis cerebri corpus minus. In Apoplexia uero utraq; affici solent. In catalepsi item & catoche posteriora cerebri magis molestantur.

Accidit enim ex frigore segnitia, ex calore immodicus motus, ueluti demonstratũ in libris de his est. Multis agit hoc Gal. li. 2. c. 1. ult. lo. Affect. Vigiliã, inquiẽs, & delirium caussa potestate calida efficit. At quotquot somnolenti & soporosi sunt affectus, omnes à frigida caussa proueniunt, Id quod ex medicamentorum natura plane discere licet, Quippe frigida Stuporem soporemq;, calida uero uigilias & uarias motiones inducunt. Videmus etiam quottidie lactucas & potabilium calidarumq; aquarum balneas & uinum modice dilutum somnum inducere, reliquorum medicamentorum exemplo quæ & humectare & refrigerare possunt. Quæ uero his contraria sunt uigilias excitare sicut tenuis ratio uictus, uinum meracum, aut ualde antiquum. etce.

Neque tanq̃ in Ophthalmia, Pleuritide uel angina ægro affectus locus sentitur. Hec ad uerbũ ferè extulit li. 3. ca. 4, iam citati operis. Deperdita memoria, dicẽs nullum affecti loci signũ neq; tumor præter naturam, neq; dolor aliquis neq; excretio extat. Quemadmodũ neq; in Melancholia, phrenetide, mania, morbo comitiali, lethargo, sopore, catoche, catalepsi, spasmo, saltibus, tremore, paralysi. Nullum enim signum ab his tan-

q̃ ex radice prodit, neq; tumor præter naturã neq; dolor neq; color à priori Mutatus neq; excrementa.

CAPVT. XVI.

Locus uero cui maxime sint applicanda ex prænoscendis.

OFFICIOSA SEDVLITATE GALEnus, qui est uniuersæ rei Medicæ uelut regula quædam, locum indicat, cui potissimum in phlegmonis siue alijs uitijs capitis, medicamina sint imponẽda, Exinde pandit qua conueniat parte Ophthalmica inijcere phlegmone laborante oculo, Deintegro renarrans interpretationem Aphoristici huius Oraculi, Dolores oculorum meri potio. etc.

Ac Nisi Suturas in capitis osse natura ipsa fuisset molita Hæ ex Iulio Polluce sese nobis ostentãt. Sed ne diutius bonũ lectorem moremur, præstat latina uerba subijcere. Suturas appellant medici Coronales, consutioniformes, squamæformes, fuitq; contentio de multitudine earum, num quinq; oporteat numerare, siue plures, siue pauciores, omnibus consentientibus muliercularum pauciores esse. Herodotus dicit in conflictu ad Platæas, inter Persica cadauera inuẽtum fuisse caput nullius omnino insignitum suturæ cõmissura. Verum cur illud admirandum duxerunt Pollux & Herodotus nescias, cũ in sarcophagis & polyandris nostris publicis non raro sine suturis Caluarias cernas. Inueniuntur

dutē futuræ Alexandro Benedicto monſtrante lib. 4. Anatomes, poſito impudico ad Interciliū ſupra naſum acia utrinq; diducta, id qđ teſte Hippocrate, raro fallit

Si humidū ſit quod applicādū eſt, ſi id ex alto effundas, penitusītro ab ictu cōpellitur Embrocationes has medici appellāt, decoctiones. ſ. ė uaſe quopiā p exiguū foramen ſupra particulam laborantē deſtillantes. Noſtri tamē hoīes malunt huiuſmodi Embregmata corpi applicare linteoꝝ, aut lana aut ſpōgia ſtupi ſuæ excepta

Lauationes in balneo oculorū dolorē ſtatim ſedeāt. At uero diſtenſionē, quæ ex repletione prouenit partis, miſſione ſanguinis, & alui deiectione, & infernarum partiū frictione curare conueniet. Illata eſt lux huic nodo difficiliori per ea quæ nuper ſumus cōmentati libro tertio capite ſecundo.

Magna cum conſideratione ueteres deuenerunt ad oui humorem. Paulus ad eandem rem. li. 7. inquit, Oui albumen ac tenue, ex cenſu medicaminum minime uellicantium haberi promeruit, temperatura moderato ſymmetro frigidius. Quo utendū eſt non modo ad oculos, ſed etiam ad pudendorum hulcera & ad alia omnia cōtumacia uicioſe quoq; conſuetudinis hulcera.

Foeni Græci farina molliendi diſijciendiq; uires habet, facit ad collectiones, quæ intus foriſq; colliguntur, cum decocta mulſa aqua ſubacta. Dioſ. li. 2. ca. 93. Gal. item octauo ſimpliciū Calidum eſt, inquit, in. 2. ordine

& sic in.3. Proinde feruētes phlegmonas irritat acerbatq;. Quæ uero minus sunt calidæ & magis duræ, eas digerendo curat.

Meminisse uero oportet studiosæ prudentiæ & rationis oculis utendum est, ad opportunā resoluētiū & adstringētiū medicaminū applicationē. q̄ claret abūde ex Scholijs sub īcude nostra supra l.11.c.15. fabricatis

In Quibus Propter calorē acrē oculis fluxio immittitur, ijs haud expedit medicamentis quæ ex Thapsia & sinapi fiunt uti Gal. sentētiā subnotabimus. qui li.6 de san.tuen. reprehēdit nonnullos, qui omni capiti medicamētū, qd' ex Thapsia & Sinapi cōponitur, applicabāt. Quoniā Thapsia acrē hēt & ualenter excalfaciētē facultatē cū humiditate coniunctā, sicut à Gal.li.6. Simplic. Medic, mōstratū est. Quare ex alto uiolenter extrahit, & qd' extraxit digerit. Verū pluscululum ad ea efficienda tēpus postulat, ut quæ larga humiditate impleta est, cuius uitio etiā fit ut celeriter corrumpatur. Dios.li.4.ca.151. cuius in pingendis Simplicibus medicamentis optimus est genius, Thapsia dicta quondā est, inquit, quod in Thapso cognomine insula primū īuēta fuerit. Colligitur ex ea liquor, effossa circa eā terra, uulneratoq; cortice. Exprimitur ex ea succus etiā, in quem usum tunditur radix, tum ex uiminibus qualo iniecta torculari exprimitur, & in picato crasso fictili, in sole siccatur. Oportet liquorem colligentes auersos

à uento stare, aut cessante omni uẽto potius id facere. Intumescit enim uehementer colligentis hominis uultus, bullantq; ambustorum more nudæ corporis eius partes, ob halitus eius acrimoniam (haud dissimili affectu laborantem mulierem herbariam Ingelstadij uidimus post euulsas à se & nudis manibus contrectatas cataputiæ radices, quã sunt qui lathyrin credãt Dios. Germani Springkoren appellant) Eamq; ob caussam cerato liquidiore aliquo ex adstringentibus & densantibus præunxisse nudas partes oportet, munitoq; hac ratione corpore ad opus accedere, Habet ex alto in summum extrahẽdi uires liquor pariter & radix. Omniumq; aliorum maximas, quæ similes habere uires traduntur, si quando ex alto quippiam trahendum sit, aut meatus cutis mutasse laxasseue oporteat. E cuius succo Paulus. li. 7. & pastillos & cerotum conficit. Eruditus uir Euricius Cordus admonet aliam esse, quæ hodie appellatur Thapsia, & Piperina Germanice uero Inguuerkrauut, propter uim suam quã habet igniferam, neq; tamen illam esse hydropiper, appellari uero hoc Siliquastrũ à Plinio, à Germanis schmertzẽ oder floe krauut. Nostri flammula similiter medendo utuntur. Porro quæ uera sit flãmula, cum plurimæ nominis huius circumferentur herbulæ, libet scepticum agere, atq; interim suspendere sententiam, dum singula per belle eruditores definierint.

Tonica Græci uocant. Huc facit quod Paulus lib. 3 cap. 18. Medicamenta, inquit, quæ robur inserunt Græci τονικὰ dicunt. τονός enim inter cætera significat robur, firmitatem, nonnunquam etiam uigorem in picturis, latini splendorem uocant, τονόω autem idem est quod firmo & roboro. Vnde & τόνοι nerui in stomachi lateribus uocantur. Hinc etiam motus quidam tonicus appellatur, De quo extant hæc uerba ex lib. 5. cap, 2. de Sympt. Caus. Extenta manus in genere tum functionum tum motionum reuera continetur. Qui motus nobis tonice (idest robustus & firmus nominatur) atq; hic status interim motus, interim immobilitas duci potest.

Ex Callijs aduecta. Alludit ad hoc Plin. li. 19. cap. 1. Linum, inquiens, terræ iniuriam facit, (urit enim agrum deterioremq; ipsum facit. Quod & Virgili. 1. Georg. testatur, dicens, Vrit enim lini campum genus urit auenæ) Ignoscat tamen aliquis Aegypto serenti, ut Arabiæ, Indiæq; merces apportet, Ita ne & Galliæ censentur hoc reditu, Nam Galliæ uniuersæ uela texunt. Et lib. 22. capi. 2. Transalpina Gallia herbis Tyriam & Conchilium tingit, omnesq; alios colores, nec quærit in profundis murices.

Gaietanorum Gal. habet γαϊτανῶν, Caietam autem significasse uideri potest portum & urbem Campaniæ. Quam nonnulli celebrium authorum, cum re-

diisset ab inferorum sedibus extructam asserunt ab Aenea, & Caietã appellatam cognominem illius nutrici ibidem consepultæ.

Serica nuncupantur. Seres gens indica, apud quam Stephano authore uermiculus quidam est qui Σὴρ appellatur ac sericum inde appellatũ procreat. Gens illa unde sericum petitur, nullum cum ceteris mortalibus habet commercium. Quare & Stepha. ait ἀπρόσμικτες ἀνθρώποις. Et Virgil. Maro.

Ignoti facie, sed noti uellere Seres.

Holoserica autem uestis tota ex serico, nulla alia materie, qua primus Romanorum Heliogabalus usus est. Lazarus Baysius prodit Bombyces telas aranearũ more texere ad uestẽq́ bombycina appellatur, falliq; eos qui sericũ putãt esse, quã uulgo setan dicimus, quãq; cõficiunt illi uermiculi, qui paßim lanificij caussa nutriũtur. Sunt. n. apud Seres abundæ syluæ sublucidæ, à quibus arborũ fœtus aquarum aspergınibus crebris, uelut quædam uellera mollientes, ex lanugine & liquore admixtã subtilitatẽ tenerrimã pectunt, nentesq; subtegmina, conficiunt sericũ ad usus ante hac nobiliũ, nunc etiã infimorum sine ulla discretione proficiens. Ammianus Marcellinus li. 23. Horum meminit Virgil. 7. Georg.

Velleraq; ut folijs depectant tenuia Seres.

Varices etiam ita curamus. Cornel. Celsus qui plurimum desudauit in medicina latina promouenda, breuis

ſime uaricum curam in hunc modum monſtrauit, Varices, dicens, qui in crure ſunt non difficili ratione tolluntur, ſimiliter autem & hæ quæ in capite uel in uentre nocent (accidit autem & uaricoſus ramex, quã græci cyrſo cœlẽ appellant, quãdo uenæ ultra modũ repletæ glomerantur) Igitur uena omnis quæ noxia eſt, aut adusta tabeſcit, aut manu exciditur. Si recta eſt, ſi quãuis tranſuerſa, tamen ſimplex, ſi modica eſt melius aduritur. Primum uero cutis ſuper inciditur, tum patefacta uena tenui, & retuſo ferramento cadente modice premitur, uitaturq; ne plagæ ipſius ore aduratur, quas reducere hamulis facile eſt. Id interpoſitis ferè quaternis digitis per totum uaricem fit, & tum ſuper imponitur medicamentum, quo aduſta ſanantur. Si autem uena curua eſt, aut plures inter ſe inuoluuntur, utilius eximere eſt. Exciditurq; hoc modo. Cute inciſa, hamulo oræ excipiuntur, ſcalpelloq; undique à corpore uena diducitur, caueturq; ne inter hæc ipſa lædatur, eique retuſus hamulus ſubijcitur, interpoſitoque eodem fere ſpacio, quod ſupra poſitum eſt, in eadem uena idem fit, quæ quo tendat, facile hamulo extenta cognoſcitur. Vbi iam idem quacunque uarices ſunt factum eſt, uno loco adducto per hamulum uena præciditur, deinde qua proximus hamus eſt, attrahitur & euellitur ibi rurſus abſcinditur. Ac ſic undiq; uaricib. crure liberato, tum plagarũ oræ cõmittũtur, & ſuper emplaſtrũ

glutinans iniicitur. At uero uarices aliquando super exulceratum locum sunt, quos prius sanabimus, ut deinde mox hulcus sanemus li. 4. ca. 2. & ca. 5. huius Methodi. Nec si quæ hulcus ambiunt nigricent sanguine putri, aut etiam uarice fluxionem suppeditante, id genus hulcera coire poßunt, nisi quæ hulcus ambiunt sana reddas.

SCHOLIA IOHANNIS AGRIcolæ Hammonij in Decimumquartum Therapeuticæ Methodi Galeni librum.



HOC PRAECLARO & ultimo libro Methodi Galenus laconicos aliorum præter naturam tumorem rudimenta tradit, tanto quidem artificio omnia complexus, ut neutiq; offendat obscuritas, gratißima uero sit breuitas illius, non dispensatoris tantum, uerumetiam uniuersæ rei medicæ domini. Age itaq; candide lector, familiarem tibi facito & hunc librum, & certæ solidæq; eruditionis multum trahes. Quod si ad Chirurgos nostrates solos iter deflexeris, qui barbaras oppellas in

hoc argumento consarcinarunt, multo abibis incertior quemadmodum ille apud Terentium à Iureconsultis.

Capite primo rationem reddit prius discussæ phlegmones, quàm tumorum aliorum, E quibus recta Erysipelas aggreditur. Quod generatur à bile feruenti & tenui sanguine, uel à sanguine & bile calidioribus.

Amare billis succus inuisibiliter exhalat. Adfert quinetiam huius rationem exquisitam li. 1. de san. tue. dicens. Humidum tenue excrementi genus in singulis animalis natum particulis expellitur partim actum per ipsa molliora corpora, quæ fluentis eius uiolentiæ cædunt, potissimum cum à spiritu maiore impetu irruēte impellitur, partim etiam per exiguos omnes corporeæ molis meatus (poros græci uocant) quorum non modo reliquum corpus uniuersum, sed etiam tota cutis plena est. Ergo tenuißimum huius generis excrementum, facile sane eijcitur, partim in speciem halitus ab insito calore solutum, partim uiolento motu confertim erumpens. Appellant uero quod ita excernitur sudorem. Alterum uero cui nullum publice nomen est, quod uide licet nec uulgo est cognitum, ut quod conspectum præ tenuitate effugiat, ab ijs qui id ratione contemplati sūt ἄδηλος αἰσθήσει διαπνοὴ id est, perspiratio sensum latens uocatur, In hoc insensibili per flatu etiam crassioris excrementi nonnihil excernitur. Hinc autem et uehementiore calore, & fluoris impetu maiore opus

est, cum alioqui periculum sit, ne ante itineris finem sistatur saltem ad cutem. Appositissima indagare licebit li. 2. ca. 3. de morb. Causs.

CAPVT II.

Sed satius est ueluti semp nō dicim⁹ mō.

SICVT CAPITIBVS QVIBVSquis suæ dotes distributæ sunt, ita hoc loci Gal. quo pacto differant inter se Phlegmone & Erysipelas liquido ostendit, & tam aperte ut nulla confusio discrimina illorum fallere possit.

Parenchyma quid sit li. 10. ca. 11. abunde definiuimus

CAPVT III.

Curationis uero methodus sicuti in alijs compositis ita & nunc tradatur.

GALENVS FVSISSIME MONstrat hoc capite Erysipelatis curationem. Cuius generalis indicatio uacuatio est. Hæc autē cōsistit in repulsione ex altera parte, & in digestione per transpirationem insensilem ex altera. Post totius autem corporis uacuationem reprimentibus auxilijs tum in phlegmonis tum in Erysipelatibus utimur. In illis sectionem uenæ, in his medicamentum quod bilem trahat adhibentes, particulā laborantem refrigerando.

Quodammodo phlegmonodes. Hoc præclare extulit Gal. li. 1 de differen. morb. ca. 12. phlegmone dicens

nith Araces, Herpetes, & cancri, huiuſmodi morbi cō-poſiti ſunt uel nullo comitante hulcere. Principio quod omnes ex abundante naſcuntur humore, Eryſipelas ex flauabile, Cancer ab atrabile, phlegmone ex ſanguine, Oedema à pituita. Deinde quod dicti humores quā-q̃ ſecundum ſpeciem ſint humidi, potentia tamen non omnes humidi ſunt. Nam atrabilis frigida & ſicca eſt, flauabilis ſicca eſt & calida, pituita humida & frigida ſanguis humidus & calidus. Poſtremo quod omnes hi morbi ſibi inuicem implectuntur, neq; facile aliquis eo-rum ſyncerus inuenitur. Nam phlegmone magna ex parte miſcetur aliquid, quod uel Eryſipelatis, uel Oedematis, aut Scirrhi naturam ſeruet. Quod itaq; re liquum eſt in Galeno facilius colliges, adſcripta tabella

		Eryſipelatodes
	Phlegmone	Scirrhodes
		Oedematodes
		Phlegmonodes
Phlegmone	Eryſipelas	Scirrhodes
Eriſipelate his inuicē mi		Oedematodes
Scirrho ſtis, naſcūtur		Phlegmonodes
Oedemate	Scirrhus	Eryſipelatodes
		Oedemates
		Phlegmonodes
	Nedema	Eryſipelatodes
		Scirrhodes

Semper uiuum, Græce ἀείζωον desiccat leuiter, nam & mediocriter adstringit, omnis alterius uehementis qualitatis expers. Quare in eo plus cæteris abundat essentia aquea. Ceterum non mediocriter refrigerat. Est enim ex tertio ordine & recessu refrigerantium. Hinc etiam ad Erysipelata & Herpetes & phlegmonas à fluxione natas accommodatur. De Simplic. Medic. li. 6. Et Diosco. lib. 4. ca. 85. Sunt qui putent hanc herbam esse quam uulgus medicorum hodie appellat Crassulam.

Vmbilicus ueneris Cotyledon græce dicitur facultatis mistæ, nempe humidæ subfrigidæ & cuiusdam obscuræ adstringentis, & cum ea leuiter amare. Vnde refrigerat, repercutit, abstergit & discutit. Itaq; phlegmonas erysipelatodes, & erysipelata phlegmonode curat li. 7. Simplic. medic. Et Diosc. li. 4. ca. 87.

Ceratum deliniaimus inter ea quæ recensuimus li. 6 cap. 5. Cuius confecturam Gal. ipse lib. 10. cap. 9. huius Methodi exposuit.

Omelysin declarauimus in polenta li. 10. ca. 9.

Ox Halmen expreßit Cælius Aurelianus li. 3. ca. 4. In lienicis epithema aiunt specialiter conuenire ex cappare & myrobalano & aceto sale admixto. Quod exhalmon uocauerunt. Simon Genuensis recipere scribit Mellis heminas 10. Aquæ cotylas 10. Salis heminas. 7. Aceti uiscidi cotylas. 5. Neq; hic quidem mihi omnino

malus

malus author uidetur. Siquidem is inter alia preclara studia quæ sibi conciliarat Arabicæ linguæ non fuit ignarus, quod apertissime subolfacere licet ex illius cōmentationibus ubi de Arthanita Arabum Buchormario, & rursum ubi de Cyclamino disserit. Dioscord. etiam in re medica author grauis li. 5. ca. 15. ita refert. Fouentur oxhalme utiliter quæ pascendo serpunt excedentia ulcera rabidorumq; canum & omniū quæ ictu aut morsu uenenum relinquunt, iniuriæ.

CAPVT. IIII.

Sicut enim ex biliosa fluxione erysypelas ita ex pituita constat Oedema.

GALENVS VNIVERSAE REI MEdicæ architectus egregius, cuius in hac arte omnium acclamationem meruerunt auroamata, absoluto sermone de phlegmonis & Erisypelatibus, tertium huius generis præter naturalem tumorem Oedema nihilo segnius q̄ hactenus factitauit, q; tractat Ad quod consopiendum familiaria medicamenta præscribit. Ad calcem uero capitis numerat quædam medicamina articularibus morbis conuenientissima. Quæ cum studiosi medicinæ candidati didicerint, magnum fecerunt ad curationem operæ precium.

Glaucium superius li. 5. ca. 10. expendimus.

De quibus in quinto simplic. medica, aliquid probatum est capite puta. 4. & 6.

Ammoniacū naſcitur in Lybia ad Ammonis Iouis templum ferulaceæ arboris liquor, in Medicina habens molliendi uires. Extrahit idem, calefacit, duricieſq; & panos diſcutit. Articulorum coxendiciſq; dolores lenit. Soluit quæ in articulis conuenerunt lapidoſa (quæ Græci poros uocant, quorum tum hic tum in cap. ſequenti meminit) ex melle piceue illita Dioſcord. lib. 3. ca. 89.

Thymiama apud neotericoteros appellatur thus Iudeorum Et eſt fex Styracis liquidi, cuius gratia à nonnullis ſtyrax ruber cognominatur. Secus tamen hic à Gale. uſurpatur, pro eo quod θυμίαμα Græcis ſignificat uaporationem, incenſum, ſuffitum & ſuffimētum, & θυμιάω euaporo, adoleo, ſuffio.

Bdellium utrunque. Bdellium Scythicum atrius eſt & reſinoſum magis, emollientis admodum & efficacis uirtutis. At Arabicum dilucidius eſt & deſiccat magis q̃ emollientia. Igitur recens & humidum eſt, & cōtuſum facile molleſcit ad omnia quæ Scythicum idoneum. At quod antiquius eſt, & admodum guſtu amarum & acre & ſiccum, ab eorum quæ indurata molliunt mediocritate excidit. Gale. li. 6. Simplic. Dioſc. uero li. 1. ca. 71. Sarracenicum (neq; enim communē lectionem mutandam cenſet Manardus) Indicum & Arabicum Bdellium tradit & uim habere calefacientem mollientemq; & tumores gutturoſos ſoluentem,

duriciesq; & aquosos ramices ieiunij hominis saluia dilutum. Misceriq; malagmatis contra neruorum duricies & concretiones, Quem in usum tundi debet ad fuso uino aut calida aqua.

CAPVT V.

Mihi uero iam tempestiuum fuerit de affectarum partium differentia mentionē facere.

GALENVS ARTE SVCCVRRERE docet partibus illis quæ iam scirrhū contraxerunt, nempe per malactica idest mollientia. Tum uero aliquid incidentium esse admiscendum, cum scirrhus sit in tendonibus aut legamentis. Exinde transit ad sanandos carnosos musculos & lienem scirrho obsessos, omnésq; alias particulas quæ scirrhosis uicijs sunt affectæ.

Malactica sunt quæ partes supra naturā induratas emolliunt, calido omnia tēperamento mediocri prædita, nō tamē exiccantia, quēadmodū nec manifesto humectātia. Nā cū exacte malactica mediū quendā ordinē inter humectātia, siccantiaq; sortiātur, indurescētiū substātiæ ueluti fusionē quandā moliūtur. Nominātur aūt malactica, licet in alijs paululū ad siccādi humectādiq; uirtutē iclinēt, si mō subiectā partiū q̄s cōtingūt, substantiā queant diffundere, qđ nimirū ꝑpter mode-

ratum in eis calorem accidit, Vbi duricies diffusa discussáq; fuerit, digerentium medicamentorum usus uenit, Primus itaq; locus emollientis medicaminis erit At post unum aut alterum diem digerentia pharmaca adhibebis ceu ambo tibi proponens, tum ut partis duritiē, quæ iam in scirrhum degenerat diffundatur, tum & per halitum digeratur, non uicissim utrinq; machinatus, imò etiam duo composito medicamine moliens. Notum est omnibus in mistura uel emollientia, uel digerentia esse copiosiora, tum maioris minorisq; rationem in ipsis esse non exiguàm, Ceterum constat subinde uaria facultatibus misceri, ac necesse est, sicut in aliis medicamentis, ita in his, si probe mederi cupias, plura eiusdem generis pharmaca, uel certe duo temperari, ualidissimum puta totius generis & moderatissimum ut ex ipsorum mistura conuenienti multa quæ intra summa contineātur medicamina efficias. Hec Gal. li. 7 de Compos. κατὰ γένη cap. 1. Huc spectant & ea quæ ad posteritatem transmisit eiusdem lib. cap. 5.

Pyrites nuper à Georgio Agricola diligentissime descriptus est. Proinde libuit eius in hoc instituto paucis aperire sententiam. Primus pyrites Argentarius dici potest coloris argentei unde argentum excoqui potest. Quamuis autem Plinius argenteo colore pyriten quendam esse dicat. sed ex eo argentum excoqui posse neq; ipse neq; ueterum quisquā, quod ego sciam,

memoriæ tradidit, Dioscord. tamen id aperte dicit, sicut Serapio é Marchasita. æs excoqui ait, quæ idem plane est quod Pyrites, contestante id etiam Ioan. Manardo. Episto. 1. li. 20. Secundum genus pyrites specie æri assimile est, ex quo æs cõflare solent, huic plurimus inest ignis qui inde facile excutitur. Distinguitur coloribus, unus argenteo alter aureo colore est. Ex utro uis autem modo solum argentum, modo solum æs, modo argentum & æs simul conflatur. Modo sterile omnino est, ut nullum metallum ex eo confici possit. Tertium est aureo prorsus colore quo quartum non raro consperſum esse solet. Quartum colore Gale, materia tamen prorsus differt ab illa Kisim Germani uocant. Cõficitur ex eo aurũ & argẽtũ. Atq; eius magna copia Reichenstain in Silesia, & multo maior Raurisi, effoditur. Quintum genus colore cineraceo similiter in Silesia reperitur, ac proximo generi, ut ex eo aurũ excoqui possit miscetur, nostri & hoc Kisim appellant. Demum illud adijciendum est Pyriten tam aurei q̃ argentei coloris non raro in riuis reperiri, quem pleriq; Chymistarum nõ sine multorum risu colligũt, cum ferè sit sterilis. Sextum genus Plinius indicare uidetur, ponderosissimum, plurimum habens ignis, quos uiuos appellamus. Hi exploratoribus castrorũ utiles sunt, siquidem clauo uel alio lapide percussi scintillas edunt, quæ exceptæ sulphuratis, aut fungis aridis, uel

folijs, dicto celerius ignem trahunt. Septimum genus non ita frequēter ut reliqua reperitur ferreo prorsus colore, massa autem quasi ferrea esse apparet. Octauum genus ferrei quasi interdum coloris Cobaltum nostri uocant, Pyrites itaq; insignē digerendi uim habere traditur, quamobrem eius generis emplastris, quæ discutiendi facultatem habent, utiliter miscetur.

Myliten uocant. Idem adfirmat Paul. li. 7. Pyrites strenue, dicens tumores, & in minimos globulos sanguinem concretum disijcit. Qui si forte in procinctu adq; manū non sit, myliten eius loco usurpant.

CAPVT VI.

Ac de phlegmone quidē scirrho & Oedemate satis sunto.

EXIGVO GALENVS CAPITVLO PER anacephaleo sui hactenus enarratorum, transitionem facit ad flatuosos preter naturam tumores, permissurum se præfatus more suo quibuscunq; quiuis nominibus oblectetur, ijsdem in disputatione cū illo libenter ratiocinaturum.

CAPVT VII.

CAPVT. VII.

Nunc tempestiuum est de inflationibus disseramus.

PRINCIPE LOCO GAL. HIC PARtes designat, quæ flatuosis spiritib. esse possint obnoxiæ. Quibus adiungit indicationes curatorias. Quæ cum tam quottidiano usui inseruiant q̃ id quod maxime, quod à studiosorum potest contrectari manibus utilius? Aut cum morosi ueterinarij medici uociferantur Galenum non attigisse, ut ipsi uocant, practicam, quid posset dici insanius, Ex hoc equidem loco suxerunt, quo triumphant indies, medicamen, quod cruciatus eos, qui fiunt in laxo intestino Colo, emendat & discutit. Est autem huius ordinis oleum tenuium partium, ruta aut aliquo calidorum seminum incocto, Subnotauit deniq; facultatẽ trium horũ Lixiuij, uini maxime rubri, & aceti. Hec cum sint per se dilucida, nimirum euidens est quantum fundant illi uerborum incassum.

Lanam succidam & Oesypon Cælius Aurelianus li.2.ca.1. Chromon eandẽ rem facit, sicut nonnulli alij. Ceterum nos adstipulamur Dioscoridi, apud quem lib.2.ca.66. hæc extant scripta. Probatissimæ succidæ lanæ sunt molles, & ex collo foemoribusq; pecoris detonsæ uulneribus à principio statim ex aceto, oleo, uinóue utiliter imponuntur. Vnde Iuuenalis

in quinta satyra à parasitica Trebium Aprum auelle-re cupiens, inter reliqua incommoda parasitorũ indicat q̃ uile merum à domino cui parasitaretur, eblandiatur inquietis.

Qualis cæna tamen, unum quod succida nolit lana pati.

Imponuntur etiam succidæ lanæ itidem contusis desquamatisq; liuoribus, fractisq; ossibus. Aspergines enim facile combibunt, & sordium suarũ pinguedine, quæ Oesypus est, egregie molliunt. Mesueus distinctione. 2. appellat Hysopum humidum. Id quod scholastici medici nomen hactenus libẽter amplexi sunt. Nam & alterius hyssopi humidi nomenclatura, apud Paulum reperitur li. 7. ca. 17. Quod recipit Meliloti Vnc. 4. cardamomi unc. 2. lanæ admodum sordidæ unc. 6. hec macerans in uini sextarijs duobus per triduum, coquito, donec pusillum relinquatur, & extrahens colansue uino admisce olei unc. 3. & demio usq; ad maximæ partis etiam uini consumptionẽ elixato, inde colophinæ unc. 1. resinæ terebinthinæ, tantũdem adijce. Sed enim Gal. supra li. 13. ca. 9. Hyssopon Atticum appellat, similiter & hoc loci. Oessypus aũt quasi ouium sordes dicitur, & est succidarũ lanarum collecta pinguitudo. Qua autem ratione conficiatur, ne omnib. transcriptis in immodicam molem assurgant Cõmẽtationes nostræ, placuit te remittere candide lector ad Dioscor.

Strigmenta olei quæ in balneis colliguntur molliũt discutiunt, sedis rimæ & cõdylomata utiliter eis inunguntur authore Dioscor. li. 1. ca. 28. Quæ uero ex palestris admixtum concretumq́; puluerem habent, sordibus similia, articulorum indigitis concretionibus imposita prosunt. Cõtra coxendices malagmatis & sicci fomenti uice pariter imponuntur. Nec minus etiam calefaciunt, quæ in Gymnasiorum parietibus, & quæ illic sunt statuis, unguinis sordes hæserunt. Panos difficile suppurantes disijciunt desquamatis præterea, & uetustißimis hulceribus accommodatæ sunt.

Quod ex Sycomoro componitur. Excipitur enim primo uere liquor ex arbore sycomoro, anteq̃ fructũ proferat, lapidibus summo cortice leuiter concuso, nec destillat si altius contundatur & grauius. Colligitur autem spongia lanaue profluens lachryma, seruaturq́; in picato uase siccata, & in pastillos conformata. Potest hic liquor mollire, uulnera glutinare, & quæ ægre maturantur discutere Diosc. li. 1. ca. 148.

Priapismus ut Gal. colligit li. 6. ca. 4. de Symptom. caußis, est cum masculum pudendum intumescit & inflatur inuito, facto nomine à Priapo, quem ita finxerunt, ut suapte natura huiusmodi colem haberet. Quin & eiusdem testimonio lib. 6. cap. 6. de loc. affec. liquet, Magnas arterias in pudendum irruere. Nam coles essentia talis est, ut corpus neruosum sit, ac omniquaq;

fistulosum, excepta glande, sic igitur uaporosus spiritus ab arteria affluens in tumorem attollit, glans uero æqualem semper magnitudinem seruat, quia fistulosus in ipsam neruus non ingreditur. Libidinis itaq; impetu quis stimulatur, ubi ob supinū decubitum calefacti sunt lumbi coles extenditur. Princeps caussa est plenitudo, uel arteriarum uel nerui fistulosi, aut etiā utriusq;. Fit igitur Priapismus uel ob arteriarū ora immodice patētia, uel uaporosum spiritū in fistuloso neruo ortū. Crebrius tamen arteriarū ora patentia sequitur hic affectus, quia facilius distenduntur: q̄ flatuosus spūs in neruo fistuloso generetur. Accidit ijs qui longo tempore præter consuetudinem à concubitu abstinent, quiue mali succi alimentis acribusq; utuntur. Sic calida omnino & flatuosa medicamenta uentositatem excitantia, excitandæ etiam tentiginis uim obtinent.

Chamemelū habere uim calefaciendi & extenuandi Dios.li.3.ca.145. author est, bibentibus itē & decocto florū radicum herbarū insidentib. menses, fœtus, urinā & calculū e luci. Bibendaq; ileosis & inflationib. dari

Nymphæa est officinarum Nenufar & nascitur in paludib. & stagnantibus aquis. Folia habet ægyptiæ fabæ similia, minora tantum oblongioraq;, quadamtenus sup aquam emergentia, florem candidum, lilio similē, in medio quod croceum sit habentē. Radix effoditur autumno, siccataq; cœliacis utiliter in uino bibitur. Bibis

tur & in intestinorũ torminib. lienẽ minuit, stomachi & uesicæ doloribus emplastri modo imponitur. Bibitur hæc ipsa etiam cõtra nocturnas Veneris psomnum imaginationes, eas. n. compescit, paucisq; diebus uirilitatem hominis frangit, si continuato eius potu utatur. Idem præstat & semen. Hæc Diosc. li. 3. ca. 139.

Amerina est Agnus & latine idem est quod castus Nam & Gal. hic sua lingua dixit ἐφεξῆς δὲ τῆς ἄγνου τὸ σπέρμα hoc est. Postea aũt Agni semẽ, quod potũ uenatorũ morsibus succurrit. Licnosis & cutẽ subeuntibus aquis medetur. Agnus aũt idest castus dictus est hic frutex, quoniã in Thesmophoris, quæ erant sacra Cereris, castitatem custodientes mulieres, folijs eius cubitus sibi sternebant. Lygos uero dicitur etiam quasi uimen, similiter & Vitex ob eam quam habent uirgæ eius in uinciendo lentitiam & firmitatem Diosco. li. 1. ca. 20. Plin. li. 24. ca. 9.

CAPVT VIII.

Sane linguam ita tumefactam cuidam uidimus.

EXEMPLO PROBAT GAL. COMMVne præceptum, quo in omnib. morbis quos uicio sus succus creat consulit in fine calfacientib. & siccantib. esse utendũ. Quia hæc quod reliquã humoris est prorsus absumũt, abinitio uero refrigerantia admouemus ut plurimũ. Hoc idẽ adnotauit li. 1. ca. 9 d' diff. morbo.

Pilulæ quæ ex aloe ſcammonia & colacynthide conſtat. Has deſcribit Paulus lib. 7. ca. 5. Recipiunt autem interioris Colocynthidis farcti (quã Græci ἐντεριώνην uocant) partem unam, ſucci abſcinthij, aloes ſingulorum partem unam, ſcammoniæ partes duas, rediguntur cum aqua in pilulas, quæ ciceris quantitatem æquent. Quarum prodoſi xi exhibendæ ſunt. Hæc tria aſſumuntur etiam ad confecturam pilularum, quas hodie appellant aureas. Meminit li. 5. ca. 14. huius Methodi in hunc modum. Quod purget (puta eos qui hulcus habent in pulmone) diuerſas facultates habeat oportet cuius generis noſtræ ſunt pilulæ, quæ ex aloe, ſcammonia, Colocynthide, Agarico, Bdellio & Gummi Arabico conficiuntur, ad plures uidelicet excrementorũ purgandas ſpecies, ſane faciunt ſatis ad uſum, & quæ ſine gummi componuntur.

CAPVT IX.

Iam tempus monet ut ad aliud tumorum genus tranſeamus.

GALENVS VBIQVAE PRVDENter ſicut fecit ita eſt locutus. A re autem potius quàm nominibus uel hic exordium facit. Cunq; ſe latiſſimus campus dicturo aperiat, humores, qui in cauſſa ſunt à coloribus tumorũ docet eſſe cõtẽplandos Poſt hæc quæ ad curationem Canceris attinent, crude-

tis mali, & quod quum semel gliscat intollerabili lancinatione infestet, seriatum omnia exponit. His ita digestis, id quod toties insulcit, Astringentium relaxantiũque medicaminum administrationem uelut digito ostendit.

Cuiusmodi per aluũ Hepaticis excernitur. Hoc perspicuum facit li. 5. ca. 7. de loc. affec. Alui sedimina, inquiens, aquæ in qua nuper mactata caro abluta est, similia esse uideritis, efficacißimum inde affecti iecinoris signum elicere nequaquam dubitetis. Sic etiam feci sanguinis similia per aluum excrementa deijciuntur, iecur affectum esse conijciendum est. Vt enim tenue et samosum excrementum infirmi iecinoris, sanguinem creare nõ potentis, ita id quod fæci similatur, superassantis sanguinem hepatis indicium est. Quidam enim in primis sanguinem & cruenta quædam, dein tractu temporis crassum & melancholicum sanguinem. Postremo atram bilem & quidem synceram deiecerunt.

Nigrior sanguis per febrem inflammantem atram efficit bilem. Sic enim solitus est distinguere Gal. li. 3. ca. 5. de loc. affect. ut statuat, aliam atram bilem esse uelut fæcem sanguinis, quæ admodum spissa sit, fæcibus uini haud absimilem, alteram uero, quàm superior, essentiæ multo tenuioris, atq; uomentibus eam & olfacientibus, acidam uideri, quæ etiam terram radat attollat & fermentet atq; ampullas quales fermentib. ui-

ſculis ſupernatare uideamus, excitare. Sed eam quæ craſſæ fæci ſimilis eſt appellat melancholicum ſuccum aut melancholicum ſanguinẽ, quæ in terram effuſa, non inducit feruorem, niſi forte in ardenti febri ipſam præaſſari contingat, neq; ulla etiam acida qualitate participat. Hoc etiam diſcuti & in lucem ueritatis protrahi poteſt, per ea quæ ſcripſit in 53. Aphoriſ. li. 6. Quædam atra bilis ex flaua bile ſuperaſſata gignitur, quæ omnino moleſtiſsima eſt. Quæ uero ex ſanguinis, ut quiſpiam dixerit, fece, craßior quidem eſt illa ſecundũ ſubſtantiam, ſed plurimum uincitur prauitate qualitatis. Dictum autem eſt quod eam quæ eſt ueluti fex ſanguinis, cũ uoluimus exquiſite loqui, nondum atram bilem uocamus, ſed humorem melancholicum. Nominib. uero abutentes & atrã bilem uocamus aliquando, quia ſi non prius euacuetur paulo poſt atra futura eſt.

Epythymum P. drachmarũ 4. in ſero lactis mulſaue exhibitum. Conuenit Paulus in curatione canceris li. 4 ca. 26. docens Epithymum 4. drachmarum & ſemißis quantitate in ſero lactis aut aqua mulſa deuorandum. proximum aũt eſſe, ex Hiera quæ Helleborum atrũ admixtum habeat, purgationem inſtruere. Quã Hierã Auicenna li. 5. Tractatu 2. ita colligit. Hiera, inquiens Galen. ex deſcriptione Pauli, recipit Chamedryos leucopiperis, macropiperis, agarici, ſtichados, hellebori nigri, ſcammoniæ, epithymi, cepæ muris aſſatæ uniuſcu-

iusq; aureos sex Myrrhæ, croci, ammoniaci, hypericonis singulorum aureos octo mellis quantum satis est. Vel rectius ex translatione Albam Vorini. Habet trixagnis, piperis longi, piperis albi, stœchadis, ueratri nigri, scammoniæ, spicæ nardi, scillæ assitæ epithymi, uniuscuiusq; drachmas sedecim, myrrhæ, croci, gurtæ ammoniaci thymiamatis, euphorbij, cuiuslibet drachmas octo, quæ cuncta melle excipiuntur,

Triginta duobus simplicibus medicamentis constat Hiera quædam, quam Auicenna li. 5. tractatu secundo fancligoti cuidam adscribit. Quam uero descriptionē hic insinuet Galenus, ne nihil lector studiosus ingenio suo debeat inenarratum relinquimus.

CAPVT X.

Est tamen & aliud uitium quod ex humore crasso feruenteq; nascitur.

GAL. PRAESENTI DISPVTATIONE aliud tumoris maligenus Anthracem uidelicet, hoc est Carbonem pasis uelis aggreditur. Ceterum ne immensum scripta nostra assurgant, extra caussæ septa nihil disseram aut adducam. Reliqua uero quæ hic concinnata sunt per Galenum, tam sunt per se plana & dilucida, ut Delio nullo natatore in digere uideantur.

Quæcunq; uero lectoris industriam remorabuntur, in elencho quærantur, & continuo alibi inuenietur optatum.

CAPVT XI.

Deinceps de reliquis agam tumoribus orsus a strumis, ideſt adenis induratis Chœradas græci uocant.

STRVMARVM CVRAM QVANtum ad ipsum attinet uitium, ijs scirrhis, qui in alijs partibus naſcuntur communem facit. Porro quasdam glandulas & quædã glandulosa corpora adserere & distinguere præstiterit. Glandulæ in medio uasorum spacio consistunt, in quibus simul cum uicio etiam pars ipsa excinditur. Vigonius hoc sic instituit. Cuius molliter in longum incidatur, donec manifeste appareat glandula. Deinde ungue & scalpro ad hanc rem dispoſito diligenter excorietur glandula & euellatur. Exinde curetur medicaminibus uulnerum recentium. Si tamen in gula & parte magnarum uenarum radicis ægerint, non esse tentandum aliquid ferro. Nam ut Gal. lib. 1. de loc. affect. scriptum reliquit, Quidam ex ceruice Chœradas in profundo incumbentes excidit, unguibus eas euellens, imprudens ob ignorantiam simul recurrentes neruos distraxit, atq; hoc pacto puerum liberauit à strumis, sed mutum reliquit. Alius in al

tero p ue-

tero puero sectionem faciens ipsum similiter semi-nutum reddidit, læso uidelicet altero tantum ner-uo. Glandulosa autem corpora sunt hæ glandulæ quæ uel saluiam, uel gentalem semen, item quæ pituitosum quendam humorem in Mesenterio, uel faucibus, uel larynge generant, quarum maior usus est. Atq; hæ qui-dem cum in scirrhoso sunt affectu, non aliter q̃ ceteræ omnes partes sunt sanandæ.

CAPVT XII.

Mihi uero tempestiuum est de aliis tu morib. docere, quorũ se primus Abscessus offert, Apostema id Græce dicitur.

AD TVMORES PITVITAE PER-tinent nonnulli tumores Apostematis nomi-ne à Græcis comprehensi. Scholastici medici Nodos uocant. Quorum iuxta diuersas materias in eis contẽtas, diuersæ sunt species. Si enim ueluti adeps sit, quod continetur Steatoma nominatur. Si ueluti mel Meliceris, Si ueluti puls Atheroma. Est & Apo-stematum huiusmodi genus in quo res aliæ continẽtur, ut ueluti cœnum, urina, thrombus, mucus, ossa, ungues, pili, lapides, arenæ, ostraca, ligna, carbones.

Ambrosia, Tres illas ipsas Antidotos probat Gal. li. 5. de Sanit tuen. in instituenda senilis ætatis prouisio ne, dicens, Theriace non incommode senibus datur, potissimum ubi post obstruentes cibos, ea quæ obstru-

ctiones liberent ante hanc exhibueris, tum enim efficacissimum ex theriace præsidium expectes. Quod si ab istiusmodi aluus subducta sit, utilissime Theriacen postridie dederis. Aeque uero & quã Ambrosiam, & quam Athanasiam uocant, aliáq; id genus medicamenta quæcunq; ex prædictis aromatis sunt composita. Ambrosiæ autem confecturam tradit Cor. Celsus Romanæ medicinæ deliciæ li.5.cap.24. cui titulum fecit. Antidotum Ambrosia nominatum, quod Zopyrus Ptolemæo regi composuit, ex his constat. Costi, thuris masculi, singulorum P. quinq; denar, piperis albi. P. 3. floris iunci rotundi P. 2. denar, cinnamomi P. 3. denar. casiæ nigræ P. 3. denar. croci Cilicij P. denar 4. Myrrhæ, quam stacten nominant P. quinq; denar. Nardi Indici P. denar. quinq; Quæ singula cõtrita melle cocto excipiuntur, Deinde ubi utendũ est, id quod Aegyptiæ fabæ magnitudinem impleat, in potione uini diluitur.

Optimum quod ex Cretica Calaminthe est cõpositum Hoc recipit Calaminthe Creticæ, pulegij Cretici, uel ex regionib. editis & siccis, petroselini Macedonici præcipue Ascreotici Seseleos Massiliensis cuiusq; Vncias. 2. Seminis Apij, cacuminũ thymi utriusq; unc. 4 Libystici Vnc. unc. sedecim, piperis ponderosi octo & quadraginta. Hæc omnia simul tundenda cribrandáq; sunt tenui cribro. Miscendumq; his ita præpara-

tis est mel optimum, curiose despumatum. Porro usus eius erit post matutinam frictionem ante exercitationem & balneum. Licet & sine admixto melle siccum medicamentũ reponere, eoq; salis uice ad obsonia præparati uti. Licet & in ptisana ueluti acetum inijcere, uel in eiusmodi aliquid pro pipere, Gal. lib. 4. de San. Tuen.

CAPVT XII

Quoniam uero eorum quæ per chirurgiã fiunt.

GALENVS PRAECLARVS MEDICUS, atq; adeo uniuersæ medicinæ clauum gubernans, in hac consideratione, quæ Chirurgi opem postulant, ad calcem libri seruaturum se promittit, In præsentia uero noueris eos morbos preter naturam consistentes, qui ex his toto genere præter naturam sunt, sui ablationem indicare. Cui communiori Indicationi omnia quæ totis substantijs à naturæ habitu recesserunt sunt subiecta. Si uero locus affectus una aliqua naturalium partium est, prima indicatio est, ut affectus sanetur, secunda si insanabilis is sit, ut cum uitio pars quoq; excidatur, sicuti in Cancro.

Myrmetia. Nominũ cõfusio diligẽtiorẽ esse admodũ, ut. s. rerũ cõfusio, quæ ex noĩb. nõ bene intellectis sequi solet effugiatur. Plusculũ autẽ horũ tumorum Ioan.

Manardus lib. 7. Epist. 2. egregia breuitate est complexus. Cuius authoritati nixi, quæ hic leuiter attingit Gale. fusius expediemus, Ad eos affectus qui ab atra bile procedunt refertur Verruca, quæ proprie editiorē montis partem significat. Quoniam uero tumores isti instar monticulorum quorundam in cute eminent, ideo uerrucæ dicti sunt à uulgo Porra, quia quādoq; intra se fila quædam continent porrorum radicibus nō dissimilia. Græci nomen non habent, quo omnia genera cō plectantur, sed quamq; proprio nomine speciem nuncupant. Acrochordones eas, quæ sub cute coeunt, infra tenues, ad cutem latiores ita suspendi uideantur, Auic. Clauos uocat. Quæ econtrario se habent, hoc est ima parte, qua ad cutem latiores, suprema angustiores, uocant Myrmetia, ac si formicales diceres, quoniam dum attrectantur morsui formicarum similem inferunt dolorem, Flos illi, nos Clauos, albas, rotundas, clauorum capiti similes, quæ alijs partibus, præcipue uero digitis, plantisq; pedum contigunt cum dolore & incedēdi impedimento.

Hypochyma suffusio latinis, uulgo Cataracta, ab Auicēna Aqua dicitur, Est autem Paulo teste effusio humorum lentorum inter Corneam & Chrystallo idē congelatorum. Cui tam simile est, quod Greci uocant Glaucoma, ut aliqui idem putauerint, cum tamen sint res diuersæ. Fit enim Glaucona ex mutatiōe Chrystal-

loidis ad glaucum. Id ipsum & à Gale. fusius traditũ est capite ultimo libri huius. 14.

Mola definitore Paulo li. 3. ca 69 est uteri tumor scirrhosus, interdum quidem iuxta locellorum ostium quandoq; uero per uniuersam eorundem molem apparens, à qua lapidosus tumor cum diuulsione superiacentium particularum, & gracilentia, palloreq; & cibi horrore, mensium retẽtione, & mammarum tumore, tanq̃ suspitionem conceptionis in quibusdam ab initio statim inducunt. Postea uero tempore discernuntur. Nonnullæ uero aquæ intercutis suspitionem præse ferunt.

Hydrocele. Aliquando fracto uel producto peritoneo, corpus aliquod in scrotum descendit. Si intestini portio Enterocelen Græci, latini intestinorum Ramicem, Auicẽna, Rupturam Herniam & Ramicem apellat. Si descendit Omentum, Epiplocelen Græci, Omenti Ramicem latini nominant. Si humor lentus, Græci Hydrocellen, latini Ramicem aquæ. Descendit quandoq; res feci similis, aliquando sanguis, aliquando flatuosus spiritus. Et nomen accipiunt semper à rebus opplentibus. Interdum dura concrescit caro, & sarcocele, latine carnosa Hernia dicitur. Interdum uenæ ultra modum repletæ glomerantur, Cyrsocelen Græci, nos uaricosum Ramicem. Sed Epiplocnterocele ubi

omentū simul cum intestinis descēderit. Bubonocele si corpa hæc nō ītra scrotū descēdāt, sed in inguine retēto intumescere locū faciāt. Exomphalos uero si in umbilico, Auice. umbilici augmentum inscribit.

Paracentesin uocant punctionē, quæ in Ascite adhibetur. Repetit hoc Paulus li. 3. ca. 48. Qui postremo Ascite oppressi tenentur, nisi superiorib. suppetijs manum dederint in Paracentesim, nulli alij speciei congruam, ducendi sunt. A uerbo κεντεῖν idest stimulare, deductis stimulis & scalpris, æneis & argenteis fistulis eiusmodi, quibus aqua hydropici prolicitur. Porro q̄ copiosa enarratiōe hanc medendi formā Cœlius Aurel. prosecutus fuerit, qui scire cupit legat Chronion lib. 3. cap. 8. Sunt uero hydropis tres species. Nā modo uentre uehementer intento, creber intus ex motu spiritus, sonus est. Modo corpus inæquale est, tumoribus aliter, aliterq; per totū id orientib. Modo intus in unū aqua contrahitur, & moto corpore ita mouetur, ut impetus eius cōspici possit. Primū tympaniten. Secūdū leucophlegmatiam uel Hyposarca. Tertiū Asciten Græci nominant. Cor. Celsus li. 3 ca. 21.

D Hernia ferro curanda consule Chirurgum Vigonium li. 1. Tract. 6 De columella uero eiusdem lib. Tractatum. 3. cap. 15.

At Qualem Hippocrates in præsagijs descripsit. Libro equidem, 3. aphoris. 23. Gurgulio, inquit, si cum

rubore tumescit sine periculo præcidi non potest, etenim inflãmatio sanguinisq; profusio ei accedit. Proinde satius est alijs quibusdã auxilij uti, quibus extenuari possit. Cum uero pallidior efficitur, Vua nominari solet, quod si tum una eius pars crassa & rotunda, summa uero tenuis uidetur, intrepide præcidi debet, Satius tamẽ fuerit, antea q̃ minus adhibeatur, aluum uacuare, si tempus id ita promittat, ut interim suffocatio hoĩm non præoccupet. Ide sentit Cor Celsus li. 7. c. 12.

ENCANTHIS. Crescit interdum in ipso magno angulo naturalis caro adeo, ut palpebras parum diduci patiatur. Interdum ultra modũ minuitur, Primum Encanthida, secundum Rhyada Græci nominant. Vide Paulum li. 3. ca. 22. Alexandrum Trallianum lib. 1. ca. 23 Celsum lib. 7, ca. 7.

Tunica in naso cum polypo, Hoc abunde monstratum est per Cornel. Celsum li. 7. ca. 10.

THYMVM EST uerrucula fabæ Græcæ magnitudine super corpus iacẽs, ima parte tenuis, summa latior & aspera, unde & sanguinem, quãdoq; fundit, in manibus & pedis planta, fœminibus, præcipue uero circa pudenda contingens, phymi herbæ capita representat, Reponitur iter uerrucas, licet ab eis eo differat, quod saniem uel materiam quandam, uel potius sanguinem sub se continet. Manard. Epist. 2. lib. 7. Et Cor. Celsus li. 5. ca. 18.

CAPVT.XIIII.

Non est igitur quod in his amplius immoremur.

Eleganter explicat hic Gale. Vocabula, ad quæ lectorem contingit nonunq̃ non aliter, q̃ ad Maleæ ſcopulos impingere, κατὰ φυσιρ ſecundum naturam, utilis, conueniens, conferens, ſecundũ naturam habere, ſecundum naturam agere, de omnibus uidelicet, quæ in corpore ex ſententia noſtra eſſe exoptamus.

Dictum de his eſt alibi latius, Lib. ſcilicet primo de diff. Morbo, ca. 4. Et li. 2. de morb. Cauſſ. ca. 8.

CAPVT XV.

Ergo denuo repetentes de rebus loquamur.

Vbindicat hic Gal. quomodo corpus ſupra iuſtũ modũ craſſum ac obeſum eliquandũ ſit & expurgandum. Calidiori autem tẽperamento quo corpus macilentius graciliuſq; redditur obeſum, inducemus exercitia ualida, nutricationem extenuantem, medicmenta quoq; extenuendi uirtutẽ habentia, & animi ſolicitudines, His addit balnea aquarum diſſipandi facultate preditarum, atq; etiam arte & induſtria inductam febrem.

In opere de tuen. ſan. Sic enim lib. 6. ſcribit. His qui immodice ſunt obeſi minuenda digeſtio eſt, agenda uero corporis exhalatio. Porro minuetur digeſtio aßidua corporis deiectione, nempe aſſueſacientibus nobis nutrimenti inſtrumentis, quæcunque continuent ea ſtatim peſſum impellere. Corporis autem exhalatio inaugebitur celeri exercitatione, curſu, unguentis euaporantibus, quæ Acopa uocantur. Ad quod elegans eſt aphoriſmus Hippocratis tertius quidem in ordine Tertiæ particulæ Sexti Epidem. Extenuatio curſibus, luctis, quiete multis celeribus deambulationibus. His elixa maza plurima, paniſq; modicus dandus. Maza autem, ut Galenus libro 1. Aliment. capit. polenta docet, eſt polenta cum liquore conſpergitur atq; ſubigitur.

Atrophia. Tres ſpecies Talis Atrophian, Cachexiã & Pthiſin deſcripſimus li. 1. ad finem.

Rutam quoq; & Ariſtolochiam, centaurium & alia plurima, alibi explicata diſquirito.

Sale Theriaco quod ex combuſtis fit uiperis. Huius meminit Gal. li. 11. Simpli. Med. ca. 3. Et Paulus li. 7 pagina omnium poſtrema confecturam huius ſalis habet. Quæ quoniam bene longa eſt, utpote ex 37. ſimplicibus conflata, uiſum eſt hic breuitati conſulere atq; ad authorem dextri ingenij iudicijq; exacti auidum lectorem remittere.

Antidoto quæ aduersus articularia uicia est composita. Dolor podagricus Paulo li. 3. ca. 78. teste in medijs neruis, quibus uoluntarius motus cietur, per se non est, quoniam in medijs articulorum locis ipsum oriri necessum est, uerbi caussa, cruribus aut coxis aut cubito aut brachio. Afficiuntur itaq; per consensum etiam uoluntarij motus organa. Quando igitur pedes humor solum infestarit Podagra nuncupatur. Quom autem in omnes corporis Articulos penetrauerit caussa iam tum articularis morbus appellari consueuit, in quo uertebræ spinæ quæ spondyli dicuntur & scapulæ & maxillæ atq; uniuersus proinde articulus languori subijcitur. Nonnullis aures quoq; & dentes & guttur, interdum iecur & lien Articularibus doloribus oblanguent. Antidotis autem conuenientibus in Arthritide Paulus connumerat Confectionem ex Damasonio & Agapeti, & Atacton & Oetaidon & Procli, & quæ fit ex Carallio, quæ omnium tutißima est, & sepius experientia probata. Quas omnes exhibet li. 7. ca. 11. Et rursus li. 1. cap. 58. omnia quæ hic Gale. prodit, ad uerbum excripsit. Quibus addit tenuius macilentiusq; corpus reddere, medicamẽtum, quod piperis ac petroselini duplum, asari uero, & auisi dimidiũ continet. Nã id tum lotiũ tũ alui quoq; excretionẽ. pulchre promouet. Vide Alexandrũ Trallia. li. 4. c. 1

Cuiusmodi in lesbo uisitur à Mitylene 40. stadijs

ſin minus, ipſi ſimilem aliquam molliemur. Paulus li. 1. ca. 57. eadem affirmat, & dilucide cõmemorans dicit. Satius autem fuerit, ſi aqua lauacri ex rebus diſsipandi facultatem habentibus conſtiterit, præſertim ubi ultro emergentis copiam habere poſſumus, Cuiuſmodi Mytilenæ datur cernere. Sin minus ſalis flos aquæ marinæ confundendus eſt. Oportet autem alimentũ non ſtatim à balneis exhibere, uerum ut dormiant à lauacro priuſquàm cibum capiant mãdare. Verum ut hæc liquidius percipias accinge te ad legendum ea quæ Alexander Trallianus li. 4. ca. 1. prodidit.

CAPVT XVI.

At ubi eos qui extenuati ſunt reficere in animo eſt.

MAcie confecti ac admodum graciles reficiendi uino craſſo, lapidibuſq; craſsioris ſucci, exercitationibus lentis, frictioni mediocri, & ut ſũmatim dicatur, oĩbus quæ cũ proximo capite enumeratis ex diametro pugnant, macilenti reſtaurandi & uindicandi ſunt.

Picationis eulogium expreſſum eſt per Galenum libro ſexto de Sanita. Tuen. Proinde non abſurde fecerimus, ſi locum magni emollumenti hic attulerimus. Ars, inquit, quæ ſanitati tuendæ præſidet, his qui ſibi paruerint ſtaturam ſanitatem promittit.

qui uero parere recuſant, his perinde eſt, ac ſi omnino non eſſet. Recuſant autem alij ab ipſa in præſens uoluptate uicti, quos incontinentes intemperanteſq; nominãt, alij ambitione quam κενοδοξίαν, id eſt, uanam gloriam uocant. Quorum is erat qui quiduis potius ſuſtinuiſſet, quàm picem ſibi toto corpore continenter illini, ſuadentibus id medicis, pro gracilitatis remedio. Et infra Hi ne ſicut delicati, aut q̃ formæ plus ſatis indulgẽt, pice ungi uideantur, refugiunt eiuſmodi auxiliũ, atq; aliud quippiã ſibi à nobis excogitare gracilitatis remediũ iubent. Cũ tamen nullũ ſit, quod huic poßit æquari. Prodoſſe tamen poſſunt etiam hæc, ſi ante balneum, manu nec adeo molli, nec rurſum aſpera, corpus perfrices, quo ad ruborem contrahat. Meminit picationis Galenus libro 7. capit. 7. huius Methodi, Nam pro natura picis quæ excalfacit & explet, ueteres appoſite excogitarunt, picationis auxilium Phthiſicos enim utcunq; abſumptos tabe aliqua, in quibus interanea petens calor externa deſtituebat, hos ipſos liquefacta pice totos oblinebant, ut euocaretur ad extremas partes profundus calor, qua induſtria obliti alioqui deplorati ex Plutonis quaſi faucibus erepti nõ pauci perſonati ſunt.

Obſtruere ſolent quæ ſuccum craſſum gignunt. Per contandum autem ab eo qui dicto modo eſt cibatus.

Num quis illi grauitatis sensus in dextris præcordijs & circa renes sit, Et tunc protinus capparis ex oxymelite in principio cibationis dabitur, donec constiterit grauitas. Hoc ipsum docetur apertius libro sexto De Sanitate Tuen. quod superpondij loco adijciam Aestimandum est, inquit, in omnibus qui à cibo lauantur, num in dextra præcordiorum parte, ubi situm iecur est, dolorem aliquem, aut grauitatem, aut tensionem sentiant. Eiusmodi namq; corporum status, iocinoris uicijs tentari solet, si balneo post cibum utantur. At si quando eiusmodi aliquod uicium sentiunt, ilico dandum aliquid est eorum, quæ obstructum iecur liberent, abstinendumq; ab his cibis qui crassum efficiunt succum, ac potissimum si idem glutinosi sint. Vtile sane fuerit, liquorem in quo maccrata sit absinthij coma offerre, præterea quod tum ex ea tum aniso & amaris amigdalis conficitur, quod etiam bibere ex oxymelite præstat, in eo tempore quod inter surgendum lauandumq; interuenit. Non inutile est Medicamentum quod Diacalaminthen uocant.

Ad membra quæ plusculum iam refrigerata erant usus aliquando & Thapsia sum, alias ex melle membrum illiniens, alias etiam ex cerato. Paulus uelut Galeni simia libro 2. capit. 8. ταυτολογῶν, operæprecium fuerit, inquit, partem pice illinire, quam cum ge-

lidiorē senseris, sindone ac calorifico quopiam medicamine confricare. Ipse quidem Thapsia nonnunquàm alias ex melle, alias cum cerato usus sum.

Subijcitur autem duplici Chirurgiæ rationi. Interim in superna pudendi parte circulo incisa cute. Hanc examussatim tradidit Cornelius Celsus lib. 7. capit. 25. cuius hæc sunt uerba. Fieri potest hoc expeditius in puero quàm in uiro, in eo cui id naturale est, quàm in eo qui quarundam gentium more circumcisus est (notantur à Celso uerpi, id est, Iudæi apellæ, qui & ob id recutiti appellantur) Cutis circa glandem extenditur, donec illam condat, ibiq; deligatur. Deinde iuxta pubem in orbem tergus inciditur, donec coles nudetur, magnaq; cura cauetur ne urinæ iter, uel uenæ quæ ibi sunt incidantur. Eo facto, cutis ad uinculum inclinatur, nudaturque circa pubem uelut circulus, eoque linamenta dantur, ut caro increscat & id impleat, satisq; uelamenti supra latitudo plagæ præstat. Donec cicatrix sit, uinctum esse id debet, in medium tantum relicto exiguæ urinæ itinere, Expediuit Celsus ibidē prolongationem præputij circumcisi.

Eorum qui Thapsia præputium adducunt, quidam rotundum è plumbo ueluti Solenarium quoddam fecerunt, Adferetur lux aliqua huic loco, comprimum te-

cum reputaueris, quod Galenus sua lingua hic dixit, ἔνιοι δὲ τῶν διὰ βαφίας ἐπαγόντων τὴν πρόσθεν τὸ στρογγύλον τοῦτο μολύβδινον ἐποίησαν ὥσπερ τι σωληνάριον Solen mechanicus, quem & Glossoconion mechanicum appellari posse adferunt descriptus est à Galeno libro sexto capit. quinto huius Methodi in uerborum contextu. Ad quem locum & nos è Paulo ex suggestione uiri insignitæ eruditionis Albani Torini amici nostri summi, nonnihil studiosorum auribus dignum, attulimus.

Colobomata curta appellantur quæ in labijs aut naribus, aut aure deficiunt. Κολοβόω nanq; idē est qđ trunco mutilo, breuio Κολοβότης uero decurtator dicitur, qui male ꝓnunciat, & syllabas extremas audiri non sinit, sed quasi deuorat, & deglutit, quod pueri facere solent metu ne deprehendantur inemendate loq; qui Κολοβοί sunt mutili uel minuti. De quibus & Aristotel s μετὰ τὰ φυσικὰ lib. meminit. Latinorū Medicinæ præses Cor. Celsus limatius absoluit Curtorum per manum curationem, quæ cum longiuscula sit, exigatur ab eodem lib. 7. ca. 9.

Rhoeades Paulus li. 3 cap. 22. breuibus perstringit, quemadmodum meminimus ca. 13. huius 14. Cornelius quoq; Celsus primus qui cœpit eē alicuius momēti iter

latinos medicos lib. 7. capit. de excidendo ungue, quod Pterygion uocatur, leuiter attigit Rhyados rationem cum dicit, duplex periculum est traiecta acu linum trahente & posthac lini duobus capitibus apprehensis, unguem eximere paranti, ne uel ex ungue aliquid relinquatur, quod exulceratum uix ullam recipiat curationem, uel ex angulo quoq; caruncula abscindatur, quæ si uehemẽtius unguis ducitur, sequitur. Ideoq; decipit, ac si abscissa est, patescit foramen, per quod semper humor descendit Rhyada græci uocant. Sic enim & non Rhypada legendũ animaduertit uir egregie eruditus Ioan. Cæsarius in annotationibus quib. confragosa aut uetustate corrupta loca plurima in Celso restituit & illustrauit.

Pori consideratio huic loco assuenda non est, quippe quam copiosißime è libri 6. ca. 5. huius Methodi cuiuis liceat uenari.

CAPVT XVII.

Ergo serpens hulcus, qui Herpes Græce dicitur.

NON PROCLIVIS EST REM IAM IN suos ordines digestam & seriatim expensam quàm confusam perdiscere, Tumorum taq; species præcipuas & primi nominis Gal. primum exegit, neutiq̃ secutus eos, qui omnia perplexe effundũt, quasi coquus cũ multa iura confundit, unam quandã miscellã

miſcellam facientes. Ad poſtremum igitur Gale. his, quæ finitimæ generatim colligendis tumorum generibus quaſi ſpecies ſunt, peculiarem hunc locum deputauit. Quas omnes candide Anagnoſta prolixius te accipientes, quo ſuauius afficiaris, diligenter ordine expendemus.

Herpetes ad Eryſipelata uidentur aliquo modo referri. Fiunt enim & hi à flaua bile, ſed alteri humori commixta. Ex quibus Herpes Eſchiomenus fit ex bile craſſa & acri, quæ totam cutem ad carnem uſq; exulcerat. Herpes autem ſimpliciter dictus, qui ſolam ſuperficiem quaſi urit à tenuiore. Sicuti Miliaris à tenui minuſq; acri & calida. Et propterea bullulas paruas in cute excitat Milio ſimiles, fitq; ex bili pituita mixta, nec protinus hulcus facit quemadmodum alter Auicēna odioſo errore hec tria mala formicas uocauit Nicol. Leonicenus. Ioan. Manardus epiſto. 2. li. 7. in extirpandis barbarorum erratis cenſores acerrimi.

Ophiaſis & Aleopecia Areæ genera ſunt Celſo, hec à uulpe nomen habet, quæ frequenter eo morbo, ut ſcribit Gal. infeſtatur Illa à ſerpentis ſimilitudine, cui pars læſa ſimilis exiſtit. Nam Celſus eam incipere ab occipitio, duorum digitorum latitudinem non excidere, & ad aures duobus capitib. ſerpere, cõmune utriq; eſſe dicens, quod emortua ſumma pellicula pili primũ extenuantur, deinde excidunt. Priorẽ Arabes Tyriã

uocant, qua uoce quandoq; omnes serpentes, quãdoq; uiperas proprie significant. In Caluitio uero ex indigentia humoris, non ex malignitate capilli decidunt.

Ptilosis si Paulo potius q̃ libro Defunctionum credimus extra modum crassities quædam palpebræ est, callosa, rubra, quam plerunq; pilorum casus consequitur Manardus epist. 2. li. 7.

Caries ossis Teredo appellatur alibi à Gal. quod & in præhabitis li. 4. ca. 1. adnotauimus.

Vitiligo est foedus cutis color, ex malo partis habitu prouenienes, nutrimentum bene assimilare non potẽtis, Ea duplex est. Prima quæ solam cutem inficit, aut alba est, & dicitur Alphos Arabice Morphea. Aut nigra & Melas Græ. dicitur. Secunda profundior altius descendit, ab Arabibus Albaras dicitur, & hæc est Aliabatis lepra, à Celso uero Leuce dicitur, Auicenna confundit cum lepra Græcorum Manardus epist. 2. li. 7. Ceterum Albaras nigra Auicennæ non est Psora Græcorum, sicut quidam magni nominis uiri decepti sunt. Cum Auicenna Albaram nigram emittere squamis piscium similia, esseq; uehementer asperam, adeoq; malignam ut præuia sit ad Elephantem, incurabilisq; si sit antiqua. Psora autem idest, scabies magis consistit in superficie, nec squamis piscium, sed furfuri similia emittit, ut fideliter li. 5. cap. 12. ad finem, recitauimus.

Scabies est Psora. Cuiusmodi plura tractauimus li. 5 cap. 11. ad finem.

Lumbricorũ tres sunt differentiæ. Vna quæ tereti & rotunda forma est secundum crassitudinem, in gracilibus intestinis plerunq; consistens & in superiorẽ uentriculum progrediens, ut etiã per os nõ raro eijciatur. Altera uero, quos Lumbricos latos & Tenias nominãt. Tænia enim adnata in interiore intestino mẽbrana, quæ ut ita dicam in materiam animalis permutatur, & identidem excernitur etiam tota, incredibili sua amplitudine, uisu horrendum exhibens spectaculũ uel pars eiusmodi aliqua redditur, dissoluta quidem non consistit, sed redundat. Et paulo inferius. Infallibile & certissimum indicium, si cum stercoribus simul excernantur quædam semini cucurbite similia, Tertia quos Græci Ascaridas nuncupãt, uermibus forma persimiles, qui in extremo longanone plerunq; solent consistere, & q̃ primum claudit se intestinum illud, prope anum conspiciuntur, grauesq; in his partibus pruritus excitant. Paulus li. 4. ad finem. Addamus etiam quod Manardus epist. 4. libro 11 scribit, Ascarides minimos uermes & infimo intestino hærentes esse. Latum autem adeo magnum, ut tota feré intranea intestinorum mẽbra in eũ uersa uideatur. Quare Serapion hallucinatus est, q in Medicinis plato uerme Ascar. scripsit.

Vt quadam ad Pactolum epistola idē Manardus aperuit.

Nome uocatur putredo quæ ad ſanas partes diſtribuitur; cuius ſpecies eſt Phagedena ulcus nomedes, comedens carnem ſubiectam, & circunſtantem corrumpens, factum à materia, quæ eſt media inter materiam, quæ facit Herpeta, quæ tenuiſſima eſt, & eam quæ facit Cancrum, quæ craſſiſſima (quod ſi intenditur ad Herpeta Eſtromenum tranſit) Videturq; cancrum ulceratum ſignificare, non omnem, ſed qui ex edendo & depaſcendo uicinas partes ad oſſa uſq; deuorat.

Chironia & telephia ſunt ſpecies Phagedænæ, Illud quidem quoniam ob eius malignitatem Chirone medico indigere uideatur. Hoc quod Telephus eo fuerit uexatus, nomen ſortitum eſt. Sunt autem antiqua & difficile ad cicatricem uenientia, Celſus tamen Chironeum uocat hulcus magnum non ſerpens, doloris modici, oras duas calloſas tumentes habens ſine inflāmatione quidem & periculo, ſed difficile ſaneſcens.

Algam recipit medicamentum quo uſa eſt Gemina ſua lingua Galenus dixit πρῶτον μὲν ἐχρήσατο τῷ διὰ φύκους φαρμάκῳ. Phycos inquit Paulus lib. 7. cr. 2. refrigerandi & arefaciendi uim habet in ſecundo ordine, acerbitate item leuiuſcula quadam præditus eſt. Galenus habet, ex mari exemptum & uirentē, his uiribus præſditum eſſe Simplic Med. 8. Atq; iterū

li. 9: Simplic. cap. penult. Phycum pro fuco usurpat dicens. Phycos seruata cerussæ frigiditate tenuitatem assumpsit, ut per eam in profundum altumq; corporũ quibus admouetur, uis eius penetrare ualeat.

Deinde quod ex Sandice cõponitur. Meminit Sandicis Gal. loco iam citato, dicẽs. Cerussa adusta, in San dica quam uocant trãsit, medicamentũ seipso tenuius, nondum tamen excalefaciens. Plinius singulari grauitate nobilis author naturalis historiæ lib. 35. ca. 6 inter colores factitios recenset sandicem, Ex omnibus enim alij nascuntur, alij fiunt. Nascuntur sinopis Rubrica, Melinum, Auripigmentum etce. Ceteri finguntur, primum quos in metallis diximus. Præterea e uilioribus, cærussa usta, scandaraca, sandix, ochra, atramentum, Et infra, Sandaraca si torreatur, æqua parte rubrica admixta sandicem facit. Quamq̃ animaduerto Virgilium existimasse herbam id esse illo uersu. Sponte sua sandix pascentes uestiet agnos, Inter facticios colores est & syricum, quo minium sublini diximus. Fit autẽ sinopide & sandice mixtis. Referunt nonnulli & herbam idem nomen sortitam, olfactus delicatioris, reperiri in Insula maris Rubri.

Plurima inueniuntur hodie quæ apud maiores nostros non fuere inuenta. Huius generis sunt non pauca quæ usus inuenit etiam tum sepulta adhuc & in

cognita G. ipso ξῶρτοσ καὶ ἐπὶ χθορὶ δεξκομένοισ nempe Siliqua Aegyptia, quam Cassiam fistulam dicimus, Camphora, Moschus, Sandali, Ambro. Nux Indica, Nux uomica, Myrobalani, seua, Mãna, Cariophyllon, Reubarbarum, Tamarindi, Zedoaria, milleq; alia quæ ut constat ueteribus non fuerunt inuenta. Ne quis autem tyrocinium uix dum professus, eadem in delicijs fuisse ueteribus & primis, illis Asclepiadeis Medicis opinetur, diligenter cauimus adeoq; magnam horum syluam in Operis nostri libro decimoquinto Titulorũ memorabilium recitauimus. Veluti nuncrome quidam excogitauit. Myrmeciæ autem Celso perhibente latissimis radicibus inhærent, ideoq; ne excidi quidem sine exulceratione magna possunt. Acrochordon autem si excisa est, nullam radiculam relinquit, ideoq; ne renascitur quidem.

Ferramentum. Galenus Græce dixit σμίλη. Quod significat scalpellum, cultrum sutorium, ferrum medicum, Sic & σμιλίον cultrum sutorium, quo corium inciditur appellant Græci.

Scolopomacherion erectum cultellum uertere posses. Est enim σκόλοψ Paulus, lignum, fixum, erectum acies uel acumen μάχαιρα autem gladium uel cultel-

lum portendit. De instrumento hoc Chirurgico consule. 6. lib. Pauli, ego me nihil de eo legere memini. Valente tamen antiqui galli, uel magis aquilæ penna. Myrmetia eodem modo educi potest. Quam rem Cæduceo suo Mercurius non posset ostendere clarius, q̄ hoc loci præstitit uerbis suis Galenus. Mitiores tamen Pro delicatioribus curationes require lib. 4 cap. 15. apud Paulum AEginetam.

Exostoseos nomine quid uelit Galenus, post longà inquisitionem nusq̄ reperio. Proinde cuius coniectura nos mouet, id solum dicimus. Græcis ἐξοστέω ἐξοστεΐζομαι idem significant, quod exosso, uel ossa eximio: Faciunt itaq;, quæ hic a Galeno recitantur continuo sequentia, item & antecedentia, ut credam Exostosin ossis superflui productionem esse, ubi enascatur ossis redundantis particula aut eminentia quæpiam, aut frustulum qualecunq;.

In cauis ulceribus tradita Methodus est, libro uidelicet. 3. cap. 3.

Dictum in præcedentibus est. li. 5. ca. 7.

Proditum est de præputio prius. Libro isthoc. 14. ca. 16.

Quæ in naso uel aure ul' labio sũt curta. Per curta accipiendi sunt Colobomata, quæ eiusdem huius lib. 14. ca. 26. Gale. graphice depinxit omnia. Nec tibi defuit inibi Scholiastæ ipsius opera.

Qui in articulos & Pulmones incidunt calli, quos Poros uocant. Et qui in renibus & uesica inueniũtur calculi. Idem nobis suggerit nobilissimus Gale. li. 4. ca. 6. de loc. affec. ubi ad huius obscuritatis illustrationem hec promit. Hulcera quæ sanguinis reiectioni superueniunt, in pulmone creberrime fieri possunt, ac curationem (ut quibusdam uidetur) nequaq̃ admittunt. Aut (ut alij putãt) difficulter admodum sanantur. At in thorace dirupta uasa, à quibus sanguis expuitur, magna ex parte conglutinantur. Nunq̃ enim huiuscemodi hulcera uel diuturna, curationi omnino resistunt. Quæ uero in pulmone longo iam tẽpore permanserũt, q̃uis aliquando curentur, relinquitur tamen in ipso res quædam callosa, fistulosaq́ue, quæ tractu temporis à leui occasione expelli solet. Atq; cum ijs quæ inde exponuntur, miscentur ramenta à medicis uocata, ac cruoris exigna quædam guttula, quæ in re cum hulceribus, in alijs sedibus genitis, cõmunicant. Verum ex gula uentriculoq;, uomitum, ex renibus & uesica, cum urina, ex intestinis uero, deiectione excernuntur etc. Succurrit non inelegans horum mentio apud Paulum

Aeginetam libro.3.capit. 31. Quum inquit. Nouimus quempiam sanguinem é pulmone sputo eiicientem, procedente tempore cum maxima tußi & sanguine copioso lapides expuisse quatuor aut quinq; asperos, ceu pumicatos, magnitudine uero ceratiorum triun aut quatuor, & continuo quidem leuatus meliuscule habuit, haud multo uero post in tabem incidit, atq; fato functus est. Quod uero ad callos in articulos incidentes etiamnum interest, idem Paulus libro tertio cap.78 sequentibus uerbis commeminit. Superabundans, dictitans, humor, nunc quidem biliosus, nunc uero sanguineus, quandoq; melancholicus, magna uero ex parte pituitosus ac crudus est, ex alimentorum redundante copia, & cruditatibus, & ocio conflatur, morans autem longiore tempore in articulis, denscscit & glutinescit, ita ut dictas articulorum duricies perficiat. Non nunq̃ uero mixtus ex pluribus constat, & cognitu, & curatu tum difficilior, imo immedicabilis.

CAPVT XVIII
Item clauicie in quibus amißio particulæ est, quæ utilis fuerat.

GENERATIM EDOCET HIC GAlenus, secretioris medicinæ princeps curationẽ amissorum pilorum, cuiusmodi siue in Caluicie,

siue Ophiasi, siue Alopetia, siue Ptilosi, usus exigit. Adiungens interim quibusnam uacuandi ratio sit sumenda.

Quæ in naturalibus libris nostris de pilorum generatione didicisti. Libro secundo de temperamentis Galenus obseruatione digna de hoc instituto prodidit. Et libro 11. de usu Partium circa eum locum ubi refragatur & dissentit à sententia Mosis Nomothetæ diuini.

Diligenter æstimabis quis color cutis sit, cuius cernis corruptos pilos. Nequaquam hic prætereunda est Alexandri Tralliani libratior sententia, qua lib, 1. capit. 1. inquit. E cuius succi prauitate in capite consistente Areæ proueniant, extima cutis, capillitii color arguit. Flaua enim luteaq; coloris summa capitis pellicula, flauam redundare bilem insinuat. Pulla uero ac fusca cutis, atræ bilis exuperantiā subesse ostendit. Candida postremo, & ad candorem uergens suprema cuticula. pituitæ redundātiæ uitium adscribēdū declarat. Hoc denique; Gal. noster cōprobasse comperitur cum in secundo Aphoris, libro primo, Humorem, inquit, superabundantem, ex colore debemus coniectari, nisi aliqui forte in profundum recesserint. Color enim similis efflorescit humoribus, si non ingurgitauerint.

CAPVT XIX.

Iam eos quoque, quibus periere excilijs pili quos Græce ptilos nominant, similib. medicamentis sanabis

GALENVS MEDICORVM ALpha hoc omnium postremo capite tumores & uicia quædam oculorum, ea qua aliarum partiũ tumores tractauit industria atq; insigni breuitate percurrit. Significans parua quidem adhuc & mollia, per ea quæ detergent curanda esse, alia uero per uehementius exiccantia, si tamen ea quæ in oculis sunt Collyrijs digesta fuerint. Alia insuper magna & dura Chirurgiam postulare.

Sicca tutiora sunt. Hæc ξηροκολλούρια id est arida Collyria appellantur. Quorum aliqua exterendi calos, sycoses id est, ficationes, pterigia & scabiem facultatem obtinent ex Chalcitide & ferrugine & misyos conposita. Alia uero apodacritica, id est, lachrymas prolicientia, quæ oppilationibus, & oculorum hebitudinibus conueniunt ex pipere & spica nardi. Alia uero prophylactica, id est, præseruatiua præarcendo ac prohibendo instillationes, qualia sunt conflata ex lapide phrygio, sarcocolla, glaucio, aloe, cadmia, stibio & croco.

Paulus libro septimo capit. 16. Xerocollyrium elegans Galeno adscribit, quo mirifice & plus quouis alio medicamento præseruatur oculorum uigor. Rursumque aliud xerocolyrium quod nouis citatum locum legentibus compertum est ad ficationem & hypersarcomata id est super crescentias carnis laudatum ab authore. Sumit autem Cadmiæ denar. 10. Chalcitidis denar. 20. piperis grana 15. nardi Gallicæ denar. 1. Cadmiam conterito Chalcitimque cum uino, & ubi aruerint, reliqua immitte & redige in puluerem. Appingit inibi plura Paulus, quibus auctior abire poterit studiosus multorum Collyriorum, atq; is præcipuo, qui fœcundam ubertatem, quàm inopiæ exuccam ariditatem exoptat.

Quædam tota substantia sunt aliena. Exemplo tibi sit morbus qui in instrumentalium partium numero indecenti accidit. Nam hic fit aut propter defectũ, aut propter superfluitatem particulæ. Et hoc bifariam. Primo adcrescente parte naturali habitu ut sextus digitus, Pterygion, tuberculum in naribus. Secundo redundante parte, toto genere præter naturam, ut sunt contenta in abscessibus, lumbrici. Ascarides, lapis in uesica, suffusio & horum similia.

Pterygion, quasi alam diceres, fit super adnatæ oculi membranæ, id est coniunctiuæ uocatæ simul & Cor

neæ communis effectus, Vngulam Auicenna nominat. Est autem Paulo teste neruosa quædam adnatæ membranæ excrescentia, à maiore angulo, ut plurimum orta, ad oculi coronam ita procedens, ut quandoq; pupillam operiat, Celsus Vnguem uocat. Diuersa eius genera sunt, ex colore alba, rubra, ruffa, fusca. Ex tactu dura, mollis, Ex annexione ad membranam, hærens, unita. Magisq; sanitatem recipit albior, tenuior, adhærensq; non una. Ad quã referri mihi uidetur id, quod Arabes Sebel uocant. Ioan. Manardus lib. 7. Epistol. 2. Est etiam aliud Pterygion de quo paucis ibidem agit, Fit dicens, in pollicibus potißimum, manus quidem ferê post Paronychi (qui est absceßus malus circa unguium radicem contingens, panaricium corrupte nostri uocant) pedum uero ob ictum, ut propinquam ungui caro ita crescat, ut partem unguis abscondat, quod Græci uocant Pterygium.

Trachomatica uocant. Trachoma libro 3. capit. 22. & Aspritudo Cornelio Celso, internarum palpebrarum scabricies quædam & exasperatio est, Illarum porro extensio rigida, quæ eo peruadit ut fissuras obtineat Sycosis uocatur, quod si inueterauerit et occaluerit, Tylosis appellatur. Porro eodem libro capite de Pterygijs, ait. Vnguis, si recentior sit, & mediocris magnitudinis, præsidijs abstergentibus expugnatur, cuius generis sunt, quæ Græci τραχωματικὰ

& λευκωματικὰ dicũt qđ nimirũ illi trachoma pal pebrarum asperitatem, hæc albas oculorum maculas leucomata appellata proprie consumunt. Collyrium uero ex duobus lapidum generibus idem Paulus lib. 7. capit 16. Trachomaticum appellat, quod ita construitur. Recipe lapidis hematitæ & schisti, caßiæ, singulorum denar. 18. æris, cadmiæ, opij, æruginis rasæ uniuscuiusq; denar. 9. commeos tantũdem, Chalcitides tostæ denar. 6. Adijce aquam. Ceterum ut magis de pharmaco quàm de morbo hic accipiendum censeam Trachoma, faciunt uerba Galeni, ad hunc modum, Sanatio uero huius quoq; dum paruum adhuc est & molle per ea medicamenta quæ detergent perficitur, cuius generis sunt, quæ trachomatica uocant.

Hydatis, Additur quandoq; superiori palpebræ pinguis quædam grauisq; materia, quæ uix attollere oculum sinit, leuesq; pituitæ cursus, sed aßiduos mouet. Paulus Hydatida, Auicenna Alsarnac, Celsus uesicam. Aliabas scissuram appellat.

Chalazion. In superiori palpebra supra pilorum locum tuberculum paruum nascitur, quod huc atq; illuc pellitur & ab Auicen. Grando dicitur à Græcis Chalazion. Aliud ibidem huic non dißimile, diuersæ tamen figuræ fit tuberculum, quod à similitudine or-

dei, à græcis Crithe uel posthia nominatur, ab Auicen. Ordeolum.

Hypopion dicitur pus sub cornea congregatum Auicenna, saniem post corneam, & si redditur unguis similitudo Onyx, idest unguis appellatur. Quod etiam nomen alteri affectui à Celso & alijs adscribitur. Sed Hypopia cum iota in penultima syllaba sunt nigrores sub oculis contingentes, à sanguine compreßis uenis exeunte & sub cute permanente. Sugillata latini uocant, nec sub oculis tantum, sed quacunq; parte ob ictū caro liquescit.

Diasmyrnes. Huius generis Diasmyrnon Claudiacum inscriptum extat apud Paulum libro septimo capite. 16. Quod ad hanc formam effinges R. Glaucij, Sarcocollæ, tragacanthæ singulorum drach. 48. croci drach. 24. opij, myrrhæ, hæmatitæ singulorum drach. 6 Commeos drach. 16. Vino Italico excipe. Vsus eius ex ouo.

Dialibanu Collyrij confecturam si quis expetat scire Paulum audiat libro 7. capit. 16. ita sancientem. Habet thuris unc. sex Cadmiæ. Pompholygis, terræ asteris, amyli, cōmeos, singulorū quadrantem, cerussæ selibram, squamæ æris unc. quatuor, Tragacanthæ quadrantem, Opij unc. sex. Aquæ pluuialis quantū satis est

DIVISA tunica ea quæ Cornus est specie, paulo

supra locum, quo committuntur tunicæ uniuersæ. Tunicæ oculorum à plerisque sic rediguntur in ordinem, ut una dicatur κερατοειδὴς, id est cornea. Altera funda, quæ suffusa felle Icteridis est indicium. Hæc & ῥαγοειδὴς & αἱματοειδὴς appellari potest. Tertia Arachnoides. Isthæc uero in uniuersum à nobis explicata sunt libro primo capite sexto. Linacrus autem Ceratoide tunicam interpretatus est, quæ cornus sit specie, ea forma inflexo nomine cornu, qua aliquando ueteres Varro, Priscianus & Plin. usi sunt Siquidem Plin. inquit. Dentes mobiles confirmat ceruini cornus cinis. Et libro 18 capit. 9. Exitio serpentibus esse ceruos, nemo ignorat, ut si quæ sunt, extractas cauernis mandant. Nec uero ipsis spirantes tantum aduersantur, sed membratim quoq; fugari eos nidore cornus eorum si uratur dictum est.

IRIM alij Stephanon nominant. Meminit huius Alexander Benedictus, In cuius libro quarta Anatomes ita relatum obseruamus. Quod circa pupillam nigrum uariare soleat, propter quam caussam Iris uocitetur, quæ atri, nigri, cærulei, glauci siue cesij coloris cernitur.

Quin & ludo. Cælius Antiquarum lectionum libro nono capit. primo. In oculi meditullio, inquit, nigricanã

Cora

Cora dicitur ſiue pupilla, eius nitor celena ambiens circulus quãdoq; γραμμὴκυ κλατορῆσ, id eſt, orbicularis linea uocatur, quandoq; Iris, Albicans totum Sphlendone, id eſt funda appellatur.

Porrò ad iuniorum ſententiam, tres omnino habentur in oculo humores, tuniculæ quatuor. Sed anatomici ſubtilius iſta ſcrutati. Primo quidem uueam à pia matre ducere initia contendunt, ſicuti à dura matre Corneam. Mox ſeptem ſtatuũt tunicas, quibus oculi conſurgat compages: Primam faciunt coniunctiuam, uel conſolidatiuam, qua oculi conſtitutio uniuerſa confouetur. Hac maxime frigus defenditur, quod in libro de ſenſu & ſenſili Ariſto. comprobat. Verum ſi inſigniter ſe rigor intenderit etiam organum uiſus intercipi Annibalis argumento liquet. Corneam Bifariam partiuntur, anteriorẽ Corneam, interiorem Scleroticam uocant. Cõſimiliter uueam item ſecant, ut pars anterior uuea, poſterior ſecũdina nominetur. Vuea de nigrioris argumento, ut obſcuretur in ea humor, in quo uiſus facultas uiget, quod ni fieret nõ oſtenderent ſe in eo ſpecies. Viſum enim conſtipat obſcuritas, nec expandi ſinit. Sic & urinas inſpecturi medici, nigram opponunt ueſtem Intra hanc humor albidus eſt ouorum albugini conſimilis pellucens, ut per eum liberius commeent obiectorum ſpectra. Sed & glacialis eo ſubinde humectatur, ne eum ambiens tela ſiccitate obledatur. Diuiditur &

Aranea cuius anteriorem partem Araneam, posteriorem uero rhetinã appellant: Glacialis uero humor glaciẽi affinis & humectus, ut affici à luce poßit, perspicuitatis, & innatæ complexionis ratiõe. Hoc item præcipue uidendi potentia uiget. Est autem mollißimus & affectiõibus inprimis obnoxius, quia aqueus, ac delicatæ compositionis, oblesioniq; fuisset maximè obnoxius, nisi obuallatus pluribus, toricatusq; deniq; ab occursantibus præmunitus esset. Dissecãtq; glacialem ita ut portio anterior sphæræ pars capacior sit, toti oculoq; cõcentrica uideatur. Posterior portio quã uitream uocant fouet aletq; glacialem: quibus circũiecta cunicula est pertenuis, quam Araneam uocant. Appingamus & hoc leuioris operæ, quod Celsus Aranea, inquit, media subsedit, eoq; cauo cõtinet quiddam quod à uitri similitudine ὑαλοειδὲσ uocant. Id neq; liquidum, neq; aridum est, sed quasi concretus humor, ex cuius colore pupillæ color uel niger est, uel cæsus, cum summa tunica tota alba sit. Id autem superueniens ab interiori parte membranula includit. Sub his gutta humoris est oui albo similis, à qua uidendi facultas proficiscitur, et Chrystalloides, id est, glacialis nominatur.

Lumbricorũ discrimina ne quid ociosi apponamus, disquirito cap. 12 libri huius Decimi quarti.

PERORATIO.

POSTEAQVAM ABVNDE MVLTA PRO interpretatione huius opis cõgessimus, quæ hinc inde simus aucupati, abunde cõfertimq; Scholiographi partes executi: hæc lectores candidi percurrisse ex ueteribus memorijs etiam uobis nullum fuerit dispendium operæ. Quoniam non uulgaris Galeni eruditio sæpe alijs monumentis inserit, quæ haud facile assequemini, ni hanc Therapeuticam Methodum, diurna manu, nec nocturna minus, uel ultra satietatem uersemini.

Quædam tamen manent nobis suspensa, propter expectationem reliquorum Tomorũ operum Galeni. Quos quom adsecuti fuerimus, ut de me id scribam, qđ ex amicis nostris domesticis uos mallem cognoscere, neq; in hoc labore, neq; alibi unquam defuturus sum studiosorum commodo iuuando. Si quid aliarum minutiarum suffugerit, facile de uestro fulcietis. Asotos luxu perditos, perpetuo in commessationibus uersantes nihil morabimini. Qui quom plærunq; de cõuiuijs non nisi temulenti auferantur, ad quæ crudi postridiè se rursus ingurgitent, tantumq; couentur hoc unum ut annulis digitos onerẽt, unguesq; impense perpoliãt. Coma itẽ nõ neglecta, atq; eã ipsam obrẽ ab Aristophane in nebulis cõfragoso uerbo sphragidonycargomotæ

appellentur, non est quod horum sensa permagni faciamus. Nos curabimus in uestri profectus gratiam breui Compendiosum Syntagma Typographorum prelis committere, in quo omnia me ita depinxisse opinor, ut ante oculos ueluti in tabella exposuerim, quæ diffusius in his XIIII. Artis curatiuæ libris sunt scripta. Quo instructi trium aut quatuor horarum spacio totam hanc Therapeuticā Methodum oculis lustrare poteritis. Quosq́; interim elegantiori charactere sumus meditati XVI. libros Titulorum Memorabilium studiosis olim communicaturi sumus. Quibus hunc Titulum præscripsimus, propterea quod quicquid in Galeni monumētis curandis morbis inseruiat, in ordinem redigere in hoc libro conati simus: ne quid in posterū habeant Galenomastyges, quo tam insignem Medicinæ artificem dicant opificio medico utilitatis minimū conciliare. Galenum equidem sine controuersia medicorum omnium doctißimum, eruditißimi quiq; suspiciunt. De quo persuasißimum est, indoctos esse, quibus ille non sapit. Edocti uero sumus quod ubicunq; huius in medica arte testimoniū astipulatur alicui sententiæ, hoc lumine illustrari satis omnia. Reliqui igitur omnes medici merito infra classem tam excellentis authoris reponendi, cuius placita pro lege quidē nobis sunt eruntq; perpetuo. Qui natura fuit polygraphus, ut qui plures quingentis libris reliquerit, quanq̄ ad nostrum sæ=

culum tantum plus minus CCXXV. peruenerunt. Quom igitur horum plurimi hodie renascantur bonorum uirorum labore & industria, nihil minus quàm illorum obscuram diligentiã curare conuenit, qui barbaris medicis adeo afficiuntur, ut non aliunde medicinam haurire uelint, quàm ex illorum turbidis riuulis, quorũ uolumina pleraq; παχυμερέστερον scripta sunt nimirum concepta exiguo scientiæ fundo. Quin potius grato animo reuoluenda sunt, quæ latina fecerunt Linacrus, Copus, Ioannes Guinterius, atq; horum similes, quibus non minus obstrictus lamorum hominum debet orbis, quàm olim Græcia, Cyrenæo & Archytæ Tarentino pro suo Platone. Nam sicut Aniceris Cyrenæus diuum Platonem in Aegina uenditum à seruitute redemit, Archytas autem in summo uitæ discrimine constitutum ab exitio liberauit. Sic illi insignes pietate uiri tetra barbarie obfuscatum hactenus, & quasi in uinculis detentum à compedibus soluerunt, luciq; restituerunt. Quod ad nos attinet si cui uidebimur errore aliquo lapsi, exemplo Corne: Celsi, qui Romanæ Medicinæ uelut nectar ipsissimum prodit, non pudebit nos simplicis confeßionis de errore, præcipue in eo ministerio quod utilitatis caussa posteris traditur, ne qui decipiantur eadem rotione, qua quis ante deceptus est. Quandoquidem & Hippocrates memoriæ prodidit à futuris capitis se deseptum esse. Quod neq; dißimulat

Epidem. Par. 7. aphor. 2. Atq; identidem li. 6. Epidem. par. 8. aphor. 57.

Habetis uero studiosi lectores, quotquot Medicinæ nomen dedistis haud quaquàm ad medicinalem Methotum ex Galeni scriptis cōparandā, ut dicitur, ficulinū præsidium. Atq; in uniuersum non parum promouebit huic omnium tam pulcherrimæ disciplinæ in auctoratus, si nunquam nō contrectet manibus suis Galenū. In quo uix quicq̄ legitur, quod non sit ex solidæ ueritatis adytis promulgatū. Proinde merito hic unicus medicinæ Phoenix lectitandus est, quemadmodum subinde apud Homerum dicitur.

Νύκτας τε καὶ ἤματα πάντα.

Cumq; cubile petit, cumq; aureus exoritur sol.

CHRISTO GLORIA.

INDEX SCHOLIORVM.

A

G

I

M

P

R

S

V

AD EXCELLENTISSIMVM MEDICVM VVolffgangum Oeffelinum Phiſicum ducalem Iohannes Pinicianus.

P.C.

Si VVolffgange meos uidebis unquam
Paucos uerſiculos, rudes Camœnas.
Mirari poteris, quis hic amicus?
Ignotus mihi contigit poeta?
Mirari cito deſines, diſertus
Nempe ſcribere Geryon monebat.
Ille inquam Medicus, grauis, peritus
Laudes ſæpe tuas mihi canebat:
Te multum medicis ualere ſuccis
Te quondam peragraſſe amœna tempe,
Valles Eumonias ubi ſalubres
Naſcuntur uarij coloris herbæ,
Flores, ſemina, cortices, liquores,
Scriptorum fugiat nihil bonorum

Quæ exornant animum Oeffelinæ doctum.
Rasis siue Auicenna Mesuasq;
Antiquusq; Serapion, Galenus,
Summum artis medicæ caput Galenus.
Certe maximus, optimus Galenus.
Quem nunc Agricolæ manus Ioannis
Ornauit scholijs nouis, politis.
Totius medicinæ aperta uis est;
Hac in parte libri et labor medẽdi
Illum ergo Agricolam tuũ foueto
E cuius studio & labore magno,
In lucem modo prodijt Galenus
Illum & Gerionem tuum foueto.
Cuius nunc opera exijt Galenus.
Sume hæc q̃ tenuis dedit Thalia
Nobis, æquo aĩo, & diu Valeto.


PHILIPPVS VLHARDVS
candido lectori. S.

COMISIMVS, FATEOR, PAVCOS QVOS*dam errores, quos in fine libri annotare uoluimus. Etiamsi pro nostra uirili conati sumus, ne ita exirent hæc doctißima nostri Agricolæ scholia, ut tandem nostris laboribus deturparentur, uerũ quæ fuit temporis angustia, fieri non potuit, ut maiori diligentia ad has Franckfordianas nundinas absoluerentur. Posthac, ubi te intellexero Agricolæ studiosum, ita ut merito debeas, efficiemus ne aliquem neuum nostra culpa inspersum in tam docti uiri laboribus deprehendas. Vale Augustæ. VII. Idus Martij. Anno. 1534.*

ERRATA

A 4 facie .1. lege Tatius pro Tacitus
In Epistola Gereonis B 1 facie. 2. lege faciem p̷ facient.
B 2 facie 2. lege tramites pro stramites.

PROCVDEBAT MAGNA DILIGENTIA
Philippus Vlhardus, Augustæ Vindelicorum. Anno à Christo
nato M.D.XXXIIII.
Mense Martio.



ADNOTAVIMVS ILLOS ERRORES, QVI nobis in prima facie occurrebant. Sed iam bone lector, accipe quæ author ipse tum depræhendit, tum etiam quæ augendi gratia post addidit.

LIBRO. I.

B 1. facie 2. linea 4. medicinam, medicina. linea 23. symmystis, symmictis. B 2. linea 5. genuinam, genuinum. Facie 2. lin. 6. celebritatis, celebritate. B 3. lin. 4. ab initio expunge, in. lin. 21. deputescunt, depudescũt. B 4. facie 2. lin. 13. Nec mihi hæc, hoc. B 8. lin. 14. Posterum, postremum. C 4. lin. 10. papillas, pupillas. lin. 20. incinit innuit. C 7. facie 2. lin. 18. tatam, totam. D 1. linea 7. Rhomano, Rhenano. D 4. lin. 7. adurat, adimat. D 8 Mnesitheus, de eruditione & laudibus huius, & similiter Plisthonici, eleganter scribit Gale. lib. 1. Therap. ad Glauconẽ ab initio, & li. 6. ca. 1. de Symptom. caus. E 4. linea 2. extrema, extremo, facie 2. lin. 19. 14: $\frac{1}{1}$ $\frac{}{4}$. E 5. lin. 3. salutare, saltare. facie 2. li. 2. 60, $\frac{1}{60}$. E 6. li. 3 Oxygonus, adde, conus, facie 2 lin. 11. 921 : $\frac{1}{9}$ $\frac{1}{21}$. lin. 18. 3, $\frac{1}{3}$. E 7 facie 2 lin. 10, 28, 38. E 8 lin. 21 414, 144 linea 26. 62. 62$\frac{1}{3}$ $\frac{1}{30}$. facie 2, linea ultima in quadrangulo altera parte longiori, ducendæ sunt quinq; lineæ per latum. F 1. Ambitus circuli in se complectitur diametron suam ter, atq; insuper septimã diametri partẽ, q̃ septima pars in schemate nõ est adumbrata. F 3 lin. 5 exibilat, adde Galenus. linea 16. ualent, ualenti. F 7 fa-

cie 2,linea 11,per translationem quondam, quandam.

LIBRO. II.

G 2. facie 2. Chiromum, Telephum, Chironium, Telephium. G 7, facie 2, linea 11, Christallonem, crystalloidem. H 1, linea 19, doctrina est, doctura est.

LIBRO. III.

H 4. linea 4. ca. 12, adde libro 2. lin. 8. uiuens, uniens. linea 24 abstringens, expunge, b. H 5. lin. 15. sordido, sordida, facie 2 linea 5 feram, farinã. H 6 linea 17. formæ, farinæ. H 7 linea 20 iuxta, mixtis. linea 21, qui p se, quæ per se. H 8 linea 1 promittentes, permittentes. linea 3 à uobis, à nobis. I 1, facie 2, lin. 3.3, lege 30. lin. 5 ani, expunge. linea 21 Principia, primi cap. I 2 linea 23 cunctis, punctis. I 3 linea 1. Gal. enim, Galenũ. I 6 lin. 1 nostro, nostrũ. I 8 facie 2 linea 8 esses, esse. K 1 linea 23 notat, notas. K 3 linea 13 nihil, in libro. K 4 linea 10, frontis, fortius. K 5 linea 11 huic, hinc, lin. 25 aquatur. æquatur, facie 2 linea 1 abijcienda, abijciendam. lin. 12 unguenti, unguentũ. linea 14 recipe, recipit. linea 14 quat unum, quartam unã. linea 15, libro primo, libram unam. linea 25 per, partem unam. K 6 num, non. K 8 linea 12 summũ, summã. L 1 facie 2 linea 16, alteriusq; his, alternisq; his. L 2 lin. 20 ac uere, acuere. L 5 lin. 10 ueteris, ueteri. linea 22 Siconijs, Sicyonijs. L 7 linea 5 pueris, pueri, Linea ultima huius paginæ translata est in sequentis paginæ lineã ultimã: est autẽ ea quæ habet citationẽ Tertulliani. facie 2 linea 2 tenuis, tenus lin. 5,

pleret, plueret, linea 19 natura leni, naturalem. M 2 linea 18 interpretatur, interpretabatur.

LIBRO. IIII.

M 3 linea 12 timore, humore. facie 2 linea 15, Eucope, Encope. linea 24 esse, osse. M 6 lin. 3. mutant, mittant. M 7 linea 12, maleficium ignauiũ, maleficum ignauũ. facie 2 linea 16 se, Simplicis, tempore, tepore. M 8 facie 2, linea 25 nusq̃, nusq̃ non. N 1. facie 3, linea 3 maximam, maximũ. N 2. facie 2, linea 24 cæterum, certum. N 3 linea 18, enim, cum. N 4 linea 14 delectionis puellorum, delectationis puellarum. N 5 linea 14, farina, forma, facie 2 linea 6 fuliosius, foliosius, linea 10 colliditur, colligitur. linea 19, collum, colum. N 8 linea 3 præditam, prædita. linea 5 semi, semen. linea 8 uere scit, uirescit. linea 10 ius, uis.

LIBRO. V.

O 2 facie 2 linea 8, auersi, auersio, linea 10 uocibus, adde, utitur, linea 24. aduersio, auersio. O 8 facie 2 linea 22, Thosia tansillis, Thasia tonsillis. P 3 linea 6 paßim, passum, linea 26 Poluidæ, Polyidæ. P 7 lin. 18 pyrice, pyrite. P8 facie 2 lin. 19 redigẽdas, redigendis. Q 2 lin. 3 Episto, Epidẽ. Q 6 facie 2 lĩ. 11 clluma, callũ.

LIBRO. VI.

R 2 linea 17 siccũ, succũ, facie 2 linea 1 aduecta, aduecta sunt. R 3 lin. 14. perditũ, præditũ. R 3 facie 2 lin. 9 respondetq́;, adde, huic. R 6 li. 25 architrin, arthritin. S 1 facie 2 linea 6 sit, fuit. S 2 linea 15 quid, quod.

S 4 linea 13 redolere, reducere. linea 20 Hieronis, adde interitum. Testatur Galen. copiose in libro de libris proprijs ab initio, quod lucubrationes suas sine inscriptione nominis sui primū emiserit, coactum uero demū ut illud adposuerit, cum propter amicorum impulsum, tum propter eorum qui sibi hos uendicabant deprauationem. S 6 linea 23 liquatum, quomodo, liquatā, quā. S 8 linea 19. Venetus. Meminit Angel. Politian. in Panepist. Et Gal. in lib. de ordine suorum librorum. Veritatem inueniet, si eius rei studiosus accedat, neq; temeraria affectione sibi aliquam deligat, eorum instar qui in equestribus ludis diuersorum colorum studio citra rationem ducuntur. S 8 facie 2 linea 11, neruo, uerno. linea 23, quantam, quondam. T 1 facie 2 linea 25, domino, damno. T 5 linea 12, ianco, iunco. T 6 linea 11, uocare, uorare.

LIBRO. VIII.

V 1 linea 13 ex igno, exiguo. facie 2 linea 2, siccis, succis. Neq; uero facile ex authoribus ptisanæ conficiendæ ratio colligi potest, utcunq; à medicis priscis tanq̄ res manifestißima celebretur. Solus Oribasius de confectione ciborum lib. 3. & Aegineta lib. 1. cap. 78. aliquid certi prodidisse uidentur: quos quoniā iam nuper sunt renati, censeo consulendos. V 3 lin. 22 sic, sicut. facie 2 linea 15 saliuis, salinis. V 5 Mullus. Videtur Pauli Iouij sententiam confirmare lib. 13 Martialis hoc disticho.

Spirat in aduecto, sed iam piger æquore mullus
Languescit, uiuum da mare, fortis erit.

V 6 facie 2 linea 9, cardius, carduis. V 7 facie 2 linea 8 Aetius Sermone 10 cap. 18 pulueris sicci meminit. Conueniunt, dicens, icterico exercitamenta, gestationes, inunctiones, & exudationes, ita ut ad pyriateria, hoc est, uaporatoria sicca, & ad solem, & in balneis, corpus nitri puluere usti, ac uini fece arida ustaq; ac tenuissime trita defricemus. Optimũ autem & serpillum & thus pari modo cum oleo illita. X 3 linea 22, locus, loco. X 6 linea 24 libro primo, adde. Medicamentorũ Simplicium. facie 2 Sinonis Barbarus meminit sup 62, cap. lib. 3. Diosco. Sison siue Sinon, dicens, & Senon Hippocrati & quandoq; Silion uocatur, quaternis cõstare ramis reperio. Paulus calidum et subamarum facit, ideoq; concoctiones adiuuare, menses pellere, & σπλάγχνα .i. interanea purgare. Marcellus latini, inquit, scriptores, quod hactenus legerim, nihil de eo egerunt. X 8 linea 13 in Crauore, excidebãtur, in Cranone, excitabantur.

LIBRO. IX.

Z 1 linea ult: suppeditatos, suppeditatas. Z 2 linea 18 accessit, accendit. Z 3 linea 25 osculetur, exosculetur. Z 5 linea 8 bona, bina.

LIBRO. X.

a 5 linea 5, dignum, digitum. b 2 facie 2 linea 3 mortalem, immortalem.

LIBRO. XI.

b 4 facie 2 linea 10, succus, siccius. c 2 linea 2, id est, lege Primo. c 5 linea 2, arrogantißime, arrogantißimũ.

LIBRO. XII.

d 8 Systematicus pulsus, de hoc cõsule Philaretum iam recens opera Albani Torini translatum. e 2 linea 13, millæ, mellis. f 4 facie 2 linea 16 Titum, Zitum.

LIBRO. XIII.

f 6 linea 17 masculi, musculi. g 1 lin, 8 uoci, non. linea 18 Hoc, hac. g 3 linea 6 secundum, secandum. g 4 lin. 4 fuit, sint. g 6 facie 2 linea 11 se cauda, secanda. g 7 linea 21 repatidibus, parotidibus. h 1 facie 2 linea 8, Troianus, Traianus. h 3 facie 2 linea ult: seuum, senum. i 5 motus Tonicus dilucidè pertractatur apud Gal: lib: 2. de motibus musculorũ. i 5 facie 2 linea 20 mentes, nentes.

LIBRO. XIIII.

k 1 linea 15 auroamata, acroamata. linea 18 ꝗ, per. k 3 linea 12. Gale, Galenæ, ibidem Kisim, Kisum. k 3 facie 2 linea 16 anacephaleo sui, anacephaleosin. k 4 linea 7 quod, quid. k 4 facie 2 linea 5 unum, uinum. k 7 linea 2 seriatum, seriatim. linea 26, fermentibus uisculis, feruentibus iusculis. k 8 facie 2 linea 14 cuius, cutis. l 1 linea 14, saluiam, saliuã uel genitale. l 2 facie 2 linea 17 Flos, Elos. l 5. facie 2 linea 16, Confectionẽ, Confectionem. l 6 linea 16, lapidibus, dapibus. l 8 facie 2 linea 21 Non procliuis, Multo procliuius. m 2 facie 2 linea 20 Gemina, genuina. m 3 facie 2 linea 4. seua, sena. lin. 19

ſucorum, ſutorium. linea 22, Paulus, palus. m 5 facie 2 linea 15, luctus, lutei. m 6 facie 2 linea 4 nouis, nunc. m 7 linea 13 Paronychi, Paronychiam. linea 20, paruum, partiū. m 8 linea 3 lege Hypopyon. m 8 linea ult: nigricanā, nigricans. n 1 lin. 1, celena, glena. κυκλατορήσ κυκλοτερήσ. n 1 facie 2 linea 12 cunicula, cuticula. n 2 linea 10 uerſemini, uerſetis. n 3 linea 11 lamorum, latinorum. linea ultima, deſeptum, deceptum, Vinum uero Scybelites Aetio Sermone 9 cap. 29. teſte, eſt quod ſua ſponte ex paßis uuis deſtillat, utpote uinū ultro effundentibus uuis. Farris quoq; deſcriptionem petas ex ca. 45. Sermonis 9 Aetij, Porrò idem author de fructu palmulæ (cuius Gal. meminit lib. 10. cap. 9.) non protrita ſcribit Sermone 10. cap. 3. Et rurſum Sermone 9. cap. 11. De Abulis uero aquis. Sermone 13. cap. 125.

Finis Erratorum.